Pindarus

DAMMII

LEXICON PINDARICUM

EX

INTEGRO EJUS OPERE ETYMOLOGICO

EXCERPSIT

ET JUSTA SERIE DISPOSUIT

HENRICUS HUNTINGFORD LL.B.

COLLEGII B. MARIÆ WINTON. PROPE WINTON. SOCIUS.

"——Dammii Lexicon Homerico-Pindaricum; Berol. 1765. opus
" Herculei laboris; in quo utinam Pindarica seorsum ab Homericis
" vulgâsset!" HEYN. Præf. ad Pind. Carm.

EXCUDIT R. WATTS,

SUMPTIBUS T. CADELL ET W. DAVIES

LONDINI.

MDCCCXIV.

DAMMII

LEXICON PINDARICUM,

EX INTEGRO EJUS OPERE ETYMOLOGICO

EXCERPTUM,

ET JUSTÂ SERIE DISPOSITUM.

"——*Dammii Lexicon Homerico-Pindaricum; Berol.* 1765. *opus Herculei*
" *laboris; in quo utinam Pindarica seorsum ab Homericis vulgâsset!*"

HEYN. Præf. ad Pind. Carm.

a

DAMMII

LEXICON PINDARICUM.

'Αάτη, et Æolice αὐάτη, ης, ἡ. eadem quæ ἡ ἄτη; *inductio in errorem et fraudem; fraus.* ἀλλά νιν ὕβρις εἰς αὐάτην ὦρσεν ὑπερήφανον, Py. 2. 52. ubi ὑπερήφανον pertinet ad νὶν, i. e. αὐτὸν τὸν 'Ιξίονα, impulit injuria in damnum. αὐάτην, Py. 3. 42, i. e. βλάβην.

'Αβάπτιστος, ου, ὁ, ἡ. *qui non mergitur; immersabilis.* ἀβάπτιστός εἰμι, φελλὸς ὥς, Py. 2. 145, mergi nequeo, sicut suber.

"Αβας, αντος, ὁ. Lyncei filius, pater Prœti et Acrisii, avus Danaës: regnavit Argis, et successit ei ibi filius suus Acrisius; alter verò filius, Prœtus, regnavit in orâ maritimâ agri Argolici. "Αβαντος ἀγυιαὶ, Py. 8. 77, intelliguntur vel de urbe "Αργος ipsâ, vel de vicis in Peloponnesi parte mediterraneâ ab eo conditis.

"Αβατος, ου, ὁ, ἡ. *ubi nemo ire, et quò nemo accedere, potest.* τὸ πόρσω ἔστι σοφοῖς ἄβατον, Ol. 3. 80, ulterius illud est sapientibus inaccessum, ἀδιεξίτητον. ἀβάταν ἅλα, Ne. 3. 36, non adeundum, non navigabile, mare. ut ergo et fœm. ἡ ἀβάτη sit in usu.

'Αβλαβὴς, εος, ὁ, ἡ. *incolumis.* ἀβλαβεῖ σὺν λεῷ, Py. 8. 76, cum incolumi exercitu. ἀβλαβῆ λαὸν, Ol. 13, 37, populum illæsum.

'Αβοατὶ, Dor. pro ἀβοητὶ, adv. *sine clamore;* in specie, *sine clamore pugnantium, sine pugnâ.* ἀβοατὶ ἤθελον πείθεσθαι κείνου ἀξίαις, Ne. 8. 15, sine tumultu, i. e. ultro, facilè.

'Αβουλία, ας, ἡ. *temeritas, defectus consilii certi.* ἀβουλίᾳ, Ol. 10. 48, i. e. διὰ τὴν οἰκείαν ἄνοιαν, διὰ μωρίαν.

'Αβρὸς, α, ον. *mollis, delicatus, elegans;* notat et, *magnificus.* εἰ τί μοι πλοῦτον ἀβρὸν ὀρέξαι θεὸς, divitias lautas præbeat, Py. 3. 195, ἀνθηρὸν καὶ εὐδαίμονα. τιμὴ δὲ γίνεται, ὧν θεὸς ἀβρὸν αὔξει λόγον, Ne. 7. 47, pretium accedit iis, quorum Deus jucundam crescere facit famam. ἀβρὸν στέφανον, nitidam coronam, Ist. 8. 145. κῦδος ἀβρόν σοι νικήσας ἀνέθηκε, Ol. 5. 17, gloriam pulchram tibi, vincens, donavit. κῦδος ἀβρὸν, dulce et splendidum decus, Ist. 1. 72. βεβρεγμένος ἀβρὸν σῶμα, Ol. 6. 92, madefactus pulchrum et tenerum corpus. ἀβρὰ Κρηθηῒς, Ne. 5. 48, tenera, et egregiâ habitudine prædita, succulento corpore. ἡ ἅβρα dicitur hinc, pedissequa honestiorum fœminarum, quæ et οἰκότριψ καὶ ἔντιμος: nam formosissimæ et optimè habitæ ad id ministerium eligebantur.

Ἀβρότας, Dor. pro ἀβρότης, ητος, ἡ. *pulchritudo, habitudo apta, lautitia, felicitas.* ἀβρότατος ἐπὶ μεγάλας, Py. 8. 127; i. e. εὐδαιμονίας. Τρώων δόμους ἀβρότατος, Trojanorum domos lautitiæ, Py. 11. 51, i. e. τοὺς πλουσίους, τῆς εὐδαιμονίας.

Ἀγάζομαι, fut. ασομαι. *miror,* θαυμάζω, *honoro.* ἀγαζόμενοι πρώτην θεῶν, libationibus venerati Deam summam, Ne. 11. 7, ἐξιλεούμενοι. δύνασιν ἀγασθεὶς, Py. 4. 424, θαυμάσας robur.

Ἀγάθεος, η, ον. est ferè idem quod ἀγαθὸς, ejusdemque originis, ab ἀγαστός: nisi quod peculiariter *locis* hæc vox jungi solet; sic ut simul notio τοῦ θείου inesse possit. notat *præstans, egregius.* Doricè pro Ion. ἠγάθεος.

Ἀγαθὸς, η, ον. notat *eum qui præstat aliis in eâ re de quâ sermo est; excellens, præstans, admirabilis,* in bono sensu. εὔτεχνος in genere, *qui rem suam præstantissimè exercet.* ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ, Ol. 2. 60, incorrupto et incorruptibili cum bono: ubi τὸ ἀγαθὸν *quamvis felicitatem et voluptatem* notat. τὸν αἰνεῖν ἀγαθῷ παρέχει, Ist. 8. 152, hunc laudandum præstanti (alicui poëtæ vel oratori) præbet. μάντιν ἀγαθὸν, vatem admirabilem, Ol. 6. 28. ἔπος εἰπόντ' ἀγαθὸν, Ist. 1. 63, verbum laudatorium et egregium; maximè vero, carmen mirabile. χρὴ δὲ ἀγαθὴν ἐλπίδα ἀνδρὶ μέλειν, Ist. 8. 32, decet optimam et nobilem spem curæ esse viro. ἀγαθοὶ δὲ καὶ σοφοὶ ἄνδρες κατὰ δαίμονα ἐγένοντο, excellentes et verè boni sapientesque viri divinitus fieri solent, Ol. 9. 41. οὐ νήπιοι ταῦτα δύνανται κόσμῳ (decenter et benè) φέρειν, ἀλλ' ἀγαθοὶ, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω, Py. 3. 149; ubi Poëta dixerat, Deum cum uno bono dare homini solere duo mala seu incommoda. hæc mala non possunt imperiti aptè habere; sed egregii et præstantes animi possunt, qui sua pulchra et suis et aliorum oculis ostentant, mala vero (similitudine a veste duplici sumtâ) intus quasi convertunt, et occultant: totus ille locus eximius est. ἀγαθοὶ ergo ibi, optimâ indole præditi et συνετοί. καὶ γὰρ ἡρώων ἀγαθοὶ πολεμισταὶ λόγον ἐκέρδανον, Ist. 5. 32, etiam ex semideis egregii bellatores famam celebrem lucrati sunt et pro lucro habent. ἀγαθαὶ πέλονται δύο ἀγκύραι, Ol. 6. 170, λυσιτελεῖς καὶ συμφέρουσαί εἰσι. sermo ibi est de nave, duabus anchoris in salo per noctem firmatâ, allegoricè. sic Salomo, Eccles. 4. 9, seqq. πένθος πιτνεῖ (concidit) βαρὺ, κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν, a bonis fortioribus opprimitur gravis luctus, Ol. 2. 43. ἄλλα ἀγαθῶν ἐπὶ ἄλλον ἔβαν, ad alium alia præstantia et felicitas proficisci solet a Diis, Ol. 8. 17. βροτῶν τὸν μὲν κενόφρονες αὖχαι ἀγαθῶν ἐξέβαλον, Nem. 11. 39, i. e. ἐκ τῶν καλῶν ἀποτυχεῖν παρεσκεύασαν, ex bonis quibus frui potuissent. præsumtio vana multis nocuit, ne consequi possent eximia. ἔπος κραταιὸν ἐν ἀγαθοῖς, verbum valens apud optimos, Py. 2. 149, quale improbus non potest proferre. et 176, εἴη μὲ τοῖς ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν, contingat mihi, me cum bonis versari. οὐ φθονέων ἀγαθοῖς, non invidens præstantibus, Py. 3. 125. ἐν λόγοις ἀστῶν ἀγαθοῖς αἰνεῖσθαι, egregiis narrationibus civium celebrari, Ne. 11. 22. τί φίλτερον ἀγαθοῖς κεδνῶν τοκέων, quid bonis carius venerandis parentibus? Ist. 1. 5. τιμὴ δὲ ἀγαθοῖς ἀντίκειται, bonis honor in præmium repositus est, Ist. 7. 36. ἡ ἀγαθὶς, ίδος, propriè notat *glomum filorum.* deinde metaphoricè de *conglomeratis rebus* ponitur; e. c. ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

Ἀγακλὴς, έος, ὁ, ἡ. *valdè celeber famâ.*

Ἀγακτίμενος, η, ον. *admirabiliter conditus et exstructus.* et talis terminatio est per syncopen, pro ἀγακτιζόμενος.

Ἀγάλλω, *honoratum et decoris plenum facio, eximium reddo.* ἀγάλλει, Ne. 5. 79, i. e. σεμνύνει, decorat, ornat. ἀγάλλων, Ol. 1. 139, i. e. κοσμῶν, αὔξων, τιμῶν.

Ἄγαλμα, ατος, τὸ. Semper apud Homerum est *omne id,* ἐφ' ᾧ τὶς ἀγάλλεται, *quo quis magnopere delectatur:* et semper ponitur in bono sensu. χώρας ἄγαλμα, scil. ὁ Ἀριστοκλείδης, Ne. 3. 21, ornamentum et decus regionis. πατρὸς Νεμεαῖον ἄγαλμα, Ne. 8. 27; ubi sic vocatur hymnus, scriptus in honorem patris, victoris in Nemeâ: τὸ γεγραμμένον εἰς Νεμεακὴν νίκην ποίημα. deinde autem Recentiores Homero, hanc vocem determinârunt ἐπὶ ξοάνου, de statuâ aut signo. hinc et Pindarus, Ne. 5. 3, ἐργάζεσθαι ἀγάλματα, ἐπὶ αὐτῆς βαθμίδος ἑσταότα, ubi de statuario sermo est: et hæc specialior notio derivatur ex Homeri Odyss. Θ. 509. sic et Ne. 10. 125, ἁρπάξαντες ἄγαλμα Ἀΐδου, corripientes statuam Plutonis; ubi quoque στήλην notat. cæterum generalior ille significatus differt a τὸ χάρμα, quia hoc et *inimicum gaudium* notare potest.

Ἄγαν, adv. *nimis.* οὐ δύσερίς τις ἄγαν, Ol. 6. 33, non rixosus aliquis nimis; non pertinaciter aut acerbè contendens et rixans. τὸν καταμεμφθέντα ἄγαν ἰσχὺν, Ne. 11. 40, eum qui nimis accusat et reprehendit vires suas; qui suis viribus nimium diffidit. σαίνων πρὸς πάντας ἄγαν, Py. 2. 151, nimis adulans omnes. οὔ με πονεῖ σὸν οἶκον ταῦτα πορσύνοντα ἄγαν, Py. 4. 269, non me angit et dolore afficit, quod hæc tuam domum amplificant et augent admodum. habet ergo hoc ἄγαν duplicem significatum: unum καθ' ὑπερβολὴν, et vituperantis, *nimis;* unde est præceptum ortum, μηδὲν ἄγαν; alterum κατὰ μεσότητα, et comprobantis, *valdè.*

Ἀγανὸς, η, ον. *quo quis lætari potest, clemens, blandus.* ἀγανῇ χλιαρὸν γελάσαις ὀφρύϊ, Py. 9. 66, blando supercilio blandum ridens. ἀγανοῖς λόγοις, Py. 4. 179, placidis verbis. κείνης ἀγαναῖς ἐν χερσὶ, Py. 2. 13, per molles et clementer agiles manus. et 43, τὸν εὐεργέτην ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς ἐποιχομένους τίνεσθαι, accedentes ad benefactorem honorare retributionibus lætis. χρὴ δὲ κωμάζοντα ἀγαναῖς χαρίτεσσι βαστάσαι, Ist. 3. 13, benevolis et lætis gratiis, victoriæ suæ causâ lætantem oportet evehere.

Ἀγάνωρ, Dor. pro ἀγήνωρ, ορος, ὁ, ἡ. *valdè virilis et strenuus,* ὁ ἄγαν ἀνδρεῖος. κόμπον, Ist. 1. 60, magnificam gloriationem.

Ἀγαπάω, fut. ησω. *amo, amplector.* ξείνων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται, Ist. 6. 102, amatur ob benefacta in hospites.

Ἀγαπάζω, fut. άσω. idem. ἡ ἀγάπη Recentioribus sæpe est τὸ φίλημα, osculum, et ἀγαπᾷν sæpe est φιλεῖν, *osculari.* ἀγαπάζοντι, Dorice pro ἀγαπάζουσι, amant, Ist. 5. 69. ἀγαπάζοντο μιν λόγοις μειλιχίοις, pro ἠγαπάζοντο, Py. 4. 428, excipiebant eum blandè.

Ἀγάφθεγκτος, ου, ὁ, ἡ. *valdè sonans.* ἀοιδᾶν, Ol. 6. 155, valdè sonantium carminum; magnâ voce decantatorum.

Ἀγγελία, ας, ἡ. *res quæ ex mandato nuntiatur et refertur.* it.

ipsa nuntiandi et perferendi actio, missu alterius. Ἑρμοῦ θυγατρὸς, Ἀγγιλίας, ἀκούσας, Ol. 8. 106, Mercurii filiam, Nuntiationem, audiens; ubi ἡ Ἀγγιλία personificatur, et dicitur ad Inferos nuntiare res viventium et acta. αὔξεται καὶ Μοῦσα διὰ ἀγγιλίας ὀρθῆς, Py. 4. 496, i. e. Musa mea fiet celebris, si rectè hanc legationem poëticam obiero. et ἀγγιλία h. l. est doctrina absenti missa, et præceptum salubre, παιδεία ὀρθή. ἀρείονος ἐνέχεται ὄρνιχος ἀγγιλίᾳ Ἄδραστος, Py. 8. 70, faustioris detinetur augurii nuntio, i. e. meliore fortunâ utitur. ἀγγιλίαν πέμψω ταύταν, sc. τὴν περὶ τῆς νίκης, Ol. 9. 37. πατρὶ κλυτὰν φέρουσα ἀγγιλίαν, Ol. 14. 30, i. e. περιαδομένην, celebratum nuntium. φέρων μέλος, ἀγγιλίαν τετραορίας, Py. 2. 8, afferens canticum, prædicationem quadrigæ, ἀνακήρυξιν, et est per appositionem. et 77, τὰν πολύκοινον ἀνεδέξατο ἀγγιλίαν, publicam illam ad omnes pertinentem in se suscepit proclamationem, de quâ initio hujus narrationis dictum erat. ἀγγιλία enim ferè semper activam habet significationem. ἰόντων (Atticè pro ἴτωσαν) δὲ εἰς ἄντρον Χείρωνος ἀγγελίαι, Ist. 8. 90, eant nuntiationes ad antrum Chironis. ἀγγιλίαις Εὐρυσθέος, Ol. 3. 50; ubi ἀγγιλίαι sunt, jussa.

Ἀγγέλλω, fut. ελῶ. *fero nuntium; indico rem ut nuntius, vel alterius, vel de alio.* ἀγγέλλων, i. e. διηγούμενος, Ol. 7. 38. Py. 1. 61. et 9. 2.

Ἄγγελος, ου, ὁ. *nuntius, narrator.* ἄγγελος ὀρθὸς, internuntius rectus, i. e. verus, Ol. 6. 153. ἔζην ἄγγελος, adveni præco et nuntius laudum, Ne. 6. 99. ἔφη, ἄγγελον ἐσλὸν τιμὴν φέρειν παντὶ πράγματι, Py. 4. 494, dicebat (Homerus) bonum nuntium omni negotio decus conciliare. et respicit Il. O. 207. et ἐσλὸς ἄγγελος est, qui negotium mandatum dextrè exsequitur in honorem mandantis, simulque et ejus ad quem est missus. παλίγγλωσσον οἱ ἀγγέλων ῥῆσιν ἔθεσαν θεοί, retractandam, nuntiationem nuntiorum fecerunt ei Dii, Ne. 1. 89, i. e. irritam.

Ἄγγος, εος, τὸ. *vas quodvis in quo quid fertur.* ἐν ἀγγέων ἕρκεσι, Ne. 10. 67, in vasorum septis, i. e. in arculis quibus vasa illa dabantur inclusa. nisi sunt eadem illa vasa, versu 64, memorata.

Ἄγε, imperativus, adverbialiter positus. *age.* jungitur singulari et plurali, quamquam et pluralis ἄγετε, ejusdem notionis, in usu est. ἄγε, sc. ὦ Μοῦσα, Py. 1. 116. ἐπὶ τοῦτον εὔθυνε σκοπὸν, ad hunc dirige scopum, Ne. 6. 48.

Ἀγείρω, fut. ερῶ. *congrego, colligo.* ἀγειρέτω κῶμον, Ist. 8. 4, colligat sibi chorum canentium hymnum victorialem.

Ἀγέλα, Dor. pro ἀγέλη, ης, ἡ. *grex.* propriè ponitur de bubus, sicut ποῦ de ovibus: si de aliis gregibus ponitur ἀγέλη, impropriè id factum. φοίνισσα, rufa, Py. 4. 365.

Ἁγεμονεύω, Dor. pro ἡγεμονεύω, fut. σω. *sum dux et imperans, sum dux viæ.* ὁδὸν ἁγεμονεῦσαι ταύτην ἐπίσταντι, Ol. 6. 42, nôrunt duces esse hujus viæ. ἁγεμονεῦσαι κωμάζοντι, Ol. 9. 5, ad præeundum lætanti.

Ἁγεμὼν, ονος, ὁ. *dux, princeps,* etiam, *dux viæ.* ὀλύμπιος ἁγεμὼν, i. e. Jupiter, Ol. 9. 85. ὑπερφιάλου ἁγεμόνος δείσαντες ὕβριν, superbi principis timentes injûriam, Py. 4. 198. πόλιος ἁγεμόνα, urbis præsidem, Ist. 8. 44, ubi sermo est de Nymphâ, urbis præside. ut ergo et ἡ ἡγεμὼν dicatur.

Ἀγένειος, ου, ὁ, ἡ. *imberbis.* ἐξ ἀγενείων, ex imberbibus, i. e. discipulis suis, Ol. 8. 71. συνηθεὶς ἀγενείων, Ol. 9. 135, i. e. ex imberbibus præmaturè in viros relatus.

Ἀγέομαι, Dor. pro ἡγέομαι, fut. ησομαι et ισομαι. *duco, præsum, præeo.* ἀγεῖτο δ' Ἀθάνα, dux erat, Py. 10. 70. ἀγεῖτο παντοίων νόμων, Ne. 5. 45, præcentor erat omnigenorum carminum. ἀγήσασθαι ἀρετὰς, commemorare virtutes, Ist. 6. 83; ubi est pro ἐξηγήσασθαι, qui significatus est Recentiorum. πολλοῖς ἑτέροις ἄγημαι (ἥγημαι, præt. pass. in passivâ quoque significatione,) σοφίας, Py. 4. 442, multis aliis dux sum factus hujus sapientiæ. ex quo apparet, activum ἡγέω notare et, *ducem facio, me vel alium;* unde sit passivum ἡγέομαι, *dux fio;* medium autem in intransitivâ notione in usu frequenti mansisse.

Ἀγέρωχος, ου, ὁ. *valdè honoratus, valdè nobilis,* ὁ ἄγαν γέρας ἔχων, ὁ ἄγαν γεραρός. νίκης ἀγερώχου, victoriæ præclaræ, Ol. 10. 95, ἐξόχου, μετεώρου. πλούτου στεφάνωμα ἀγέρωχον, Py. 1. 96, divitiarum coronamentum egregium, τὸ ἄγαν γέρας ἔχον; et sic vocat quietam possessionem et fruitionem bonorum. ἀγερώχων ἐργμάτων ἕνεκεν, Ne. 6. 58, ob facinora eminentia. ergo apud Pindarum, ut apud Homerum, in significatu optimo.

Ἀγήραος, contr. ἀγήρως, ὁ, ἡ. τὸ ἀγήραον, ήρων. *sine senio, non senescens.* et hæc contractio in declinatione Atticâ flectitur, τοῦ ἀγήρω, τῷ ἀγήρῳ, &c. κῦδος ἀγήραον, Py. 2. 96, i. e. ἄφθαρτον.

Ἀγησίας, ου, ὁ. Filius Σωστράτου, amicus Hieronis. Paterna ejus patria fuit Syracusæ; materni generis patria autem fuit Stymphalus, Arcadiæ urbs. Ipse non habitavit Syracusis, sed in Elide, utpote sacerdos Jovis, ibique responsa dans. Sed victor in certamine Olympico, Syracusanum se pronunciari voluit; hinc et civis Syracusanus dictus, et συνοικιστὴς, unà habitans quasi, et illustrans urbem. (non verò συνοικιστὴρ, quippe non unà condidit civitatem hanc, jam diu ante florentem.) Avi ejus materni regnârunt ad montem Cyllenen in Arcadiâ.

Ἀγησίχορος, ου, ὁ, ἡ. *qui ducit chorum eique præest.* τῶν φροιμίων, choros ducentium hymnorum, Py. 1. 6.

Ἀγητὴρ, Dor. pro ἡγητὴρ, ῆρος, ὁ. *dux.* ἀγητὴρ ἀνὴρ, υἱῷ ἐπιτελλόμενος, dux ad virtutem, Py. 1. 134.

Ἀγίζω, fut. ίσω. *consecro.* βωμῶν πατρὶ ἁγισθέντων, altaribus patri, Jovi, consecratis, Ol. 3. 34.

Ἀγκομίζω, pro ἀνακομίζω, fut. ίσω et ίξω. *reporto, refero.* ἀγκομίζων ἀρχὴν πατρός μου, Py. 4. 188, recepturus principatum patris mei. notat deinde et; *novæ curæ habeo.* ἀγκομίσαιτο, Py. 4. 15, cum curâ in se susciperet, ἐπιμελείας ἀξιώσειε.

Ἀγκύλος, η, ον. *aduncus, curvus, ad curvam lineam factus.* ab ἄγω, i. e. *curvo.* ἀγκύλῳ κρατὶ, Py. 1. 15, curvo capite, i.e. curvo rostro. nam sermo est de aquilâ, cujus τὸ κρὰς dicitur ἀγκύλον, ob rostrum aduncum. pars ergo pro toto posita.

Ἀγκυλότοξος, ου, ὁ, ἡ. *curvo et sinuato arcu utens.* ὁ τοξότης. quidam tamen hanc vocem ex duobus telis compositam malunt, ut insit ἡ ἀγκύλη, quæ est εἶδος ἀκοντίου, species jaculi manu jaciendi in hostem vel feram, et ut notetur ὁ χρώμενος ἀγκύλαις καὶ τόξοις; sed id videtur ingeniosum magis quam verum.

Ἄγκυρα, ας, ἡ. *anchora.* ab aduncitate suâ sic dicta. χαλκόγενυν (ferreas malas habentem,) χαλινὸν ναὸς, frænum navigii, Py. 4. 42.

ἔρεισον πρῴραθε ἄγκυραν χθονὶ, infige ex prorâ anchoram terræ, Py. 10. 79. ἄγκυραν βάλλεται πρὸς ἐσχατιαῖς ὄλβου, Ist. 6. 18, i. e. ad summam felicitatem pervenit. ἀγαθαὶ δὲ δύο ἄγκυραι, Ol. 6. 173, ubi allegoricè dicitur; duplex patria clara prodest viro; nam, unâ nescio quo casu amissâ, conferre se potest in alteram. et duplex potest esse ex paterno et materno genere, sicut h. l. paterna erat Arcadica, materna Syracusana. κρέμασαν (ἐκρέμασαν) ἀγκύρας ἐμβόλου ὕπερθεν, Py. 4. 342, Argonautarum tempore utebantur, loco ferrearum anchorarum, grandibus saxis ex crasso fune pendentibus.

'Αγκὼν, ῶνος, ὁ. *curvatura brachii; interior, valli similis; exterior, ad recumbendum commoda.* ὑπὸ ἀγκῶνος, Ol. 2. 149, unde φάρετρα alibi dicitur ὑπωλένιος: nam τὸν ἀγκῶνα pharetra, a tergo obliquè dependens, contingebat. νίκης ἀγκώνεσσιν ἐμπιτνῶν, Ne. 5. 76, victoriæ ulnis inclinans se et incumbens.

'Αγλαΐα, ας, ἡ. et Ionicè ἀγλαΐη, ης. *præstantia, nobilitas, honestas.* ἀγλαΐας ἀρχὴ ἡ βάσις, Py 1. 4, saltatio est præcipua et primaria pars lætitiæ. ut ergo h. l. ἀγλαΐα notet lautum convivium, in quo nobiles homines hilaritate vultuum, et alio splendore, celebrant lætitiæ diem: εὐφροσύνην καὶ διάχυσιν. νικηφόρον ἀγλαΐαν, Ol. 13. 18, i. e. ἡδονὴν καὶ τέρψιν τὴν ἀπὸ τῶν νικῶν. ἀγλαΐαν ἔδειξε, Py. 6. 46, splendorem virtutis suæ et præstantiam visendam exhibuit. ἔγειρε νῦν ἀγλαΐαν τινὰ νάσῳ, Ne. 1. 16, excitavit splendorem aliquem et decus insulæ Siciliæ. ἐπορέ τι ἀγλαΐαν, præbuit splendorem et decus, Ist. 2. 27. σύνδικος αὐτοῦ ἀγλαΐαις, Ol. 9. 151, patrocinans ejus splendidè factis, i. e. testatur de victoriis ejus præstantibus. ὅσαις ἀγλαΐαις ἀπτόμεσθα, Py. 10. 44, quoscunque splendores attingimus. ἀγλαΐαις ἀστυνόμοις ἐπιμῖξαι λαὸν, Ne. 9. 73, ornamentis civilibus admisceas populum, εὐφροσύναις πολλαῖς. ergo in Pindaro semper in optimo sensu.

'Αγλαΐζομαι, fut. ίσομαι. *sum præstantior aliis aliquâ in re; lætor.* ἀγλαΐζεται δὲ καὶ μουσικῆς ἐν ἀώτῳ, præstans autem etiam est in musices flore, Ol. 1. 22, i. e. rex ille et musicam artem præ aliis callet. et verbum ibi est pro participio ἀγλαϊζόμενος.

'Αγλαόγυιος, ου, ὁ, ἡ. *pulchris membris ornatus*; vel et *membra ornans; pulchro corpore.* ἥβην, pulchrimembrem pubertatem, Ne. 7. 6; tunc enim, quando planè pubescunt, homines sunt pulcherrimi.

'Αγλαόδενδρος, ου, ὁ, ἡ, *pulchris arboribus consitus.*

'Αγλαόθρονος, ου, ὁ, ἡ. *splendidâ et nobili sede sedens.*

'Αγλαόθωκος, ου, ὁ, ἡ. *in splendidâ sede sedens.* κορᾶν, Ne. 10. 1, ubi sermo est de filiabus Danaï, ditibus et celebribus.

'Αγλαόκαρπος, ου, ὁ, ἡ. *pulchra brachia habens.* ἀγλαόκαρπον θύγατρα, Ne. 3. 97, filiam formosam, a parte juncturæ manuum sic appellatam.

'Αγλαόκουρος, ου, ὁ, ἡ. *præstantes juvenes habens.* est epitheton urbis Corinthi, Ol. 13. 5, ἀγλαοὺς κούρους καὶ ἄνδρας ἐχούσης.

'Αγλαόκωμος, ου, ὁ, ἡ. *splendidam festivitatem faciens.*

'Αγλαοτριαίνας, pro ἀγλαοτριαίνης, ου, ὁ. epitheton Neptuni, ὁ τῇ λαμπρᾷ τριαίνῃ χρώμενος.

'Αγλαὸς, α, ον. *nobilis, admirandus, splendidus, pulcher.* ἀγλαὸς

ἀνὴρ, Ol. 14. 9, ἀνδρεῖος, λαμπρὸς, εὐδοξίαν ἔχων. ἀγλαὸς Ποσειδᾶν, Ist. 8. 60, præcellens Neptunus. ἀγλαῶ σκάπτω, Dorice pro ἀγλαοῦ σκήπτρου, honorifici, Ne. 11. 4. ἀγλαὸν παρὰ τύμβον, celebrem apud tumulum, Ne. 4. 33. παρὰ πρόθυρον, Ist. 8. 3, ad splendidum vestibulum, i. e. ad opulentas ædes. nam utræque notiones, honesti et divitis, insunt præcipuè huic voci. ἀγλαὸν γέρας, Ol. 8. 15, illustre præmium. κομᾶν πλόκαμοι ἀγλαοὶ, Py. 4. 146, comarum villi pulchri. ἀγλαοὶ παῖδες, Ist. 6. 90, illustres et admirabiles filii. ἀγλαῶν ἐξ ἀέθλων, Py. 5. 69, ex certaminibus insignibus. ἀγλαῶν δένδρων, i. e. εὐθαλῶν, pulchrarum, Ol. 2. 133. ἀγλααῖς πτερύγεσσι, Ist. 1. 91, alis splendidis Musarum. μερίμναις, Ne. 3. 121, sc. προσίθηκε, præclarum curis poëtarum. αἱμακουρίαις ἐμμέμικται, Ol. 1. 147, justa (funeralia) magnifica assecutus est.

Ἄγλωσσος, ου, ὁ, ἡ. *non disertus, taciturnus.* ἦτορ, Ne. 8. 41, pectus τῷ λόγῳ μὴ ἱκανόν.

Ἁγνὸς, ὴ, ὸν. *purus, non pollutus, venerabilis.* ἁγνὸν θεὸν, Ol. 7. 109, ubi sic vocat Solem, cujus luce nihil fingi potest purius. Ἀπόλλωνα, Py. 9. 112, eundem solem: et deest ibi ὥσπερ. ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν, Ol. 3. 37, purum et incorruptum judicium de certaminibus. κοῦραι ἁγναὶ, Py. 4. 183, utpote virgines illibatæ. ἄλσος ἁγνὸν, lucum sacrum, Ol. 5. 24. Δίρκης ὕδωρ, purissima Dirces aqua; sub quâ figuratâ dictione *Poësis Pindarica* est intelligenda, Ist. 6. 109. πυρὸς ἁγνόταται παγαὶ, Py. 1. 41, merissimi fontes ignis, ex Ætnâ effluentes: simul tamen ad sulphur respicitur, quo lustrabantur et purgabantur olim res ritu sacro.

Ἀγνώμων, ονος, ὁ, ἡ. *inconsideratus, rationi et consilio bono non consentiens.* ἄγνωμον δὲ, τὸ μὴ προμαθεῖν, Ol. 8. 78, non prædidicisse, stultum est.

Ἄγνωστος, ου, ὁ, ἡ. *ignotus, incognitus.* ponitur et activè, *nihil sciens de aliquâ re.* φωνὴν ψευδέων ἄγνωστον, Ol. 6. 113, vocem quæ nescit mentiri, τὴν ἀληθῆ. nisi malis genitivum regi credere ab adjectivo, ut sit, vocem mendaciis ignotam, quam mendacia nunquam pro suâ sede agnoverunt. ἄγνωστοι σιωπαὶ, Ist. 4. 51, silentia incognita, in notitiam nullius venientia.

Ἀγνὼς, ῶτος, ὁ, ἡ. *incognitus.* οὐκ ἀγνῶτι ἀείδω, Ist. 2. 19, et qui sic legunt, exponunt intransitivè, non ignaro cano, respectu ad σοφὸς præcedens, sapiens es; et hæc lectio omnino præstat: alii legunt ἀγνῶτα, ut sit neutrum plurale, non incognita cano, sc. quæ ante dixi de pecuniis; sunt ea tibi probe nota. et hæc lectio extra contextum esset proba, in contextu verò apparet falsitas ejus. οὔτε ἀγνῶτα θηρῶν, sc. χθόνα, nec incognitam feris regionem, Py. 9. 103. i. e. πολύθηρον. δόμοι οὐκ ἀγνῶτες κώμοις, Ist. 2. 44, domus non incognitæ hymnis chorealibus, quas hymni probè cognitas habent. possit tamen et intransitivè his locis intelligi, pro, expers, ignarus.

Ἀγορὰ, ᾶς, ἡ. *congregatio multitudinis; sermo haberi solitus ad multitudinem; locus ubi congregatur multitudo.* ἐπὶ πρυμνοῖς ἀγορᾶς, in extremâ parte fori, Py. 5. 125. ἐν ἀγορᾷ πλήθοντος ὄχλου, Py. 4. 151, in foro quum frequens esset turba hominum, i. e. tempore ante meridiem. παλαίφατον ἀγορὰν, antiquitùs celebrem gentem, Ne. 3. 23, ubi ἀγορὰ est ipsa congregatio populi, i. e. civitas et gens ipsa. καὶ ἀγοραὶ βουληφόροι, et conciones deli-

beratoriæ, Ol. 12. 6. μακάρων ἀγοραὶ, deorum conventus, Ist. 8. 59.

Ἀγοράω, et ἀγορέω, fut. ήσω. *loquor ad congregatos quosvis; concionor.* εὖ ἀγορηθεὶς, Ist. 1. 73, benè laudatus et prædicatus publicè, celebratus in conventibus.

Ἄγρα, ας, ἡ. *venatio, captura animalium.* αὐτὸς ἔλαβε ἄγραν ποσὶν, i. e. ὄνυξιν, Ne. 3. 142, cepit bestiam captam unguibus.

Ἄγριος, α, ον. et Atticè ὁ, ἡ, ἄγριος. *agrestis*; item *ferus*, ut opponatur τῷ ἡμέρῳ, *cicuri, leni.* Py. 9. 39, feras.

Ἀγρὸς, οῦ, ὁ. *ager.* ἀγροὺς τε πάντας, Py. 4. 265, omnia rura.

Ἀγρότερος, α, ον. *versans in agris.* in specie, *venator*; deinde et, *ferus.* non est comparativus, sed adjectivum derivativum ex ἀγρός. φῆρα ἀγρότερον, Py. 3. 8, ubi sic vocat Chironem Centaurum, in monte habitantem, sapientissimum et justissimum. λεόντεσσιν ἀγροτέροις, Ne. 3. 81, feris leonibus. πλοῦτος, ὑπέχων μέριμναν ἀγροτέραν, Ol. 2. 100, ubi ἀγροτέραν notat ἀγρευτικὴν, indagatricem et venatricem, artium bonarum sc. nam hanc curam probè suffulcit et armat ὁ πλοῦτος, πρὸς τὸ ἀγρεύειν τὰ καλά. παρθένον ἀγροτέραν, virginem venatricem, Py. 9. 10.

Ἀγυιὰ, ᾶς, ἡ. *vicus, via publica*; imo et *forum* sic vocatum. ab ἄγω, *duco.* κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν θνασκόντων, Ol. 9. 53, ubi fossa sepulchralis sic vocatur. κατὰ προγόνων εὐκτήμονα ζαθέαν ἀγυιὰν, Ne. 7. 136, secundum majorum tramitem et viam, i. e. exemplum: et ea metaphorica ἀγυιὰ est εὐκτήμων, propter *copiam* facinorum præclarorum inter majores; ζαθέα verò propter *præstantem qualitatem* facinorum. κύρει πολλᾶν εὐστεφάνων ἀγυιᾶν, Py. 2. 107, ubi ἀγυιὰ ipsum oppidum notat, ut sit, domine multorum muris bene cinctorum oppidorum. λευκίπποις Καδμείων ἀγυιαῖς, Py. 9. 147, i. e. Thebis, et eo loco qui ibi in Thebano dicitur, erat ἁμαξιτὸς μεγάλη. εὐρυχόρους ἀγυιὰς Ἄβαντος, Py. 8. 77, ubi ἀγυιαὶ quoque sunt, vici et communitates amplæ.

Ἀγυιᾶτις, ιος, ἡ. est ara præ foribus, Apollini Ἀγυιεῖ facta, et προπύλαιον Ἀπόλλωνος Ἀγυιέος. deinde, quia ἀγυιὰ et *communitatem, viciniam cohabitatam,* notat; hinc ὁ ἀγυιάτης, ου, est *vicinus*, et ἡ ἀγυιᾶτις, *vicina*, σύνοικος. ἀγυιᾶτις, Py. 11. 2. i. e. ὦ σύνοικε.

Ἄγχι, adv. idem quod ἐγγὺς, et ab eo ortum. *prope, juxta.* et ponitur de propinquitate loci et *temporis.* ἄγχι ἁλὸς ἐλθὼν, prope ad mare accedens, Ol. 1. 114. ἄγχι συγγενὴς ἀρούραις καρποφόροις, Ne. 6. 16, i. e. ἐγγύς τι καὶ παραπλήσιον ταῖς ἀρούραις.

Ἄγχιστα, neut. plur. adverbialiter. notat ἄγχι μάλιστα, *valdè prope.* ἀκοντίζων σκοποῦ ἄγχιστα, jaculans proximè ad scopum, Ne. 9. 132. τῆς ἀληθείας ἄγχιστα βαίνων, Ist. 2. 16, veritatem proximè accedens.

Ἄγχιστος, η, ον. *proximus.* ἄγχιστον ὀπάονα μήλων, Py. 9. 114, proximum secutorem ovium, i. e. opilionem.

Ἀγχοῦ, adv. id. quod ἄγχι. Σκαμάνδρου ῥεύμασιν ἀγχοῦ, prope fluenta, Ne. 9. 95.

Ἄγχω, fut. ἄγξω. *præfoco, comprimere fauces alicui volo.* ἀγχομένοις δὲ χρόνος ψυχὰς ἀπέπνευσε μελέων, Ne. 1. 69, ubi sermo est de draconibus, quibus puer Hercules fauces elidebat, sic, ut diuturnitas faceret, ut, compressis faucibus, vita fugeret e membris.

Ἄγω, fut. ἄξω. *duco, abduco, fero, affero, porto.* ὀρθὴν ἄγεις ἐφημοσύνην, Py. 6. 20, fers et exerces et celebras tuis factis rectum illud præceptum et admonitionem. στεφάνων ἐγκώμιον τεθμὸν, ὃν ἄγει ἐκ πεδίων Πίσης, Ol. 13. 40, coronarum laudatorium et hilarem morem, quem *celebrat* ex campis Pisæ. possit quidem ibi et esse pro ἐκτήσατο, reportat quæsitum: sed notio celebrandi est potior. ἄγει δὲ χάρις ποίνιμος, Py. 2. 32, i. e. ὀτρύνει, gratia remuneratrix ducit me ut dux: et ὀπιζομένη ibi est, respectans quasi sæpe ad accepta. νόῳ πλοῦτον ἄγει, Py. 6. 47, prudentiâ ducit vel vehit divitias suas, et gubernat. νεῖκος ἄγει ἀταρβεῖ κεφαλῇ, Py. 9. 54, certamen sustinet intrepidâ personâ. οὕτω σθένος θνητὸν ἄγει μοῖρα, Ne. 11. 54, sic mortale robur gubernat fortuna et fatum. nam ἄγειν est et, *regere, ut dux et imperator.* ἄγει ἀρετὴν οὐκ αἴσχιον (neutr. adverbialiter in comparativo) φυῆς, Ist. 7. 31, ita se gerit ut decet formam. ἄγοντι (Dorice pro ἄγουσι) με πάντα νῖκαι, Py. 7. 11, ducunt me et impellunt. εἴ τις ἄγοι τιμὰς, Ist. 2. 50: et τιμαὶ Ἑλικωνιάδων, honores Musarum, sunt οἱ ὕμνοι: si quis eos ducat ad ædes gloriæ plenorum hominum, prona est via. μοῖρά τις ἄγεν (ἦγεν) ἐς ἔραν, fatum quod duxit eos in eam terram, Py. 5. 102, ubi Ionicè augmentum deest. [Heynius autem legit ἔρανον.] Sed Py. 9. 217, ἆγεν διὰ ὅμιλον, duxit per agmen, ubi est augmentum Doricum, ᾶ pro ἦ. τελευτὰν αὐταῖς ἡμιθέων πλόος ἄγαγεν, finem illis, (saxis quasi vivis) et mortem, attulit navigatio semideorum, Py. 4. 375; ubi reduplicatio Attica est, cum augmento Dorico. τοὺς ἄγαγε, adduxit, Py. 5. 117. οὐδὲ ματρί οἱ ἄγαγον, adducebant, Ol. 1. 74; κεινοὶ γὰρ καὶ ἄπραχτοι ἐστρέψαν. χάριτες ἄνθεα ἄγαγον, Ol. 2. 98, gratiæ flores contulerunt. ἄγειν, referre, auferre, Py. 4. 286. ἀγαγεῖν, Py. 10. 9, afferre. ἀγαγὲν, Doricè pro ἀγαγεῖν, Py. 4. 98. ἄγων, ferens, Ol. 2. 20. ἄγων ἐς φάος τὸν δᾶμον, Ol. 5. 32, producens in lucem hunc populum, i. e. celebrem faciens. ἀπήμαντον ἄγων βίοτον, Ol. 8. 115, damnorum expertem adducens vitam. θυγατέρα, Py. 5. 36, afferens tibi. et 48, ἄγων ἀγάλματα, opera artificiosa afferens. ἄγοντα ἄγων, ducentem ducens, Py. 10. 103. λαοῖς μοῖραν, mortem, Py. 12. 22. τοὺς ἀγαγὼν, ζεύγλῃ ἐπέλασε, hos boves ducens, jugo admovit, Py. 4. 403. ἀγαγὼν ἐς πραπίδας, inducens in pectora, Py. 5. 89, ut sit spontaneum. δόξαν ἀγαγόντα ἐκ Δελφῶν, qui gloriam retulit ex Delphis, Py. 9. 132. οὔτε ἄνεμος ἄξοι, neque ventus auferat, Py. 6. 13. ἄξοντα ἔλαφον, qui adduceret cervam, Ol. 3. 52. ἀγέσθω στρωμνὴν, Py. 4. 410, tegumentum auferat.

Ἀγὼν, ῶνος, ὁ. *conventus, congregatio, celebritas.* deinde est *locus ubi convenitur, vel quo congregantur multi et multa; locus, ubi certandi aut spectandi causâ convenitur:* etiam *certamen* ipsum. In Pindaro οἱ ἀγῶνες sunt ludicra illa Græcorum certamina, quæ Horatius pingit, Lib. 2. Epist. 1. v. 93, sqq. ἀγὼν ὑπὸ πέτραν Κίρρας ἔθηκε τὸν κρατησίποδα, certamen ad petram Cirrhæ fecit hunc victorem cursûs, Py. 10. 24. σὸς δ' ἀγὼν, Ne. 3. 115, tuum, O Jupiter, est hoc certamen et hæc celebritas. nam Jovi Nemeæo sacrum erat. ἀγὼν χάλκεος, i. e. ἰσχυρὸς, Ne. 10. 41. Ἀλκαθόου ἀγὼν, Ist. 8. 149, certamen ab Alcathoo, Pelopis filio, institutum. ἄκοντα βαλεῖν ἔξω ἀγῶνος, Py. 1. 84, ubi ἀγὼν notat locum certaminis: et est pro-

verbialis locutio, jaculum jacere extra certaminis fines, i. e. inconvenienter et destinationi non aptè agere. ἐν τέρμασιν ἀγῶνος, Py. 9. 202, intra cancellos loci certaminis, vel ad carceres certaminis. Κλεωναίου ἀπὸ ἀγῶνος, Ne. 4. 27, a certamine, quod ἐν Κλεωναῖς, urbe Argolidis, celebrabatur. ἀγῶνί τε Κίῤῥας, Py. 11. 20. et Διὸς ἀγῶνι, Ne. 2. 37. scil. ἐν. sic plenè, Ne. 4. 142, Ὀρσοτριαίνου ἐν ἀγῶνι, in celebritate in honorem Neptuni habendâ. θηητὸν ἀγῶνα νέμειν, admirabile certamen administrare, Ol. 3. 65. ἔμεινεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων, ἀμφὶ ἀργυρίδεσσι, sustinuit certamen contra seniores de argenteis poculis, Ol. 9. 136. ἀγῶνα ἐξαίρετον ἀεῖσαι, Ol. 10. 28, certamen eximium canere. Ἥρας ἐπιχώριον ἀγῶνα, Junonis celebritatem patriam, Py. 8. 114. εἰς Ὑπερβορέων ἀγῶνα, Py. 10. 47, ubi notat concilium, cœtum, ἄθροισμα. ἀγῶνές τ' ἔννομοι Βοιώτιοι, scil. γινώσκουσιν αὐτὸν, Ol. 7. 154, legitima benè norunt eum, i. e. vicit ibi. ἔκτος αὐτοῖς ἤδη στέφανος περίκειται φυλλοφόρων ἀπὸ ἀγώνων, Ol. 8. 101, nam præter coronam et flores nihil ibi victoribus donabatur. Ὀλυμπίᾳ (ἐν) ἀγώνων πολυφάτων ἔσχον ἀκτῖνα, Py. 11. 71, fulgorem certaminum celeberrimorum obtinuerunt. μνηστῆρα ἀγώνων, Py. 12. 42, ubi certamina seria et bellica, non ludicra, intelliguntur. καταβολὴν (i. e. ἀρχὴν, καὶ θεμέλιον quasi,) ἀγώνων, Ne. 2. 5. εὖχος ἀπὸ ἀγώνων, οὓς ἐνέπουσιν ἱεροὺς, Ne. 6. 101, decus e certaminibus quæ vocant sacra. et hæc sunt quatuor illa nobilissima certamina, inter innumera alia minus nobilia, quæ celebravit et Pindarus, et quæ sacra κατ' ἐξοχὴν dicta, ἀγῶνες ἱεροί. ἀγώνων μοῖραν σὺν Ἑρμῇ διέπουσι, Ne. 10. 97, certaminum sortem cum Mercurio administrant. nam Tyndaridis ea celebritas communis cum Mercurio et Hercule. ἐν ἀέθλοις ἔθιγον πλείσταν ἀγώνων, unà cum præmiis attigerunt plurima certamina, Ist. 1. 26, i. e. sic certârunt sæpissimè, ut præmia auferrent. Ἑρμῆς ἀγῶνας ἔχει, Ol. 6. 134, utpote ἐναγώνιος dictus, præses certaminum: nam multum fortuna quoque valebat in iis ludicris certaminibus.

Ἀγώνιος, ου, ὁ, ἡ. *ad certamina*, etiam *ad cœtus et celebritates, pertinens; certatorius.* Ἑρμῆς, Ist. 1. 85, præses certaminum ludicrorum; ubi casus et fortuna multum quoque efficiebat sæpè. ἀγώνιον εὖχος, Ol. 10. 74, gloriam optabilem ex certamine. ἐν ἀγωνίοις ἀέθλοις κλέος ἔπραξε, Ist. 5. 9, in certatoriis, etiam contentionum plenissimis, certaminibus, gloriam acquisivit. ἀγώνιος enim est et *laboriosus.*

Ἀγωνία, ας, ἡ. *certatio.* πειρώμενον ἀγωνίας, Ol. 2. 94, experientem certaminis, ἀποπειρώμενον ἀγῶνος. ἀγωνίας σθένος, Py. 5. 150, i. e. τὸ ἐν τοῖς ἀγῶσιν σθένος, robur concertationis. ἐθέλουσι σύμπειρον ἀγωνίᾳ θυμὸν ἀμφέπειν, Ne. 7. 15, cupiunt conterminum certaminibus animum conservare, ὅμορον, i. e. student certaminibus. ut ergo hæc vox in Pindaro notet *actionem et studium certandi.*

Ἄδακρυς, υος, ὁ, ἡ. *sine fletu et luctu.* ἄδακρυν αἰῶνα νέμων, Ol. 2. 120, illacrymabile ævum ducens.

Ἀδάμας, αντος, ὁ. *adamas*, gemma illa, a duritie sic dicta: nam est insuperabilis, comparativè ad alios lapides. ἥλοις, Py. 4. 125, i. e. clavis firmissimis.

Ἀδαμάντινος, η, ον. *adamantinus.* Py. 4. 398, ἀδαμάντινον ἄροτρον, i. e. ἰσχυρόν.

Ἀδείμαντος, ου, ὁ, ἡ. *qui terreri nequit, qui terrori obnoxius non est.*

ἀδείμαντον σπέρμα Ἡρακλέος, Ne. 10. 30, i.e. Herculem imperterritum in utero concipiendum. ἀδείμαντον παῖδα, Ist. 1. 13, i. e. Herculem.

Ἀδελφεὸς, οῦ, ὁ. Ionicè pro ἀδελφός. *frater*. Ol. 2. 89, confer κοινός. ἀδελφεοῦ ἐπὶ βίαν, Ne. 10. 137, i. e. ad fratrem suum.

Ἀδελφεὰ, Ionicè et Doricè pro ἀδελφὴ, ῆς, ἡ. *soror*. τεὰν, Ne. 7. 5, sororem tuam. reperitur et neutrum, τὰ ἀδελφὰ, e. c. Xen. Mem. II. 3, 19.

Ἀδελφὸς, οῦ, ὁ. *frater*.

Ἀδίαντος, ου, ὁ, ἡ. *non madefactus*. σθένος, Ne. 7. 107, robur non rigatum, sudore sc. i. e. nullâ molestiâ aut defatigatione subactum.

Ἄδικος, ου, ὁ, ἡ. *injustus, inhumanus*. ἀδίκων ἀπέχειν ψυχὴν, Ol. 2. 125, i. e. ἀδικιῶν κεχωρισμένην ἔχειν. ἄδικον ἥβην legunt quidem alii Py. 6. 47, sed Schmidius ibi legendum censet ἀδινὸν, quod adjectivum pertinere ad πλοῦτον dicit. vulgata lectio id vult; οὔτε εἰς πλημμέλειαν οὔτε εἰς ὑπεροψίαν χρώμενος τῇ ἥβῃ.

Ἀδινὸς, ή, όν. *densus, satiatus cum quâdam delectatione*. est ab ἄδην, quod notat, *semper*, ἀδιαλείπτως. Eustathius docet, quinque significatus speciales habere hoc adjectivum: ἀθρόος, οἰκτρὸς, ἡδὺς, πυκνὸς, ἠρέμα. sed hæc omnia reducuntur ad unicam illam notionem, *densus, cum delectatione aliquâ*. δάκος ἀδινὸν, morsum cum sensu penetrantem, Py. 2. 97, sc. τὴν κακηγορίαν, maledicentiam, quæ est morsus altus. ἄδινον πλοῦτον, Py. 6. 47, copiosas divitias.

Ἀδόκητος, ου, ὁ, ἡ. *qui non putat, qui non exspectat aut opinatur*, ὁ μὴ δοκῶν. κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῦμα Ἀΐδου πεδὰ (pro μετὰ, ad) ἀδόκητον, καὶ ἐν (Dorice pro εἰς, *ad*) δοκέοντα, Ne. 7. 45, communis venit fluctus Orci, qui obruit et sepelit, ad non opinantem (e. c. juvenem, bene valentem,) et ad opinantem, e. c. senem invalidum. possit tamen fortassè ἀδόκητος et esse ἄδοξος, *inhonoratus, inglorius*; sicut ὁ δοκέων, *magni habitus*; nisi contextus obstaret.

Ἄδολος, ου, ὁ, ἡ. *sine dolo et astutiâ*. σοφία μείζων ἄδολος τελέθει δαέντι, Ol. 7. 99, gnaro sapientia major doli expers est; i. e. gnaro artis sculptoriæ, quam Rhodii, summi artifices, callebant, vel major quoque ars quam ea est, præstigiis omnibus carens apparet. gnarus satis scit, sine præstigiis vel majora fieri posse, quæ imperitis per artes magicas fieri putantur.

Ἁδύγλωσσος, Dor. pro ἡδύγλωσσος, ου, ὁ, ἡ. *dulcilinguis, dulciter sonans*. βοὴ, Ol. 13. 142, vox jucunda.

Ἁδυεπὴς, Dor. pro ἡδυεπὴς, έος, ὁ, ἡ. *dulciter loquens*.

Ἁδυλόγος, Dor. pro ἡδυλόγος, ου, ὁ, ἡ. *suavia dicens*. λύραι, suavisonæ lyræ, Ol. 6. 162, i. e. hymni.

Ἁδυμελὴς, Dor. pro ἡδυμελὴς, έος, ὁ, ἡ. *dulce sonans carminibus*. φόρμιγγι, Ol. 7. 20, et est casus sextus. ἀδυμελῆ κόσμον, Ol. 11. 14, i. e. ὕμνον.

Ἀδύνατος, ου, ὁ, ἡ. *quod fieri non potest, facultatem et potestatem superans*. ἀδύνατον, impossibile est, Ne. 7. 81. sic et neutrum plurale absolutè, ἀδύνατα, Py. 2, 148, fieri non potest.

Ἁδύπνοος, Dor. pro ἡδύπνοος, ου, ὁ, ἡ. *dulciter flans*. Μοῦσα, Ol. 13. 31, suaviter spirans. ἀδυπνόῳ φωνῇ, Ist. 2. 38, voce auribus gratissimâ.

Ἁδὺς, Dor. pro ἡδὺς, εῖα, ύ. *delectans, suavis*. est ab ἥδω, *suavitate delecto*.

"Αδυτος, ου, ὁ, ἡ. *quò non accedere potest aliquis vel omnis, inaccessus;* ab ἀ privativo, et δύω, *intro.* ἄδυτον θησαυρὸν, Py. 11. 7, ubi sic vocat templum Apollinis Ismenii prope Thebas, in colle Ismenio, sacro Apollini. et in id templum non cuivis patebat accessus. hinc et τὸ ἄδυτον est *locus sacer, ad quem adire vulgus prohibetur.* εὐώδεος ἐξ ἀδύτου, Ol. 7. 59, ex fragrante templo religioso.

"Αδω, Ionicè et Æolicè pro ἥδω, fut. ἥσω. *delecto, satio.* it. *placeo,* ἀρέσκω. ἄδον Ἄρει, placebant Marti, Ist. 4. 24, ἤρεσκον. Ζηνὶ, Ist. 8. 40, ubi est a. 2. et η est correptum in α. ἀδόντι νόῳ, Py. 6. 51, animo lubente, delectante se: etiam transitivè, placente animo. ἀδόντα Δίκῃ, placentem Justitiæ, Ol. 7. 32, ἀρεστόν. ἀδόντα δὲ εἴη με ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν, Py. 2. 175, placentem me bonis, liceat mihi versari cum bonis; vel et, delectanti me liceat mihi versari cum iis. ἁδὼν ἔρνεσι Λητοῦς, placens liberis Latonæ, Ne. 6. 64. ἀστοῖς, civibus, Ne. 8. 64. ἁδεῖν, Ol. 3. 1, i. e. ἀρέσαι, placere. apparet autem, formam ἥδω esse Atticam: primævam vero fuisse ἄδω, a quo est ἀδέω, fut. ἥσω, quod scribitur et ἀδέω, i. e. ἀρέσκω, *placeo.*

'Αεθλητὴς, et ἀθλητὴς, οῦ, ὁ. *certans in certamine.* Ne. 5. 90, ubi τέκτων ἀεθληταῖς ἔν, est, præceptor certatorum et magister.

"Αεθλον, ου, τὸ. (contr. ἄθλον) *præmium certaminis, quod quis valdè cupivit accipere.* τὰ ἔπαθλα ἐπὶ τοῖς ἀγῶσιν. it. *certamen.* εἰ δ' ἄεθλα γαρύειν ἔλδεαι, si certamina, ἀγωνίσματα, cupis loqui. et 159, ἀέθλων ἕνεκα, ob præmia certaminis. μοῖραν ἀέθλων, Ol. 6. 135, consecutionem præmiorum. εὖ δὲ παθεῖν, τὸ πρῶτον ἀέθλων, Py. 1. 191, bene affici rebus, bonâ fortunâ uti, primum est præmium quasi, in hujus vitæ curriculo consequendum: alterum est, benè audire. ἐσχάτων, Ne. 10. 59, supremorum et summorum. ἐν ἀέθλοις, cum præmiis, Ist. 1. 26. τοῦτο δὲ προσφέρων ἄεθλον, hoc afferens præmium, Ol. 9. 162, i. e. τὸν ὕμνον. cæterum τὸ ἄθλον καὶ βραβεῖον re ipsâ sunt idem, sicut et λῆμμα καὶ δῶρον: sed differunt solo respectu accipientis et dantis; nam τοῦ ἀθλοῦντος est τὸ ἄθλον, et τοῦ βραβευτοῦ (dantis præmium) est βραβεῖον.

'Αεθλονικία, ας, ἡ. *certaminum victoria.*

"Αεθλος, ου, ὁ. (contr. ἆθλος.) *certamen.* item, *labor molestus et ærumnosus.* ἄθλος, Ol. 1. 135, i. e. ὁ ἀγών. μάρτυρα ἀέθλων, Ol. 4. 6, i. e. ὑμνητήν. κυδίμων (ἐν) πτεροῖς, Ol. 14. 34, ubi certaminibus alæ tribuuntur, quia victores evehunt ad deos quasi. κῶμον ἀέθλων Πυθίων, Py. 3. 130, quamquam ibi possit intelligi τὸ ἄεθλον. ἀέθλων πέρατα, Py. 4. 391, quomodo certamina sint finienda. γνώσεται ἀέθλων, Py. 10. 11, specimen edit certaminum. κρίσις ἀμφὶ ἀέθλοις, Ol. 7. 146, et hic ἀγὼν vocabatur τὰ Τληπολέμεια in insulâ Rhodo: propriè tamen fiebat id in honorem solis. conf. ἄνθος. poterant et pueri ibi inter se certare.

'Αεθλοφόρος, et ἀθλοφόρος, ου, ὁ, ἡ. *qui præmium certaminis fert,* νικητής. Ol. 7. 13, i. e. νικηταῖς.

'Αεὶ, adv. *semper, constanter;* neque notat semper *continuationem in infinitum;* sed sæpè, *continuitatem in parvo temporis spatio,* vel *assiduitatem et studium in tempore non diuturno;* vel *frequentiam rei, aut sæpè repetitam rem.* idem dicitur αἰεὶ, αἰέν. ἐσαεὶ, in semper, in perpetuum, Ol. 11. 10.

Ἀείδω, fut. σω. quod per crasin dicitur ᾄδω, f. ᾄσω, *cano, notitiam occultam profero.* spectat præcipuè hæc vox ad artificiosè et musicè prolata sapientiæ aut rerum gestarum arcana, vulgo ignota. hinc Musæ maximè dicuntur ἀείδειν. ἀείδω γνωτά σοι θεῷ τε, Ne. 10. 57, cano nota tibi deoque, aliis verò minus cognita. ἀείδω οὐκ ἀγνῶτι, Ist. 2. 19, non ignaro. ἀείδει ἄλσος ἁγνὸν, sacrum templum canit, Ol. 5. 23, ὑμνεῖ, canens celebrat. ἵκεις ὥστε ἀείδειν, Ne. 5. 91, venis ut laudes. ἐν μελέταις ἀείδων, Ol. 14. 26, cum præmeditatis carminibus celebrans. κἀκείνοις ἄειδε (ἤειδε), Ne. 5. 41, illis cecinit. ἀείδεται θρέψασα ἥρωας, Py. 8. 35, celebratur insula, quod educârit heroas. εὔδοξος ἀείδεται, Ne. 7. 11, nobilis cantatur. ἠείδετο, Ol. 10. 84, celebrabatur. et 92, ἀείδετο πᾶν τέμενος, personabat cantibus. ἀείσομαι, cantabo, Ist. 7. 53. αὐτὸν ἐθέλων ἀείσεται, Ne. 4. 146, illum libens canet. τὰ ἀειδόμενον, Py. 5. 32, quod cantari solet: et intelligitur hymnus certus, Arcesilao non ignotus, cani ibi frequenter solitus; in quo erat, ad Deum omnia gratè referenda. conf. v. 33, sup.

Ἀείρω, fut. ερῶ. a. 1. ἤειρα et ἄειρα. *tollo, elevo in altum.* εἴ τί περ ἂν γε ἀερθεὶς, Ne. 7. 111, si fortè etiam me nimis elevarem. ἀρεταὶ ἀερθεῖσαι, Ne. 8. 70, quæ extolluntur et crescunt.

Ἀέλιος, Dor. pro ἠέλιος, quod Ionicè pro ἥλιος, ου, ὁ. *Sol.* circumscribitur, Ol. 7. 128—130, ὀξειᾶν πατὴρ γενέθλιος ἀκτίνων, πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων, et dicitur ex Nymphâ Rhodo genuisse septem filios, coll. versu 26, et 107, ἀελίου λάχος, et 131, sqq. nam insula Rhodus ei fuit sacra. nomina septem filiorum dicuntur esse Κέρκαφος, Ἀκτὶς, Μακαρεὺς, Τενάγης, Τριόπης, Φαέθων ὁ νεώτατος, Ὄχιμος. ἀλίου ὀξείαις αὐγαῖς ὑπακούει ὁ κῆπος, Ol. 3. 44, i. e. ἀσκίαστος ἔστιν ὁ τόπος. ἀελίου παῖς, Py. 4. 428, scil. rex Æëtes. ἁλίου μᾶτερ, πολυώνυμε Θεία, Ist. 5. 1, coll. Hesiodi Theog. 371, 374. O celeberrima Thea, mater Solis. ἀλίῳ ἀμφὶ ἑνὶ, Ol. 13. 51, i. e. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. ἅλιον ἔχοντες, in luce viventes, Ol. 2. 110.

Ἀελλόπους, (et ob metrum ἀελλόπος) οδος, ὁ, ἡ. *pes procellæ similis, pedibus velocissimus,* idem quod ποδήνεμος. epitheton sumtum ab equis, trahentibus currum.

Ἀελπτία, ας, ἡ. *defectus spei, desperatio.* χρόνος ἀελπτίᾳ βαλών τινα, Py. 12. 55, tempus, aliquem desperatione percutiens.

Ἀέναος, ου, ὁ, ἡ. *perennis, semper plenus et fluens.* ἀενάου πυρὸς, perpetui ignis, Py. 1. 9, ubi id epitheton, propriè ponendum de flumine, ponitur de fulmine, quia id celerrimè de cœlo defluit in terram, et est quasi ἄσβεστον. præterea quotannis fluit is ignis ex nubibus. ἀέναον τιμὴν, Ol. 14. 17, i. e. ἄφθαρτον, ἀΐδιον. ν simplex est ob metrum, vel ex dialecto. ἀεννάοις ἐν τραπέζαις, Ne. 11. 9, perpetuis in mensis, i. e. sine intermissione.

Ἀεξίγυιος, ου, ὁ, ἡ. *membra et corpus augens.* ἀέθλων, corpus augentium certaminum, Ne. 4. 119. nam his exercitiis lætum fit corpus.

Ἀέξω, fut. ἀεξήσω. *augeo.* σὲ ἀλκὰ παγκρατίου ἀέξει, Ne. 2. 24, te auget et celebriorem facit. αὐτούς τε καὶ πόλιν θεὸς ἀέξοι, Ol. 8. 116, augeat, promoveat, fortunet, ἐπαίροι. ὕμνων ἀέξε ἄνθος, Ol. 6. 180, i. e. αὖξανε, propitia, O Deus.

Ἀετὸς, et αἰετὸς, οῦ, ὁ. *aquila.* αἰετὸς, οἰωνῶν βασιλεὺς, Ol. 13. 30; et ejus effigies templis superponi solebat,

ex inventione Corinthiorum. εὕδει ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς, οἰωνῶν ἀρχὸς, dormit juxta sceptrum Jovis, i.e. juxta Jovem sedet, Py. 1. 10, sqq. αἰετὸς ταννύπτερος, Py. 5. 149, ubi est comparatio: qualis est aquila inter aves, talis est ille inter alios, fortitudine.

Ἄημι, id. quod ἄω et ἀέω, *spiro*. ὅσσ' ἄηται μαρτύρια, Ist. 4. 15, spirantur testimonia gloriæ, i.e. circumferuntur hinc inde citò, efferuntur, dicuntur. possis et in mediâ significatione accipere, spirant tesmonia ista, activè.

Ἀθάνα, ας, ἡ. et Ἀθᾶναι, ῶν, αἱ. Urbs et civitas Græciæ nobilissima. Dor. pro Ἀθήνη. ἐν Ἀθάναις, sc. νικήσας, Ol. 9. 133. ἐν κρανααῖς, Ol. 7. 151, ubi tota terra Attica intelligitur.

Ἀθάνατος, ου, ὁ, ἡ. *immortalis*. et Ionicè in fœminino ἡ ἀθανάτη. ἀθάνατον τοῦτο ὄνομα, Ol. 6. 95, ob genus non interiturum. τοῦτο φωνῆεν, Ist. 4. 68, id perpetuò sonat. ἀθάνατον βίον μὴ σπεῦδε, Py. 3. 109, immortalem vitam ne affecta. θήσονταί νιν, facient eum, Py. 9. 110. ἀθανάτου στόματος, Py. 4. 18, quod certissima loquitur. Ἀθάνατοι δατέοντο χθόνα, diviserunt inter se terram, Ol. 7. 102. πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι ἓν παρὰ ἐσλὸν, Py. 3. 147, mala duo attribuunt mortalibus Dii cum uno bono. θῆσαν αὐτῷ ῥῆσιν ἀγγέλων παλίγγλωσσον, Ne. 1. 88, revocandam nuntiationem, utpote falsam. χωρὶς, procul a Diis, Ol. 9. 62, προσφέρομεν τι τοῖς ἀθανάτοις, Ne. 6. 9, similes aliquantulum sumus Diis. ἐνεμίχθησαν τιμαῖς, Ist. 2. 42, i.e. statuæ iis in luco Jovis positæ memoriam eorum æternum honoratam faciunt.

Ἄθεμις, ιτος et ιστος, ὁ, ἡ. *contra fas et jus agens:* ἄδικος. δόλον, injustum clandestinum factum, Py. 3. 56, ex parte Coronidis. ἄθεμιν Πελίαν, Py. 4. 193, et id Jason liberrimè palam dicit.

Ἄθεος, ου, ὁ, ἡ. *sine deo*. βελῶν, Py. 4. 288, quæ dicuntur ἄθεα, propter incestum.

Ἄθλον, vid. sup. ἄεθλον.

Ἄθλος, vid. sup. ἄεθλος.

Ἀθλοφόρος, vid. ἀεθλοφόρος.

Ἀθρέω, fut. ήσω. *attente specto: cum apprehensione et consideratione video*. ἄθρησον χάριν φόρμιγγος, Py. 2. 129, considera gratiam citharæ, i.e. vide an placeat tibi hic hymnus.

Ἀθρόος, α, ον. et per contractionem ἄθρους, ἄθρη, ἄθρουν, *confertus, densus*. item, *continuus, continuatus*. ἀθρόην κακότητα, in malum multiplex, Py. 2. 65. φανερὰ θήσω ἀθρόα παύρῳ ἔπει, pauco sermone permulta simul manifesta faciam, Ol. 13. 139, i.e. πλεῖστα. ἀθρόοις ἔρνεσι, Ist. 1. 36, crebris frondibus. ἀθρόαις πέντε ἡμέραις καὶ νυξὶ, Py. 4. 231, continuis quinque νυχθημέροις, ἀδιαλείπτως διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας. apud alios est ἀθρόος, *subitus, improvisus*, e. c. Theocr. Id. 13. 50, 51.

Ἄθυρμα, ατος, τὸ. *lusus puerilis*. Ἀπολλώνιον ἄθυρμα, lusum Apollineum, Py. 5. 29, ubi poëta sic vocat hymnum, a χορευταῖς et ad tibias saltandum, cum gesticulatione et motu vario. nam ipse ἡ χορεία est παιδιὰ Ἀπόλλωνος.

Ἀθύρω, fut. ρῶ. *circumcurro lusitans, actuosus sum pueriliter*. nam propriè *de pueris* hoc verbum dicitur. ἄθυρε (ἤθυρε) μεγάλα ἔργα χερσὶ, Ne. 3. 77, ubi sermo est de Achille infantulo, ludente magna opera. ergo ἀθύρειν est, *pueriliter lusitare, affectando res serias,* velut cùm pueri ludunt nuptias, aut mili-

tiam, aut venationem, &c. λοιποῖς ἀθύρειν, Ist. 4. 67, i. e. posteris et ἐσομένοις Ὁμηρίδαις, ad ludendum, cantu sc. et actione; ad saltandum ea, ut Latini ejusmodi gesticulationem cum recitatione junctam appellant. ergo notat h. l. etiam paulò mitius, *quamcunque imitationem ludicram*; sicut Germanorum verbum, *spielen*.

Αἰανὴς, έος, ὁ, ἡ. *cum tristitiâ et lamentatione ferendus; durus; molestus*. κόρος, molesta satietas, odiosa, Py. 1. 161.

Αἰγεὺς, έως, ὁ. duo hujus nominis sunt celebres. Unus erat ex numero τῶν σπαρτῶν a Cadmo, i. e. ortorum ex dentibus satis draconis: cujus posteri dicti οἱ Αἰγεῖδαι, Thebani, ex quo genere et ipse Pindarus fuit. Py. 5. 101. Ist. 7. 21. Alius Ægeus fuit pater Thesei, princeps Atheniensis: unde et Athenis erat nobilis gens, τῶν Αἰγειδῶν.

Αἴγλα, Dor. pro αἴγλη, ης, ἡ. *magnus splendor*. αἴγλα ποδῶν, Ol. 13. 49, decus pedum, ἡ ἐκ τοῦ δρόμου δόξα: ubi ergo est audax metaphora. ὅταν αἴγλα Διόσδοτος ἔλθῃ, Py. 8. 136, splendor a Jove datus, i. e. felicitas et honor. κῶμον, αἴγλαν στεφάνοις, celebrationem victorialem, quæ est splendor præcipuus coronis accedens, Py. 3. 131, λαμπηδόνα. αἴγλαν ἐς φαντὰν, Ne. 1. 54, conspiciendam et admirandam in lucem.

Αἰγλάεις, Dor. pro αἰγλήεις, εσσα, εν. *fulgidus*. κῶας αἰγλᾶεν, Py. 4. 411, ubi sic vocat aureum illud vellus. αἰγλᾶντα κόσμον, Py. 2. 19, per contractionem Doricam pro αἰγλήεντα, fulgentem ornatum, λαμπρὸν λίαν.

Αἰδέομαι, fut. έσομαι et ήσομαι. *vereor, revereor*. αἰδέομαι μέγα εἰπεῖν, Ne. 5. 25, vereor rem magnam loqui. αἰδέονται, Py. 9. 73, verecundantur. αἰδεσθέντες ἀλκὰν, Py. 4. 308, reveriti robur suum, i. e. pudebat eos venire, propter robur suum, ἐντραπέντες ἣν εἶχον ἀλκὴν καταισχῦναι.

Αἰδοῖος, α, ον. *reverentiâ dignus, venerabilis*. αἰδοῖος μὲν ἦν ἀστοῖς, Ist. 2. 54, venerabilis erat civibus, ἐντροπῆς ἄξιος, veneratione ab iis affectus est: simul et activè, αὐτὸς ἐντρεπόμενος, et iis debitam venerationem præstans. φαιδίμαν ἀνδρὸς αἰδοίου πρόσοψιν, Py. 4. 51, illustrem viri reverendi faciem, αἰδεσίμου καὶ ἀξιοπρεποῦς. αἰδοία ποτιστάζει χάρις εὐκλέα μορφὰν, Ol. 6. 127, venerabilis gratia adstillat et aspergit gloriosam faciem. δίδοι δέ οἱ αἰδοίαν χάριν, Ol. 7. 164, et da ei venerandam gratiam.

Αἰδοιέστατος, η, ον. *maximè venerandus*. κτεάνων χρυσὸς αἰδοιέστατον, Ol. 3. 76, inter opes aurum est maximè venerabile. ἔχει συγγενὴς ὀφθαλμὸς αἰδοιέστατον γέρας, Py. 5. 22, i. e. τὴν βασιλείαν, quæ est reverentiæ plenissima et dignissima.

Ἄϊδρις, ιος, ὁ, ἡ. *imperitus, nihil probè sciens*.

Ἀϊδροδίκης, ου, ὁ. *juris et æqui ignarus*. epitheton belluæ. θῆρας, Ne. 1. 96, immanes, non humanas, et humanitatis leges ignorantes.

Αἰδὼς, όος, ἡ. *pudor, reverentia*. ἀρετὴν καὶ χάρματα ἐνέβαλεν ἀνθρώποις Προμηθέος αἰδὼς, Ol. 7. 81, reverentia et cultus Promethei dare solet hominibus præstantiam et gaudia, i. e. ἡ προμήθεια ipsa, si homines accuratè ante considerant, quid et quale sit id quod acturi sunt. Αἰδὼς, ἣ φέρει δόξαν, scil. τῷ αἰδήμονι, Ne. 9. 79, collato 86, ubi eadem αἰδὼς vocatur ἡ θεὸς, Dea Verecundia. est ergo Pudor, qui cavet ne admittatur quid flagitii. locus ille integer est rele-

gendus. Ζεῦ τέλει, αἰδῶ διδοὺς, Ol. 13. 164, Jupiter effice, reverentiam dans, i. e. pudorem et honestatem. αἰδῶ καλύψαι, Py. 4. 260, pudorem abscondere, i. e. sine pudore et reverentiâ agere; reverentiam sepelire. et phrasis est loco genitivi, ἀφίστανται αἱ Μοῖραι τοῦ ἀναιδοῦς πράγματος, aversantur Parcæ id, si eo procedit inimicitia inter cognatos, ὥστε μὴ αἰδεῖσθαι, ut obliviscantur omnis amoris mutui. et 387, ὄφρα Μηδείας τοκήων ἀφέλοιτο αἰδῶ, ut Medeæ eriperet reverentiam parentum. ἱερατὴν αὐτοῖς ἔβαλεν αἰδῶ, Py. 9. 20, amabilem illis injecit verecundiam.

Αἰετὸς, vid. Ἀετός.

Αἰήτης, ου, ὁ. Rex Colchidis, frater Circes, filius Solis ex Persâ filiâ Oceani. Αἰήτα (genitiv. Dor.) παῖς, i. e. Medea, Py. 4. 17. vide porrò de eo, Py. 4. 285, 379.

Αἰθὴρ, έρος, ὁ et ἡ. *æther: aër superior et purus*, in quem nullæ ascendunt nubes; nam ἀὴρ est *inferior aër, nubibus obnoxius*. est ab αἴθω, i. e. λάμπω, *splendeo*. αἰθέρος δι' ἐρήμας, Ol. 1. 10, per cœlum vastum et serenum, ubi interdiu nil nisi unicus sol apparet. ἀπὸ κόλπων αἰθέρος ψυχρᾶς ἐρήμου, Ol. 13. 125, ex sinubus aëris frigidi vasti, i. e. ex alto, respectu ad Bellerophontem, equo alato vectum: nam media aëris regio est frigida, nec ibi versantur ulla animalia. et h. l. ἐρήμου est gen. communis. αἰθέρα ἐς φαεινὸν πεμφθεῖσα γῆ, Ol. 7. 122, ubi simpliciter notat ἀέρα· si terra ex mari paulatim emergens venerit super mare in aërem lucidum. et sermo est de insulâ Rhodo, priùs sub aquis latente. πίτναντο εἰς αἰθέρα χεῖρας, Ne. 5. 20, tetenderunt manus ad cœlum. δένδρεον ἀΐσσει πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα, Ne. 8. 71, celeriter exsurgit in liquidum aërem; altè crescit. αἰθέρα λακτίζοισα καπνῷ, Ist. 4. 112, cœlum feriens et incursans fumo; ubi audax verbi metaphora est, pro, tangens aërem.

Αἰθὸς, ἡ, ὸν. *ardens, fulgens*. ἐπὶ αἰθᾶς (Dor. pro αἰθῆς) ἀσπίδος, Py. 8. 65, in corusco et fulgido clypeo. sed τὸ αἶθος, εος, est *ardor*, et ipse *ignis*.

Αἴθω, *ardere vel splendere facio, uro*. deinde et intransitivè, *ardeo, splendeo*. αἰθόμενον πῦρ, i. e. καιόμενον καὶ λάμπον, Ol. 1. 2. αἰθοίσας σπέρμα φλογὸς οὐκ ἔχοντες, urentis, comburentis flammæ, Ol. 7. 86. αἴθων κεραυνὸς, urens fulmen, Py. 3. 104. sic κεραυνὸν, Ol. 10. 98, quanquam hoc exemplum pertineat ad adjectivum αἴθων.

Αἴθων, ωνος, ὁ, ἡ. *ardens, ardorem faciens vel habens*, sive id propriè sive impropriè intelligatur. αἴθων ἀλώπηξ, Ol. 11. 20, ἡ διάπυρος, δολία· simul tamen et ad colorem igneum ibi respicitur, rufa; et ad ingenium ruforum. αἴθωνα κεραυνὸν, Ol. 10. 98, nam fulmen incendens quoque rubrum esse videtur. sic et Py. 3. 104. αἴθωνι ἁλίῳ, ardenti soli, Ne. 7. 108. αἴθωνα ῥόον καπνοῦ, Py. 1. 44, candentem et impetuosum fluxum fumi.

Αἷμα, ατος, τὸ. *sanguis*. ab αἴθω, quasi αἴθημα. ἐμφύλιον αἷμα, cognatus sanguis, Py. 2. 57. αἷμά οἱ, Py. 4. 84, i. e. posteri ejus. τεὸν αἷμα, Ne. 3. 114, i. e. tui filii et nepotes. ἀπὸ τῆσδε αἷμα πάτρης, Ne. 6. 62, sanguis, i. e. prognatus, ex hâc familiâ. αἷμα Πεισάνδρου, Ne. 11. 44, i. e. posteri ejus. αἵματος χάλαζαν, Ist. 7. 39, grandinem sanguinis, i. e. atrocem et magnam cædem.

Αἱμακουρία, ας, ἡ. est vox Βοιωτικὴ, composita ex τὸ αἷμα et ὁ κόρος *satietas*; notatque *libationem sanguinis mortuo offerri solitam ad monumentum ejus*. animæ defunctorum enim, desiderio vitæ, delectari putabantur sanguine, utpote in

quo est vita corporis; ut notum est ex Odyss. λ. alii tamen ab ὁ κοῦρος, *adolescens*, compositam vocem dicunt, quia in Peloponneso quotannis stato die omnes ἔφηβοι ad sepulchrum Pelopis usque ad sanguinem flagris cædebantur, ferentes quasi libationem mortuo sanguinis sui. notat hinc deinde in genere, τὰ τῶν νεκρῶν ἐναγίσματα, parentationes. νῦν αἱμακουρίαις ἀγλααῖς ἐμμέμικται, sc. ὁ Πέλοψ, Ol. 1. 146, i. e. τελευτήσας τιμᾶται ἐναγισμοῖς καὶ θυσίαις παρὰ τοῖς τοῦ Ἀλφειοῦ ῥεύμασιν.

Αἱμάσσω, fut. ξω. *cruento, sanguine inficio.* πεδίον ἀμπελόεν αἵμαξε, Ist. 8. 109, vitiferum campum cruentavit, cæde factâ.

Αἱμύλος, η, ον. et -ος, ὁ, ἡ. *blandus, commovens sanguinem et animum blandè,* πιθανὸς, δόλιος, ποικίλος.

Αἰνέας, ου, ὁ. erat χοροδιδάσκαλος, Ol. 6. 149, ᾧ ἐχρήσατο ὁ Πίνδαρος, διὰ τὸ αὐτὸν ἰσχνόφωνον εἶναι, καὶ μὴ δύνασθαι ἐν τῷ δημοσίῳ δι' ἑαυτοῦ καταλέγειν τοῖς χοροῖς, ὅπερ οἱ πλείους καὶ μεγαλόφωνοι τῶν ποιητῶν ἀγωνιζόμενοι ἐποίουν δι' ἑαυτῶν, διδάσκοντες τοὺς χορούς. *Ein vorsanger.*

Αἰνέω, fut. ήσω et έσω. *laudo, comprobo, assentio, consentio.* ἐπεί μιν αἰνέω, quia illum laudo, Ol. 4. 23. αἰνέων τὸν, laudans eum, Ne. 4. 151. αἰνεῖων Μελέαγρον, αἰνεῖων δὲ καὶ Ἕκτορα, Ist. 7. 45, laudes horum æmulans, ἐν ἐπαίνῳ τιθέμενος· καὶ ζηλῶν τὰς τούτων ἀρετάς. αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρὸν, Py. 9. 169, laudare etiam inimicum jubebat. τὸν αἰνεῖν ἀγαθῷ παρέχει, Ist. 8. 151, hunc laudandum bono præbet. αἰνέσω, laudabo, Ne. 7. 92. ὄφρα αἰνέσω, ut laudem, Ol. 7. 30. αἴνησα, laudavi, Ol. 10. 120. αἴνησε γάμον ἄλλον, Py. 3. 25, i. e. ἐπῄνεσε, probavit, assensit. αἰνῆσαι, i. e. ἐγκωμιάσαι, Py. 1. 83. κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκης, lucrum laudare præ justitiâ, Py. 4. 248. αἰνήσαις, Dor. pro αἰνήσας, laudans, Ol. 9. 23. αἰνεῖσθαι τὸν χρεὼν, oportet eum laudari, Ne. 11. 22, ἐπαινεῖσθαι.

Αἶνος, ου, ὁ. in Homero ponitur primum pro *laude.* deinde notat quoque ἀπόκρυφον λόγον, καὶ ἐσχηματισμένον, si quid narratur quod ulteriorem habet respectum. in Pindaro αἶνος *laudem* et *admirationem* notat. τὶν (σοὶ) δὲ αἶνος ἕτοιμος, Ol. 6. 18, tibi laudatio est parata, ὁ ἔπαινος. ἀφθόνητος αἶνος Ὀλυμπιονίκαις ἄγκειται (ἀνάκειται) Ol. 11. 7, laudatio invidiæ non obnoxia. αἶνον ἔβη κόρος, Ol. 2. 173, laudem invasit vis et insolentia, conf. ἔβη sub βαίνω. αἶνον μέγαν ἵππων, Ne. 1. 6, laudem magnam equorum. notat et rem ipsam laudatione dignam.

Αἰνὸς, ὴ, ὸν. est idem quod αἰανὸς, et vel ab eo ortum per syncopen; vel illud ab hoc per intersertum α. est ergo, *durus, sævus, lugubris, gravis.* ἔδωκε θῆρας αἰνῷ φόβῳ, Py. 5. 80, injecit feris gravem metum. ἐν αἰνᾷ (αἰνῇ, ubi Ionicè adjectivum fœmin. cum substantivo masculini generis,) Ταρτάρῳ, Py. 1. 29. αἰνὰν ὕβριν ἀπέφυγεν, Py. 11. 85, gravem contumeliam effugit. ergo αἰνὸς ferè semper in malo et molesto significatu ponitur.

Αἰόλλω, est κινέω, in specie κινέω κατὰ εἴλησιν, *moveo volvendo et orbes faciendo; contremiscere motu undulante facio.* οὐκ αἰόλλει νιν, non movet aut circumagit eum, Py. 4. 414, ubi sermo est de Jasone, tauros ignivomos tractante, et ab ignibus eorum se averti non patiente. et ratio, quod hi ignes Jasonem non læserint, physica traditur. ἡ Μήδεια γὰρ ἐκέλευσε, συμπεράναντα τὴν αὔλακα (sulco uno ad finem ducto,) ἀπὸ τοῦ ἐκείνης τέλους μὴ ἄρχεσθαι

ὅπερ ἔθος τοῖς ἀροτριῶσιν, ἀλλ' ἀναποδίσαντα, οὕτω πάλιν ἄρχεσθαι, ut hâc ratione semper ventum a tergo haberet. id Poëtæ augentes in majus, venenis magicis effectum id esse dixerunt. sed cùm ipsi ignivomi tauri sint figmentum, auctum in majus, qui fuerunt feri tauri robustissimi; ineptum esset, figmenti rationem physicam operosè tradere. αἰόλλειν est ergo, *vertere, convertere, flectere variè:* et hinc vir ille versutissimus olim ὁ Αἴολος, nomen invenit.

Αἰολοβρόντας, Dor. pro ---ης, ου, ὁ. est epitheton Jovis, ὁ τῶν ταχέως κινουμένων βροντῶν αἴτιος, *qui celeriter et variè tonat.* αἰολοβρόντα, gen. Doricus pro ---του, Ol. 9. 64.

Αἰόλος, η, ον. *celer, agilis, facilis flexu et motu.* deinde et, *varius.* αἰόλῳ ψεύδει, versuto mendacio, Ne. 8. 43, artificiosè contorto et complicato.

Αἰπεινὸς, ὴ, ὸν. *altus, arduus.* Πυθῶνος, Ne. 9. 11, Delphorum urbis. αἰπεινοὶ λόγοι, duri et molesti sermones, Ne. 5. 59, προσάντεις καὶ χαλεποί. σοφίαι μὲν αἰπειναί, doctrinæ sunt arduæ, Ol. 9. 161. αἰπεινῶν ἀπὸ σταθμῶν, Py. 4. 135, montanis e stabulis.

Αἰπὺς, εῖα, ὺ. *celsus, arduus, altus, difficilis superatu ob altitudinem aut magnitudinem, aut alia ardua, gravis.*

Αἴπυτος, ου, ὁ. fuit rex Arcadiæ antiquus et heros, filius Ἐλάτου.

Αἵρεσις, εως, ἡ. *optio, electio.*

Αἱρέω, fut. ήσω. *capio, sumo.* etiam *expugno, vasto, captivum duco.* it. *præfero,* προκρίνω. αἱρέομαι μισθὸν, Py. 1. 147, amplector et magni facio et præfero mercedem. sæpissimè hoc verbum notat *occidere, interficere.* εἷλεν (ab ἕλω) Ἰωλκὸν, Ne. 3. 58, expugnavit. ἕλεν ἄταν, accepit noxam, Ol. 1. 89. et 142, Οἰνόμαον, παρθένον τε σύνευνον, ubi in duplici significatu positum: nam ad Οἰνόμαον notat ἐνίκησε, superavit, assecutus est cursu; ad σύνευνον est, ἔλαβε, accepit. μόχθον, Py. 2. 54, nactus est ærumnam. στεφάνους, coronas, Py. 3. 133. ἥρωας ἕλεν, occidit, Ne. 4. 48. ἕλον Ἀμύκλας, ceperunt hanc urbem, Ist. 7. 20. ἑλὼν, accipiens, Ol. 7. 2. βίοτον γλυκὺν, i. e. δεξάμενος, nactus vitam suavem, Py. 2. 47. εὖχος, gloriam et decus capiens, Py. 5. 26. εἴ τις ἄκρον, Py. 11. 84, si quis summum adeptus. ὃς ἂν ἕλῃ ἀμφότερα, qui nactus fuerit utraque, Py. 1. 194. ἑλεῖν, abstulisse, Ol. 9. 79. πρὶν μέσον ἆμαρ ἑλεῖν, Py. 9. 199, antequam medium diem acciperet is. ἑλεῖν, accepisse, Ne. 5. 96. εἵλετο αἰῶνα, Ne. 10. 110, elegit vitam hanc. κλέος ὤρουσαν ἑλέσθαι, Ol. 9. 155, gloriam studuerunt assequi.

Αἴρω, fut. ἀρῶ. *tollo, elevo, aufero.* est per syncopen idem quod ἀείρω. ἀραμένῳ τόλμαν καλῶν, Ne. 7. 87, et pertinet ad τὶν, i. e. σοί. alii legunt ibi ἀράμενον, qui suscipit. nam αἱρέσθαι notat et *suscipere.*

Αἶσα, ης, ἡ. *debita portio:* τὸ καθῆκον. deinde et *fatum.* οἵας εἰμὲν (ἐσμὲν, Doricè,) αἴσας; qualis simus fati et conditionis, Py. 3. 108. αἶσα Διὸς, i. e. κατὰ βούλησιν αὐτοῦ, Ol. 9. 65. αἶσαν κλυτὴν παρέχοι θεὸς, Ol. 6. 174, illustrem sortem præbeat. αἰεὶ τοιαύτην αἶσαν (sc. δὸς, ὦ Ζεῦ) αὐτοῖς, Py. 1. 132. παρὰ αἶσαν, præter fas et jus, Py. 8. 16. χθονὸς αἶσαν δωρήσεται, terræ portionem donabit, Py. 9. 99. οὐ κατὰ αἶσαν, Py. 4. 190, i. e. injuriâ, contra fatorum ordinem; nam ego sum hæres: παρὰ πάντα τὰ δίκαια,

præter omne jus. κατὰ αἶσαν, Py. 10. 40, i. e. κατὰ τὸ προσῆκον. μέμφομαι αἶσαν τυραννίδος, improbo sortem regiæ conditionis, Py. 11. 80. τεὰν κατὰ αἶσαν, Ne. 3. 25, tuo, O Musa, beneficio. ταύταν μεθέπων Διόθεν αἶσαν, Ne. 6. 25, hanc sequens a Jove datam sortem. et 79, ἔπορον (præbuerunt,) αἶσαν. ἀγακλέα αἶσαν, perillustrem sortem, Ist. 1. 50.

Αἴσιος, α, ον. et ὁ, ἡ, αἴσιος. *a bono fato destinatus, faustus*, it. *opportunus, aptus*. etiam in genere, *a fausto vel infausto fato constitutus*. αἴσιον βροντὴν, Py. 4. 40, faustum tonitru, a Jove signum datum. αἰσιᾶν (Dor. pro αἰσιῶν) ὀρνίχων, Ne. 9. 43, bonarum avium, i. e. boni et fausti auspicii.

'Αἴσσω, fut. ξω. *ruo* vel *feror* vel *mittor cum impetu*. ὡς ὅτε δένδρεον ἀΐσσει, velut cum arbor excrescit, Ne. 8. 69. ut ergo et de *incrementis in altum* ponatur.

"Αϊστος, ου, ὁ, ἡ. *qui ignoratur*. propriè est, *invisibilis, qui nusquam apparet*. ἄϊστος δαίμων, Ist. 7. 60, fortuna incognita est, sc. quonam genere mortis quisque sit moriturus.

'Αϊστόω, fut. ώσω. *invisibilem et ignoratum facio. deleo prorsus*. ἄϊστον ποιέω, *aufero e medio, ut deinde nec cognoscatur nec sciatur*. ἀΐστωσεν ὕλην, Py. 3. 67, delevit ignis sylvam.

Αἴσχιον, *turpius*. neutrum ab αἰσχίων, ὁ, ἡ. compar. a substantivo τὸ αἶσχος. ἄγει ἀρετὴν οὐκ αἴσχιον φυᾶς, Ist. 7. 32, exercet et præ se fert virtutem non deterius quam forma ejus pulchra est.

Αἰσχύνω, fut. υνῶ. *dehonesto, dedecoro*. εἴ τις αἰσχύνοι αὐτῷ θνητὸν εἶδος, Py. 4. 470, si quis turparet ei admirabilem formam. αἰσχύνων ἐπιχώρια, pro contemnendis habens res in patriâ suâ, fastidiens, Py. 3. 38, contemnens. θυμὸν αἰσχυνθήμεν, pro αἰσχυνθῆναι, animo pudefieri, Ne. 9. 63.

Αἴτε, *sive*. est Dorice pro εἴτε. Py. 4. 138.

Αἰτέω, fut. ήσω. *rogo, oro*. θεῶν ὄπιν ἄφθιτον αἰτέω ὑμετέραις τύχαις, Py. 8. 101, Deorum providentiam immortalem exposco vestris fortunis. αἰτέω σε, Py. 12. 1, posco te. αἴτει, pro ᾔτει, petebat, Ol. 3. 30. ἣν πολλοὶ αἴτεον, pro ᾔτεον, quam multi petebant, Py. 9. 189. αἰτήσων, petiturus, Ol. 5. 46. αἰτέομαι, poscor, Ist. 8. 10.

Αἰτία, ας, ἡ. *causa, ratio*. est et sæpè, *querela, culpatio*. et id ex significatu vocis primo. μείων γὰρ αἰτία, Ol. 1. 57, i. e. ἐλάττων γὰρ οὕτω μέμψις, i. e. οὐδεμία, ἀλλὰ καὶ ἔπαινος μᾶλλον. μελίφρονα αἰτίαν ῥοαῖς Μουσᾶν ἐνέβαλλε, Ne. 7. 16, dulcem causam, i. e. ὕλην, materiam, quæ vehatur, injecit fluentis Musarum, venis Musarum.

Αἴτιος, α, ον. *qui in causâ est ut aliquid sit vel fiat vel factum sit*. ex hoc primo significatu fecerunt recentiores suum αἴτιον, *reum, pœnâ dignum*. παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν (pro ὑπερτιθέναι) omni rei Deum auctorem supra omnia facito, Py. 5. 33. nam etsi sint aliæ causæ mediæ, ille tamen primus et supremus est auctor. hanc veritatem Homerus ubique admirando modo inculcat.

Αἰτωλοὶ, ῶν, οἱ. gens Græca admodum nobilis. Dialectus Ætolorum ex genitivo tertiæ declinationis solebat facere novum nominativum. e. c. ex ὁ γέρων, τοῦ γέροντος, faciebant ὁ γέροντος, ου. ex τὸ πάθημα, ατος, ὁ παθήματος, ου, &c. Αἰτωλὸς ἀνὴρ, i. e. 'Ηλεῖός τις, Ol. 3. 22, quia

urbs Elis ab Ætolis condita vel restituta.

Αἰχμὰ, Dor. pro αἰχμὴ, ῆς, ἡ. *cuspis ferrea hastæ*, nam hasta habet duas partes, τὸ δόρυ, *hastile*, et τὴν αἰχμὴν, *cuspidem*. sed sæpè utrumvis de totâ hastâ ponitur. sæpè hoc instrumentum ponitur pro *pugnâ* aut *bello*. αἰχμῆς (ἕνεκα) Py. 1. 129. αἰχμᾷ, i. e. πλήθει, δυνάμει, Ol. 7. 35. αἰχμᾷ παρμένοντας, Py. 8. 58, perseverantes in acie. αἰχμὴν ὑπέραλλον, Ne. 3. 57, eximiam hastam. τοῦ ἔθρεψε, Ne. 10. 23, aluit bellum ejus.

Αἰχματὰς, Dor. pro αἰχμητὴς, οῦ, ὁ. propriè, *qui hastâ pugnat*. deinde in genere, στρατιώτης, *miles*; in specie autem, *miles nobilior*; quia viliores milites non hastâ, sed aliis levioribus telis, pugnabant. κεραυνὸν, Py. 1. 8, i. e. ἰσχυρόν.

Αἶψα, adv. *statim, continuò*. αἶψα δὲ ἀπὸ κλισιᾶν ὦρτο, Py. 4. 237, statim ex illis sedibus proruit. ἔλαβεν αἶψα ἄγραν, Ne. 3. 140, comprehendere celeriter solet venationem.

Ἀΐω, *sentio*. in specie, *audio*. θρῆνον ἄϊε, sc. ἡ Ἀθήνη, Py. 12. 17. μελπομενᾶν Μουσᾶν ἄϊον, audiebant canentes, Py. 3. 161. βοὰν Πιερίδων ἀΐοντα, Py. 1. 27, quæ audiunt vocem Musarum.

Αἰὼν, ῶνος, ὁ. et Ionicè ἡ. *duratio usque ad finem, perpetuitas aliqua*. ponitur de tempore solo, et notat propriè τὸ μέτρον τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, *ævum, duratio vitæ mortalis*. αἰὼν ἔφεπε μόρσιμος, Ol. 2. 19, vita sequebatur felix, βίος εὔμοιρος. et 120, ἄδακρυν νέμονται αἰῶνα, illachrymabili fruuntur ævo. μὴ καθέλοι μιν αἰὼν, Ol. 9. 90, ne auferret eum ævum propinquum morti, nam additur, αἰὼν ἐφάψας πότμον, i. e. senectus. αἰὼν ἀσφαλὴς, Py. 3. 153, ævum securum, sine labe fortunæ. ἀκίνδυνον αἰῶνα πέσσων, Py. 4. 331, vitam sine periculo coquens. ἀπὸ βαθμίδων κλυτῆς αἰῶνος, Py. 5. 8, ab inclytæ vitæ fundamentis primis. αἰὼν μείλιχος, Py. 8. 139, suavis vitæ cursus. εὐθυπομπὴς, recta ductus. μακρὸς, Ne. 3. 130, i. e. senectus. αἰὼν ἡμέρα, Ne. 9. 106, vita clemens et placida. αἰῶνα τοῦτον εἵλετο, Ne. 10. 110, elegit et cepit hanc vitam. αἰὼν κυλινδομέναις ἡμέραις ἄλλα ἄλλοθεν ἐξήλλαξεν, Ist. 3. 29, vita labentibus diebus alia aliam in formam mutare solet, ὁ βίος. αἰῶνα ἐς μόρσιμον ἔπειμι, Ist. 7. 59, ad ævum fatale accedo, i. e. ad mortem. αἰὼν δόλιος, Ist. 8. 27, dolosum et incertorum eventuum ævum.

Ἀϊὼν, Dor. pro ἠϊὼν, όνος, ἡ. *littus*; propriè maris, sed ponitur etiam de fluminibus.

Αἰωρέω, fut. ήσω. *tollo, elevo*. κνώσσων ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, i. e. ἐπαίρει, Py. 1. 17, dormiens incurvatum (vel potius, læve) tergum attollit, dum caput dependet dormientis.

Ἀκᾶ, adv. *tacitè, quietè, lenitèr*. Doricè pro ἦκα. ἀκᾶ δ' ἀνταγορεύσει καὶ Πελίας, placidè autem vicissim allocutus est eum et Pelias, Py. 4. 278.

Ἀκαμαντολόγχας, Dor. pro --λόγχης, ου, ὁ. *qui non defatigatur pugnando hastâ*. est epitheton viri militaris equestris, Ist. 7. 13.

Ἀκαμαντομάχας, Dor. pro --μάχης, ου, ὁ, ἡ. *non defatigabilis in pugnâ*. Py. 4. 304, i. e. ἀκοπιάστοι κατὰ τὴν μάχην.

Ἀκαμαντόπους, οδος, ὁ, ἡ. *qui pedibus et cursu non delassatur*. βροντῆς, Ol. 4. 2, quasi tonitru sit equus Jovis. ἀπήνας, Ol. 5. 6, currûs qui cursu non superatur, aut frangitur in cursu, τῆς κατὰ τὸν δρόμον ἀκοπιάστου. et his duobus

locis est epitheton audax. sed magis verecundè est positum, Ol. 3. 5, ἵππων.

Ἀκάμας, αντος, ὁ, ἡ. *qui non defatigatur multùm laborando.* πόντου, Ne. 6. 67, maris indefessi.

Ἄκαμπτος, ου, ὁ, ἡ. *non flexus, non flexibilis.* ψυχὴν ἄκαμπτος, de viro forti, Ist. 4. 89: animo non frangendus.

Ἄκατος, ου, ἡ. est *navigii actuarii* species, ab ἄγω *duco,* quasi ἀκτὸς, *ductus,* sc. per mare, vel a littore ad littus. ὡς ὅτε ἄνεμος ἄκατον εἰναλίαν, sc. ἔξω πλόου βάλλει, scapham marinam, sc. extra cursum pellit, Py. 11. 62. ἐπὶ πάσης ὁλκάδος, ἐν τ' ἀκάτῳ, στεῖχ' ἀπὸ Αἰγίνας, Ne. 5. 5, in quavis nave onerariâ, aut in navigio actuario, proficiscere ab Æginâ.

Ἀκειρεκόμας, Dor. pro --κόμης, ου, ὁ. *intonsus quod attinet comam.* est epitheton Apollinis. ab α priv. et κείρω, *tondeo.*

Ἀκέντητος, ου, ὁ, ἡ. *non stimulo actus aut punctus.* δέμας ἀκέντητον, Ol. 1. 33, i. e. ἀμάστικτον, de equo sponte currente. apparet ergo κεντεῖν dici et de verberibus, quæ scuticâ ingeruntur; et ἀκέντητον esse, qui nullos habet vibices, aut vestigia in cute a verberibus scuticæ orta.

Ἀκέομαι, fut. ἔσομαι. *sano.* ἀκειόμενον (ob metrum pro ἀκεόμενον), δίψαν, siti medentem, Py. 9. 180.

Ἀκέρδεια, ας, ἡ. *defectus lucri et commodi, si ex aliquâ re nihil commodi consequimur.* ἀκέρδεια λέλογχε θαμινὰ κακαγόρως (Dor. pro κακηγόρους) Ol. 1. 84, i. e. ὁ κακηγορῶν οὐδὲν ἄλλο κερδίζει πλὴν τοῦ, κακὸς εἶναι· οἱ κακήγοροι τῶν ἀνθρώπων, πυκνῶς ἐν ἀκερδίᾳ εἰσίν· βλάβην κληροῦσιν αὐτοὺς καὶ περιέχει· οὐδὲν κερδαίνουσι.

Ἀκερσεκόμας, Dor. pro --κόμης, ου, ὁ. idem quod supra ἀκειρεκόμας. epitheton Apollinis, Py. 3. 26. nam καρηκομῶντες homines nonnunquam tamen tondentur, e. c. in luctu: de hoc verò τὸ κείρειν absolutè negatur. nam sol nunquam est sine radiis fulgentibus.

Ἄκεσμα, ατος, τὸ. *medela.* Py. 5. 86.

Ἀκήρατος, ου, ὁ, ἡ. est ὁ ἀκέραιος in sensu passivo; *qui non destruitur aut incursatur a malo; σῶος, incolumis; non corruptus aut perturbatus.* ἡνίαις, Py. 5. 43, i. e. ἀφθάρτοις, ἀδιαφθόροις, habenis non ruptis, nulli casui adverso obnoxiis.

Ἀκίνδυνος, ου, ὁ, ἡ. *sine periculo.* ἔπος ἀκίνδυνον, Py. 2. 122, securum a reprehensione. τὸν αἰῶνα, ævum, Py. 4. 330. ἀρεταὶ, Ol. 6. 14, αἱ χωρὶς πόνων, virtutes quæ nihil periculi subeunt, quæ nihil tentant periculosum et magnum: et eæ sunt viles.

Ἀκίνητος, ου, ὁ, ἡ. et Ionicè ἡ ἀκινήτη. *immotus.* οὐκ ἔχε ἀκινήτην ῥάβδον, non tenuisset scipionem suum immotum, Ol. 9. 51. ἔπτηξαν ἀκίνητοι, obstupuerunt immoti, Py. 4. 101, præ stupore se non moventes loco.

Ἀκλάρωτος, Dor. pro ἀκλήρωτος, ου, ὁ, ἡ. *sine parte, sine sorte in partitione.* χώρας, Ol. 7. 108, i. e. ἄμοιρον.

Ἀκλεὴς, έος, ὁ, ἡ. *sine famâ, sine nomine celebri.* ἀκλεὴς τιμὴ, Ol. 12. 22, inglorium decus et sine celebratione famæ.

Ἀκμὰ, Dor. pro ἀκμὴ, ῆς, ἡ. notat *summum gradum activitatis in aliquâ re.* hinc et πυρὸς ἀκμαὶ sunt αἱ ἀναδόσεις πυρὸς, supremæ et in altum elatæ flammæ, Eurip. Phœn. 1261. ab α intensivo et καμεῖν, *valdè in*

efficiendo aliquo operari. sic ἀκμὴ ξυροῦ est *acies acutissima novaculæ.* deinde de quovis summo gradu vigoris et virium ponitur hæc vox. ἀκμῇ (ἐν) ἦρος pro ἔαρος, Py. 4. 114, in vigore summo veris. ἀκμῇ φασγάνου, Py. 9. 141, acie gladii. ἀκμὴν ἀμφὶ ζέουσαν ὕδατος, Ol. 1. 78, i. e. εἰς ὕδωρ ἀκμαίως ζέον. ἀκμὴν τραχεῖαν ἐγχέων, Py. 1. 20, i. e. πόλεμον, prælium. ἀκμὴν ὀδόντων, Ne. 4. 103, aciem dentium, i. e. acutissimos dentes. ποδῶν (κατὰ) ἀκμὴν, Ist. 8. 83, quod attinet vigorem pedum. ἀκμαὶ ἰσχύος θρασύπονοι, Ol. 1. 156, vigores roboris in laboribus audaces.

Ἄκμων, ονος, ὁ. *incus quâ fabri ferrarii utuntur.* ἀψευδεῖ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν, Py. 1. 167, i. e. φιλάληθει, forma linguam in incude veraci.

Ἄκναμπτος, ου, ὁ, ἡ. *non flexus, non flexibilis.* χείρεσι καὶ βουλαῖς ἀκνάμπτοις, Py. 4. 128, i. e. ἀκαταμαχήτοις, σκληραῖς: imò innuit hoc epitheton, non declinabilibus, contra quæ resisti non potest, non evitandis aut superandis.

Ἀκοὰ, Dor. pro ἀκοὴ, ῆς, ἡ. et Ionicè ἀκουή. *id quod auditur.* ἀκοὰ ἀστῶν, fama civium, Py. 1. 162, in sensu activo. ἀκοὰ σοφοῖς, Py. 9. 134, sc. χαρίεσσα.

Ἀκοίτας, Dor. pro ἀκοίτης, ου, ὁ. *maritus, socius tori conjugalis.* ξυνεῦνα, πείσαισα ἀκοίταν, Ne. 5. 51, uxor, persuadens marito.

Ἄκοιτις, ιος, ἡ. *uxor, conjux.* Διὸς, Py. 2. 62, Junonem. ἄκοιτιν θαλερὰν δεξάμενον, Ne. 1. 110, sc. Herculem, qui accepit τὴν Ἥβην conjugem. ἄκοιτιν πράξειν, Ne. 5. 66, ut labore multo lucraretur et conciliaret et acquireret sibi uxorem, sc. Peleus Thetidem. coll. Ne. 3. 60, sq.

Ἀκόνα, Dor. pro ἀκόνη, ης, ἡ. *cos.* δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ γλώσσᾳ ἀκόνης λιγυρᾶς, Ol. 6. 141, ubi est in sensu valdè metaphorico; habeo tibi et porrigo sententiam in linguâ cotis sonoræ; et hæc cos est Musica canora ipsa, poësis canora: lyrica poësis acuit me, ut proferam hanc sententiam. ab α intens. et καίνω, *cædo.*

Ἀκοντίζω, fut. ίσω. *jaculor, jaculum emitto.* non notat τύπτειν δόρατι ἐκ τοῦ σχεδὸν, sed τὸ ἀφίεναι κατά τινος. ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς, Ist. 1. 33, hastis.

Ἄκορος, ου, ὁ, ἡ. *non satietate captus; non satur; indefessus.* εἰρεσία, remigatio indefessa, Py. 4. 360.

Ἄκος, εος, τὸ. *medela, remedium.*

Ἀκούω, fut. σω, *audio.* τῆς (φόρμιγγος) ἀκούει μὲν βάσις, Py. 1. 4, quam audit incessus saltantium, i. e. obedit ei, ὑπακούει αὐτῇ. ἀκούομεν, audimus, Ne. 4. 126, ex monumentis famæ; accepimus. ἀκούοντι (Dor. pro ἀκούουσι) σφὸν ὄλβον, audiunt suam felicitatem, Py. 5. 135. ἤκουσας ἀρὰν, Ist. 6. 63, audivisti precationem. ἀκούσατε, Py. 6. 1, inquiunt οἱ χορευταὶ inter se.

Ἄκραντος, ου, ὁ, ἡ. *quod effectui dari nequit; irritus.* οὐκ ἀκράντοις ἐφήψατο ἔπεσιν, non irrita verba attingens, Ol. 1. 137, ubi ablativus pendet a præpositione ἐπὶ; aliàs enim deberet esse, ex regimine verbi ἅπτομαι, ἐπέων ἀκράντων, i. e. λόγων ἀδυνάτων τελεσθῆναι. μεταμώνια θηρεύων (vana venans) ἀκράντοις ἐλπίσιν, irritâ spe, Py. 3. 41. ἄκραντα γαρύετον, Ol. 2. 158, garriunt irrita, in vanum; nam neutrum plurale ibi est adverbialiter, et dualis pro plurali, more Ionico; nisi fortè poëta per dualem tectè innuit duos suos obtrectatores, Bacchylidem et

Simonidem. φθέγγονται ἀπλῆ, περιττὰ, ἀσύνετα. loca tamen hæc duo posteriora ostendunt, nomen ἄκραντος et activè notare, *qui nihil efficit auctoritate suâ; qui nihil perficit.*

Ἀκρόθινα, et **ἀκροθίνια, ων, τὰ.** propriè sunt, *primitiæ frugum a summo acervo sumtæ.* deinde de quibusvis *primitiis* dicitur. ἀκρόθινα πολέμου, Ol. 2. 7, i.e. ἀπαρχὰς (προσαγαγὼν) ἐκ τῆς λαφυραγωγίας: primitias, Jovi sacras, ex prælio. nimirum res captæ aut collectæ disponebantur in acervos, ex quovis acervo sumebatur pars supernè jacens, et offerebatur Deo. hæc sunt τὰ ἀκροθίνια, a τὸ ἄκρον, *summitas,* et ὁ θὶν, *acervus.* deinde et ipsi acervi ita positi dicebantur sic. ἀκρόθινα διελὼν, spolia partitus, Ol. 10. 69. ἀνάγων (offerens Deo) εὐκτὰ ἀκροθινίων, votiva primitiarum manubialium, Ne. 7. 60.

Ἀκρόπολις, ιος, ἡ. *arx. superior et munitior pars urbis in eminenti clivo.*

Ἄκρος, α, ον. *supremus, extremus, summus.* ἄκρον ἄωτον σοφίας, Ist. 7. 25, florem summum sapientiæ. εἴ τις ἄκρον ἑλὼν, Py. 11. 84, si quis fastigium summum adeptus est, virtutis scil. moralis. πανδοξίας ἄκρον, Ne. 1. 14, summum omnis gloriæ, i.e. summa gloria. τέλος ἄκρον, Py. 9. 210, extremum terminum. sic et Ist. 4. 54, ubi deest πρός. ἄκραν (Dor. pro ἄκρων) βαθμίδων, Py. 5. 8, extremis gradibus. ἄκρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ, Py. 11. 18, extremâ cum vesperâ, i. e. sub initium noctis. ἀκροτάτῳ βωμῷ, Ol. 6. 118, in supremâ arâ.

Ἀκρόσοφος, ου, ὁ, ἡ. *summè doctus et peritus;* in specie, rei poeticæ. Ol. 11. 19, coll. 18.

Ἀκρωτήριον, ου, τὸ. *promontorium.* σεμνὸν ἀκρωτήριον Ἤλιδος, Ol. 9. 12, religiosum promontorium Elidis, propter sacra quæ ibi fiebant.

Ἀκτὰ, Dor. pro ἀκτὴ, ῆς, ἡ. *littus maris.* ab ἄγω *frango,* quia ibi franguntur fluctus. ἀπὸ Λερναίας, a Lernæo littore, Ol. 7. 60, i. e. ab Argolide; nam Lerna est palus Argivi et Mycenæi agri. ἐπιθορὼν, insiliens, Py. 4. 64. ἀμφὶ βαθυκρήμνοις, valdè altis et præcipitibus, Ne. 9. 96. πρὸς ἀκτὰς Νείλου, Ist. 2. 62, sc. ubi Nilus se exonerat in mare.

Ἀκτὶς, et **ἀκτὶν, ῖνος, ἡ.** *radius solis, vel fulminis.* εὐρὺ βέβηκεν ἀκτὶς ἐργμάτων καλῶν ἄσβεστος αἰεὶ, Ist. 4. 72, latè prodire solet radius egregiorum facinorum inextinctus perpetuò. ἀγώνων θοὴν ἀκτῖνα, Py. 11. 72, certaminum acrem fulgorem, λαμπηδόνα. λαμπραὶ ἦλθον ἀκτῖνες στεροπῆς ἀπορηγνύμεναι, Py. 4. 352, splendidi venerunt radii ex fulgure erumpentes. πατὴρ, i. e. Sol, Ol. 7. 129. ἴων ξανθαῖς καὶ παμπορφύροις ἀκτῖσιν βεβρεγμένος (κατὰ) σῶμα, Ol. 6. 92, violarum radiis fulgentibus; ubi ἀκτῖνας λέγει τὰς ἀποπιπτούσας ἀνθέων δρόσους, (rores ab his floribus decidentes,) et simul τὰς λαμπηδόνας τῶν ἀνθέων (splendentes pulchritudines horum florum.) simul violæ duplicis speciei, flavæ et purpureæ, hic nominantur. ἀκτῖνας ὄλβου δέξατο ἦμαρ, Py. 4. 454, i. e. τοῦ σοῦ γένους καταβολὰς καὶ λαμπηδόνας.

Ἄκων, id. quod ἀέκων, οντος, ὁ. *invitus, non sponte agens aut eligens.* ἄκοντα, nolentem, Ol. 10. 35.

Ἄκων, οντος, ὁ. *jaculum, pilum.* κἄκοντι ἔλασε σκοπὸν, pro καὶ ἄκοντι, et jaculo feriebat scopum, Ol. 10. 85. ἐφορμηθεὶς, irruens, Ne. 10. 130. χαλκοπάρῃον ἄκοντα ἔξω ἀγῶνος βαλεῖν, Py. 1. 84, ubi est allegoria, ut ἄκων notet hymnum, χαλκοπάρῃος (æratam cuspidem habens) verò, pene-

trans, et in animis auditorum stimulos relinquens: ἔξω ἀγῶνος, extra circum, i. e. a scopo et proposito alienum. ἄκοντα βραχυσίδηρον (brevi ferro armatum) πάλλων, vibrans, Ne. 3. 79. χαλκοπάραον, Doricè; quasi χαλκέας παρειὰς ἔχοντα, Ne. 7. 104. ἀκόντων ἱεὶς ῥόμβον, Ol. 13. 133, emittens rotationem jaculorum, rotatam ejaculationem jaculorum, i. e. laudationem certam. ἀκόντισσι τιμὴν προγόνων δάσασθαι, Py. 4. 262, i. e. pugnare de dignitate quam majores habuerunt. μαρναμένη, pugnans, Py. 9. 37.

Ἀλάθεια, Dor. pro ἀλήθεια, ας, ἡ. et Ionicè ἀληθείη. *veritas.* ἀλάθεια ἀτρεκής, Ne. 5. 31, certa veritas. ἀληθείας δέσποινα, Ol. 8. 3, ob oraculum ibi. ἀλαθείας ὁδὸν, Py. 3. 184, veritatis viam. ἄγχιστα, Ist. 2. 16, proximè ad veritatem accedens. ἀλάθειαν ἐτήτυμον, Ol. 10, 66, certam veritatem. ἐὰν, genuinam, Ne. 7. 36.

Ἀλαθὴς, Dor. pro ἀληθὴς, έος, ὁ, ἡ. *verus.* ἔξορκος, verum jusjurandum, Ol. 13. 139. ἀλαθεῖ νόῳ, Ol. 2. 167, simplici et apertâ mente. ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον, Ol. 1. 45, supra veracem et candidum Sermonem, præter liquidam rem narrandam. ἀλαθέα μαντῶν (ab adjectivo μαντῶος, α, ον,) θῶκον, sedem veram fatidicam, Py. 11. 11. ἀληθέσι λόγοις, Ol. 6. 151, sc. ποίησον γνῶναι αὐτοὺς, fac ut illi agnoscant manifestis rationibus.

Ἀλαθινὸς, Dor. pro ἀληθινὸς, ἡ, ὸν. *verus.* φέγγος, Ol. 2. 101, i. e. ἀληθινὸν φῶς, vera lux, nihil rei latere sinens.

Ἀλαλὰ, ᾶς, ἡ. *clamor bellicus.* it. *bellum vel prælium ipsum.* δορίκτυπον ἀλαλὰν, Ne. 3. 104, hastifremum tumultum.

Ἀλαλάζω, fut. αξω. *clamo, velut in pugnâ solet.* ἀλάλαξεν ὑπερμάκει βοᾷ, Ol. 7. 68, ὀξὺ ἀνεβόησεν. sermo est ibi de Minervâ: et τὸ φιλοπόλεμον ejus indicatur.

Ἀλαλατὸς, Dor. pro ἀλαλητὸς, οῦ, ὁ. est φωνὴ, βοὴ, *clamor, qualem pugnaturi aut vincentes tollebant.*

Ἀλάλκω, fut. ξω. et ἀλαλκέω, fut. ησω. *fortiter defenso et opitulor, arceo, prohibeo.* Γανυμήδει τὸν πότμον ἄλαλκε, pro ἤλαλκε, Ol. 10. 125, mortem a Ganymede propulsavit. sic, Χείρων δὲ ἄλαλκε, Ne. 4. 98, sc. αὐτῷ, defendit eum Chiron.

Ἀλάομαι, fut. ἀληθήσομαι. *erro, oberro, vado sine certâ viâ.* est ab α priv. et λάω *video. vagor quasi cæcus.* εὐφροσύνης ἀλᾶται, Ol. 1. 94, a lætitiâ aberrat.

Ἀλάτας, Dor. pro Ἀλήτης, ου, ὁ. Rex Corinthi, Heraclidarum unus. Hujus posteri per quinque ætates ibi regnârunt, unde Corinthii Principes dicti sunt οἱ Ἀλήτου παῖδες.

Ἀλέγω, fut. ξω. *curo, rationem habeo.* ἀλέγων, curans, Ol. 11. 15. Πηλεὺς καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ἀλέγονται, Ol. 2. 142, i. e. ἐν τοῖς εὐσεβέσι καταλέγονται καὶ ἀριθμοῦνται, ut in sensu proprio sit hoc loco: quasi ab α copulativo, et λέγω *pono, numero;* nisi vis esse: curâ deorum inter hos foventur. prior expositio est Scholiastæ Græci, maximè obtusi hominis quàm sæpissimè, ut non tutò eum sequi possis.

Ἀλέκτωρ, ορος, ὁ. *gallus gallinaceus.* ἐνδομάχης ἅτε ἀλέκτωρ, Ol. 12. 20, sicut gallus in domo suâ pugnax, i. e. domi ferox, foris pavidus.

Ἀλεξίμβροτος, ου, ὁ, ἡ. *arcens mala ab homine.* πομπαῖς, Py. 5. 122, pompis sacris, mala arcentibus ab hominibus; ἐπεὶ εἰς ἀλέξησιν τῶν κακῶν, ὑπὸ τῶν βροτῶν γίνονται.

Ἀλέξω, et ἀλεξέω. fut. ησω. *opem*

et defensionem affero contra aliquod malum. ἐθέλοντι ἀλεξεῖν ὕβριν, Ol. 13. 12, volunt arcere injuriam, ἀποσοβεῖν, ἀπαμύνειν, ἀποκωλύειν.

Ἀλεύας, ου, (Dor. α,) ὁ. fuit aliquando dominus Thessaliæ, nepos Aristomachi, pronepotis Herculis. hinc Thessali nobiles in genere dicti sunt οἱ Ἀλεύου παῖδες, Py. 10. 8. sicut Corinthii οἱ Σισυφίδαι. in specie sunt tamen posteri illius divitis et potentis Ἀλεύου, qui primum nobilitatis locum in Thessaliâ obtinuerunt. Theocr. Id. 16. 34.

Ἀλίβατος, Dor. pro ἠλίβατος, ου, ὁ, ἡ. est epitheton rupis inviæ et præruptæ. ab ἀλιτεῖν. i. e. ἀποτυχεῖν καὶ ἁμαρτεῖν τῆς ἐκεῖ βάσεως. est ergo per syncopen pro ἠλιτόβατος. nam qui deducunt ab ὁ ἥλιος et βαίνω, quia Sol alta maximè collustrat; exploduntur ab antiquis. πέτραν, Ol. 6. 110, ὑψηλὴν, ἐφ' ἧς τὸν βαίνοντά ἐστιν ἀλιτεῖν διὰ τὸ ὕψος.

Ἁλιερκὴς, έος, ὁ, ἡ. *mari septus.* it. *propugnaculum in mari exsistens*; vel, *munitione in mari factâ septus.* Sic Æginam insulam vocat Pindarus ἁλιερκέα χώραν, Ol. 8. 34, quia hæc insula ex mari difficiles, nisi in portu, habebat aditus. mare ipsum, scopulis circa infestum, sepiebat eam quasi muro contra prædones subitos. sic Isthmum Corinthiacum vocat ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ δειράδα, Ist. 1. 10, collum præsepiens marinas aquas. ἁλιερκέες ὄχθαι, mare præsepientes ripæ, Py. 1. 34, ἕρκος τὶ ἁλὸς οὖσαι. in sensu activo ergo elegantius intelligitur.

Ἀλίθιος, Dor. pro ἠλίθιος, ου, ὁ, ἡ. *vanus, aberrans.* idem ferè qui ἠλὸς et ἠλεὸς, et inde per paragogen deductum nomen. χόλος δὲ οὐκ ἀλίθιος παίδων Διὸς, Py. 3. 21, nam ira filiorum Jovis non vana et aberrans est.

Ἁλικία, Dor. pro ἡλικία, ας, ἡ. *plena ætas virilis.* deinde in genere, *ætas vitæ.* in specie, *æqualitas ætatis.* ἁλικίας χρόνον, Ol. 4. 41, ætatis tempus: et sermo ibi est, quòd cani sæpè ante tempus nascantur viro. ἤδη με γηραιὸν μέρος ἁλικίας ἀμφιπολεῖ, Py. 4. 280, jam senilis ætas me circumstat. νόον κρείσσονα ἁλικίας, Py. 5. 146, præstantiorem ætate mentem habet. ἐν ἁλικίᾳ, Py. 11. 77, i. e. ἑκάστοτε, ἐν τῇ παρούσῃ μοι ἡλικίᾳ· vel et in genere, ἐν ζωῇ ἀνθρωπίνῃ. ἡλικίᾳ τι, sc. Κλεάνδρου, juventuti ejus, Ist. 8. 1. ἐν πρώτῃ, Ne. 9. 100, in ætate primâ. ἁλικίαν ἐνεβάλετο πόντῳ, Py. 1. 145, juventutem militarem. εὐανθέα ἀπέπνευσας, Ist. 7. 48, floridam exspirâsti ætatem.

Ἅλιξ, ικος, ὁ, ἡ. Dor. pro ἧλιξ· *æqualis, ejusdem ætatis.* etiam, *ejusdem magnitudinis.* ἅλικες παρθένοι, Py. 3. 30, i. e. ὁμήλικες, æquales virgines. ἄλλοισι δὲ ἅλικες ἄλλοι, Ne. 4. 147, alii aliis sunt σύγχρονοι. nemo posterior priores æquè benè novit ac illorum σύγχρονοι. ἁλίκων τις, Ist. 8. 145, æqualium et sodalium aliquis. ἁλίκεσσι συμπόταις δῶκε, sodalibus suis dedit, Ol. 1. 99, i. e. ὁμήλιξιν.

Ἅλιος, α, ον. in primâ notione est, *marinus.* deinde, quia mare, ante inventas naves, videbatur infructuosum et εἰκαῖόν τι, quia aqua ejus ad bibendum inutilis, ad rigandum noxia; hinc ἅλιος est μάταιος, *frustraneus,* ἀτελεύτητος, ἀτέλεστος, *cujus effectus nullus est,* εἰκαῖος. ἁλίοιο γέροντος (in primo significatu), i. e. Nerei, Py. 9. 167. ἁλίαις πρύμναις, puppibus in mari stantibus, Ol. 9. 111.

Ἅλιος, ου, ὁ. *Sol.* vide Ἀέλιος.

Ἁλίπλαγκτος, ου, ὁ, ἡ. *in mari errans et natans.* γῆς, Py. 4. 24,

i. e. insulæ. nisi ibi cum quibusdam legendum est ἀλιπλάκτου, pro ἀλιπλήκτου, a πλήσσω, fut. ξω. ut notet terram ad quam mare alliditur. sed prius videtur esse ποιητικώτερον.

Ἁλίσκω, *capio.* est distractum præsens ab ἀλέω vel ἀλόω, a quo plura tempora non descendunt. nam in futuro dicitur ἀλώσω ab ἀλόω. Πέργαμος ἀμφὶ ἐργασίαις τεᾶς χειρὸς ἁλίσκεται, Ol. 8. 56, i.e. ἀλώσιμός ἐστι. circa operationes manus tuæ, quâ parte tu in muro struendo opus fecisti, expugnabilis est Troja. reliquas enim partes ejus muri struxerant Dii, et ibi erat murus insuperabilis. præsens tempus ergo notat conditionem certam muri ex eâ parte. ἄνδρα ἐκ θανάτου κομίσαι, ἤδη ἁλωκότα, Py. 3. 100, virum ex morte referre, jam captum, i.e. jam fato functum, τεθνηκότα, ληφθέντα τῷ μοιριδίῳ, ἑαλωκότα (ut Attici magis amant dicere pro communi ἡλωκότα) τῷ θανάτῳ.

Ἀλιτόξενος, ου, ὁ, ἡ. *peccans contra hospitem.* ab ἀλείτω vel ἀλιτέω, *pecco.* ψευδέων ἐνιπὴν ἀλιτόξενον, mendaciorum reprehensionem, quod peccent in hospitem, Ol. 10. 8, i. e. ὅτι ἤλιτον εἰς τὸν ξένον, ψευσάμενος αὐτῷ.

Ἀλιτρὸς, ου, ὁ. *grandis peccator; sceleratus; pestilens contra aliquid.* per syncopen pro ἀλιτηρός. τὰ ἐν τῇδε Διὸς ἀρχῇ (i.e. in hâc vitâ sub sole,) ἀλιτρὰ, κατὰ γῆς (sub terrâ et post hanc vitam) δικάζει τὶς, peccaminosa judicat aliquis, Ol. 2. 107, τὰ ἁμαρτήματα ἐν ταύτῃ τῇ ζωῇ. μομφὴν ἐπισπείρων ἀλιτροῖς, Ne. 8. 67, vituperium aspergens improbis.

Ἀλκὰ, Dor. pro ἀλκὴ, ῆς, ἡ. *defensatio fortis; fortitudo propulsans malum hostile.* habet et obliquos, quasi nominativus esset ἡ ἄλξ, ἀλκὸς, quod maximè fit per dialectum Æolicam; nam Æoles solent ex nominibus primæ declinationis formare casus obliquos in declinatione tertiâ. ἀλκὴ τλάθυμος, fortitudo laboriosa, Ne. 2. 23. κρίνεται ἀλκὰ ἀνδρῶν διὰ δαίμονας, Ist. 5. 13, judicatur et æstimatur valor hominum per fortunas et secundum divitias; quo quis ditior et fortunatior, eo habetur præstantior et fortior. γένεται ἀλκῆς ἀπειράντου, Py. 9. 61, i.e. immensi roboris specimen edit. κρατέοντα χειρὸς ἀλκᾷ, vincentem manûs robore, Ol. 10. 121. χθόνα ταράσσοντες ἀλκᾷ χερῶν, Ol. 2. 114, terram moventes robore manuum, i. e. agrum colentes. βέλος ἀλκᾷ καρτερώτατον, Ol. 1. 180, telum robore fortissimum, i. e. poësin elaboratissimam. ἐν ἀλκᾷ, i. e. in bello fortiter gerendo, Ol. 13. 78. ἄνδρα ὁρῶντα ἀλκὴν, Ol. 9. 166, virum oculis et vultu significantem fortitudinem suam. αἰδεσθέντες, reveriti suum robur, Py. 4. 308. μετὰ ἀλκὰν Ἀμαζόνων, ad exercitum earum, Ne. 3. 65. et 68, φόβος οὔποτε ἔπαυσεν ἀλκὴν φρενῶν, timor nunquam cessare fecit fortitudinem. δύνασαι βροτοῖς ἀλκὴν ἀμηχανιᾶν διδόναι, Ne. 7. 142, potes mortalibus forte remedium contra difficultates dare. Αἴαντος φοίνιον, ejus martium robur, Ist. 4. 58. μεγάλαι ἀλκαὶ πολὺν σκότον ἔχουσι, δεόμεναι ὕμνων, Ne. 7. 18, magnæ strenuitates multum tenebrarum habent, si egent hymnis, i.e. latent in tenebris, quando carent vate sacro.

Ἀλκάεις, Dor. pro ἀλκήεις (contractè ἀλκῆς), εσσα, εν. *fortis.* Ol. 9. 110, ἀλκᾶντας, Dor. pro ἀλκήεντας. sic, ἐκγόνους, Py. 5. 95, fortes nepotes.

Ἄλκαρ, ατος, τὸ. *robustum et promtum præsidium ad arcendum malum.* ἄλκαρ πέτρας, præsidium contra petram; et sic vocat anchoram, Py. 10. 81.

Ἄλκιμος, ου, ὁ, ἡ. *fortis.* Ol. 10. 52, Hercules.

Ἀλκτὴρ, ῆρος, ὁ. *qui arcet et defendit.* παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νόσων, Py. 3. 13, omnigenorum propulsatorem morborum, Æsculapium.

Ἀλλὰ, conj. *sed.* ἀλλὰ, hortantis, Ol. 1. 26.—6. 37, ubi post vocativum eleganter positum. Ist. 4. 25, at enim, objectionem formans. ἀλλὰ, potius, Ol. 1. 134. ἀλλὰ, revocantis se ad magis propinqua et apta, Py. 10. 6. pro δὲ, Ne. 1. 59. optantis, Ne. 11. 10.

Ἀλλάσσω, fut. αξω. *permuto, per vices alterno.* ἀρχαῖαι ἀρεταὶ ἀναφέρονται σθένος, ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν, Ne. 11. 49, antiquæ virtutes recipiunt robur suum, alternantes generationibus virorum, sc. robur suum. priscæ virtutes, quæ in aliquâ familiâ diu floruerunt, recolligunt se, si fortè in aliquâ generatione paulum remiserunt; vices quasi agunt virtutes familiæ alicujus, ut in hac generatione valdè vigeant, deinde in aliâ paulum remittant, in tertiâ verò rursus resurgant; et sic porrò per vices.

Ἀλλαλοφονία, Dor. pro ἀλληλοφονία, ας, ἡ. *quando alter alterum mutuò occidit.*

Ἀλλάλων, Dor. pro ἀλλήλων. est nomen defectivum, a genitivo plurali incipiens flecti. notat, *invicem*; differt ergo ab ἑαυτῶν. nam ἑαυτοὺς ponimus ἐπὶ τῶν καθ' αὑτὰ λεγομένων, si quis ipse sibi quid facit; e.c. Αἴας ἑαυτὸν ἀνεῖλεν, ipse se interfecit; ἀλλήλους verò ἐπὶ τινῶν συμπεπλεγμένων, e. c. οἱ τοῦ Οἰδίποδος παῖδες ἀλλήλους ἀπέκτειναν, i. e. ἕτερος τὸν ἕτερον, alter alterum, se invicem, se mutuò. ἀλλάλοις ἀμειβόμενοι, Py. 4. 165, alternantes verbis inter se.

Ἀλλοδαπὸς, ἡ, ὀν. *alienigena, peregrinus, alienus.* et propriè est ὁ ἀπὸ ἄλλου ἐδάφους, *ex alieno solo*; ubi φ Ionicè mutatur in π. commodè tamen et pro paragoge habetur ad ἄλλος. τίνα πρὸς ἀλλοδαπὰν ἄκραν ἐμὸν πλόον παραμείβῃ, Ne. 3. 46, ad quodnam peregrinum promontorium deflectis navigationem meam? ἀλλοδαπᾶν, Ne. 1. 32, peregrinorum hospitum. ἀλλοδαπᾶν γυναικῶν ἐν λέχεσι, Py. 4. 88, peregrinarum mulierum in lectis.

Ἀλλοῖος, α, ον. *alius speciei: sic* tamen ut ad idem genus pertineat. involvit semper aliquam comparationem, non autem simpliciter *aliud* notat. ἀλλοῖος οὖρος, Ist. 4, 8, ventus aliter secundus. ἄλλοτε ἀλλοῖαι διαιθύσσουσιν αὖραι, Ol. 7. 175, aliàs aliæ ingruunt auræ. ἄλλοτε ἀλλοῖαι πνοαὶ ἀνέμων, sc. εἰσὶν, Py. 3. 187.

Ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο, *alius, reliquus.* φθονερὰ δὲ ἄλλος ἀνὴρ βλέπων, Ne. 4. 64, alius invidè contuens. μήτινα ἄλλον, neminem alium, Ol. 1. 167. ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζωθάλμιος, Ol. 7. 19, aliàs alium respicit gratia vitam floridam efficiens. ἄλλοτε ἐπὶ ἄλλον θύνει λόγον, Py. 10. 83, in alium subinde properat sermonem. ἄλλον ἀλλοίων ἀχέων ἐξῆγε, Py. 3. 90, alium ex aliis malis educit. μῶμος ἐξ ἄλλων κρέμαται φθονεόντων, Ol. 6. 125, vituperatio ex aliis impendet invidentibus. κεῖνος ἂν εἴποι περαίτερον ἄλλων, Ol. 8. 82, ulterius et fusius et rectius aliis. ἄλλων γαῖαν, Py. 4. 210, alienorum. ἐπὶ ἄλλοις ἄλλοι μεγάλοι, Ol. 1. 180, in aliis alii sunt magni. ἄλλοις δέ τις ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ βασιλεῦσιν ὕμνον, Py. 2. 24, aliis perficere solet alius regibus (magnatibus) hymnum. ἅλικι σὺν ἄλλοις, cum reliquis æqualibus unà, Py. 4. 333. et 477, μόχθον ἄλλοις δύστηνον, laborem aliis gravem. ἄλλοισι δ' ἐμπίπτων γελᾷ, Ist. 1. 98, aliis pauperioribus occurrens. ἄλλοις ἐν ἄστροις, Ist. 4. 41, inter cætera

astra. σκοπιᾶς ἄλλας ἐφάψασθαι, Ne. 9. 113, speculam aliam attingere. ἄλλαν ἐπὶ ἄλλᾳ νίκαν, sc. ἴσχειν, Ol. 7. 150. ῥοαὶ ἄλλοτε ἄλλαι, Ol 2. 62, i.e. ἀλλοῖα καὶ ἀλλοῖα ῥεύματα. ἀλλᾶν, Dor. pro ἄλλων. gen. plur. fœm. Ol. 6. 42. διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου, Ne. 3. 10, alia res aliud desiderat, alia aliis rebus conveniunt; διψῇ pro διψᾷ, i. e. ἐπιθυμεῖ, et iota subscriptum Doricè potest omitti. ἄλλα δὲ ἐπὶ ἄλλον ἔβαν ἀγαθῶν, alia bona ad alium venire solent, Ol. 8. 16. ἄλλα, sc. ἴχνη, Py. 2. 156. αἰὼν ἄλλα ἄλλοτε ἐξήλλαξε, Ist. 3. 30, alia aliter solet mutare per vices, alias vices attulit. ἄλλα δὲ, præcedente τὰ μὲν, Ol. 2. 134, 132.

Ἀλλότριος, α, ον. *alienus, extraneus, discrepans.* φέρειν ἀνδρὶ (i.e. τινὶ, indefinitè, alicui,) ἀλλοτρίων, Ne. 3. 51, ferre alicui laudis aliquid ex alienis; ubi genitivus partem notat; aliquid alienorum, sc. bonorum vel laudum, addere velle alicui. ἐσλοῖς ἐπὶ ἀλλοτρίοις, Py. 1. 163, ob bona aliena. ἀλλοτρίαις γλώσσαις, Py. 11. 43, est dativus, non ablativus; alienis linguis occultare quid, ne de eo loquantur. ἀλλοτρίαις οὐ χερσὶ, Ist. 1. 19, est ablativus; non imperitis manibus.

Ἅλμα, ατος, τὸ. *saltus.*

Ἅλμα, Dor. pro ἅλμη, ης, ἡ. *salsugo.* βαθεῖα ποντιὰς ἅλμα, Ne. 4. 59, i. e. profundum mare. ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας, Py. 2. 147, i. e. super superficiem maris, διὰ ἐπιφάνειαν ἁλός.

Ἁλμυρὸς, ὰ, ὸν. *salsus et amarus,* ut aqua maris est. ἐν βένθεσι, in salsis profunditatibus, Ol. 7. 105.

Ἄλοχος, ου, ἡ. *socia tori.* ἄλοχος, uxor, Ol. 9. 94. μετῆλθε γοναῖς, imprægnavit, Ist. 7. 10. εὐειδέα, formosam, Ist. 8. 62. ἀλόχοις νέαις, in casu tertio, incommodum notante, Py. 11. 40.

Ἀλπνὸς, ἡ, ὸν. id. ac θαλπνὸς, per aphæresin τοῦ θ. sic enim Græci sæpè primam consonam auferunt; e.c. αἶα pro γαῖα, εἴβειν pro λείβειν, εἰνὸς pro δεινὸς, ἠμὶ pro φημὶ, ἦ pro ἔφη, &c. ἄλπνιστον ἄωτον, florem jucundissimum, ζωῆς, vitæ, Ist. 5. 15, ἥδιστον.

Ἅλς, ἁλὸς, ἡ. *mare.* βαθυκρήμνου πολιᾶς ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ, præcipitis profundi cani maris explorans cavum fundum, Ist. 4. 97.

Ἄλσος, εος, τὸ. *lucus;* locus ubi multæ arbores ἀλδονται. in specie, χωρίον ἱερὸν σύνδενδρον, *locus sacer arboribus lætis densus.* ἔτευξαν ἄλσος ἐν ἀκροπόλει, Ol. 7. 89, ubi in genere notatur *locus sacer ad sacra facienda.* ἄλσος πατρὶ μεγίστῳ, Ol. 10. 53, ubi quoque in genere est *locus sacer,* τὸ ἀνιερωμένον τῷ θεῷ γῆς μέρος, εἰ καὶ ψιλὸν εἴη φυτῶν. Αἰακιδᾶν εὐηρκὲς ἄλσος, Ol. 13. 156, ubi sic vocatur insula Ægina, quia mari cincta. est igitur pro καθέδρα.

Ἄλτις, ιος, ὁ. est nomen proprium Templi Jovis Olympici, ex dialecto Eleorum, quibus ἄλτις erat, quod aliis τὸ ἄλσος. Ol. 10. 55.

Ἄλυτος, ου, ὁ, ἡ. *solutu difficilis, quod solvi nequit.* ἐν κύκλῳ, Py. 4. 383, in circulo (i. e. rotâ) indissolubili.

Ἀλύσκω, fut. ύξω. *devito, vito, declino ab aliquâ re ad aliam.* Τυφὼς οὔ μιν ἄλυξεν, Py. 8. 21, non eam effugit, sc. Ἡσυχίαν ultricem.

Ἅλωσις, εως, ἡ. *expugnatio.* ὕστατος ἁλώσιος ἀντήσας, Ol. 10. 49, τῆς πορθήσεως, postremus captioni et expugnationi occurrens, i. e. in expugnatione urbis ipse postremus incidens in manus victoris.

Ἀλώπηξ, εκος, ἡ. *vulpes.* est quasi ἀλόφηξ, a colore φοινικίῳ appellatus: prior verò pars compositi

videtur esse ex ἀλάομαι, *vagor, oberro*, ut ergo *vagus rufus* dicatur. αἴθων, Ol. 11. 20. vulpes fulva; etiam τοὺς τρόπους ἡ δραστηρία, moribus audax et insidiosa. κατὰ μῆτιν ἀλώπηξ, consilio vulpes, Ist. 4. 79, ubi in optimo sensu comparatur vir nobilis vulpi prudentiâ, fortitudine leoni. ἀλωπέκων ἴκελοι, Py. 2. 141, ubi est in sensu malo.

Ἅμα, adv. *simul.* notat plerumque χρονικῶς, ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, *eodem tempore*; sæpè tamen et *conjunctim, similiter, eodem modo.* ἅμα φόρμιγγι, unà cum citharâ, Ol. 7. 21. πρώτοις καὶ τετράτοις, Ol. 8. 60, i. e. statim id fiet ab illis, qui primi sunt filiorum tuorum post te. Nam Peleus et Telamon, filii Æaci, cum Hercule expugnârunt Trojam, primâ vice: quarti ab Æaco eam delêrunt. στεφάνοις, Ne. 9. 125, ubi est pro ἀμφί. ἅμα adverbialiter positum, sine casu, Py. 12. 44.

Ἁμᾶ, Dor. pro ἅμα.

Ἀμαιμάκετος, ου, ὁ, ἡ. *valdè longus et ingens.* nam a τὸ μῆκος est μακετὸς, ἡ, ὸν, *longus*; et repetitâ syllabâ μα cum interserto iota, μαιμάκετος, cum α intensivo. Ionicè est et fœmininum, ἀμαιμακέτη. τριόδοντος, Ist. 8. 74, ingentis tridentis; de Neptuno. μένει, robore ingenti, Py. 3. 58, ubi vides usum metaphoricum.

Ἀμαξιτὸς, οῦ, ἡ. *via quâ currus eunt. ab* ἡ ἅμαξα vel ἅμαξα, et ἰτὸς, ἡ, ὸν, *quo itur*, ab εἶμι, *eo.* deinde in genere est, *via ampla, via regia et ordinaria.* μακρά μοι νεῖσθαι κατ' ἀμαξιτὸν, Py. 4. 439, i. e. διὰ μακρὰ ἐστί μοι νεῖσθαι, per longas vias esset mihi eundum in hâc viâ publicâ, sc. si pergere sic velim ut cœpi: ergo desinendum jam est. τήνδε μὲν παλαιότεροι ὁδὸν ἀμαξιτὸν εὗρον, Ne. 6. 92, i. e. hanc methodum ordinariam et pervulgatam invenere jam antiquiores.

Ἆμαρ, Dor. pro ἦμαρ, ατος, τὸ. *dies.* μοιρίδιον, Py. 4. 455, fatalis dies, qui vobis hoc gaudium destinavit. et 348, ἄματα εὔφρονα, ob dies felices. ἆμαρ κεῖνο διαίτασε κεῖνο, ille dies peregit illud, Py. 9. 121. et 199, πρὶν μέσον ἆμαρ ἑλεῖν, ante quam medium diem acciperet, i. e. ante meridiem. τὸ μὲν παρὰ ἆμαρ, τὸ δὲ, hoc uno die, id die altero, Py. 11. 95, de Castore et Polluce, alternantibus vitam mortemque. ἆμαρ δεύτερον, dies sequens noctem illam, Ist. 4. 114.

Ἁμαρτάνω, fut. ησω. ex usu, pro ἁμαρτάω. *aberro a re aliquâ, excido ex bono aliquo.* Ol. 1. 104, errat. Σκύρου, aberravit a Scyro, Ne. 7. 54.

Ἀμαυρόω, fut. ώσω. *obfusco, tenebris involvo.*

Ἀμαχανία, Dor. pro ἀμηχανία, ας, ἡ. *hæsitatio; quando consilium nullum reperitur; difficultas magna.* ἀπὸ ἀμαχανίας ἄγων εἰς φάος, Ol. 5. 32, ex inopiâ consilii et incommoditate agens in lucem. ἐν ἀμαχανίᾳ, in difficultatibus, Py. 2. 99. ἀμαχανίαν σιγηλὸν, Py. 9. 163, tacentem hæsitationem; et poëta ibi loquitur ipse de se. ἀμαχανιᾶν δυσβάτων ἀλκὴν, Ne. 7. 143, remedium contra difficultates inextricabiles.

Ἀμάχανος, Dor. pro ἀμήχανος, ου, ὁ, ἡ. *qui consilium agendi nullum novit aut invenit, vel ob difficultatem rei, vel ob animi debilitatem.* ponitur etiam passivè, *contra quem consilium nihil valet, insuperabilis.* ἀμάχανον, i. e. ἀδύνατον, Ol. 7. 46. ἐκ καμάτων, Py. 2. 37, ex laboribus durissimis.

Ἄμαχος, ου, ὁ, ἡ. *contra quem pugnari non potest; qui sustineri*

non potest. Τρoίης ἄμαχον κίονα, Trojæ non vincendam bello columnam, Ol. 2. 146, i. e. ἀνυπόστατον ἐν μάχαις, cui resisti non poterat. ἄμαχον δὲ, κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος, Ol. 13. 16, ubi est metaphoricè: impossibile est occultare congenitam indolem, ἀδύνατόν ἐστι, ἀμήχανον. ἄμαχον κακὸν, Py. 2, 139, ubi sic vocat clandestinos calumniatores. ἀμάχους χεῖρας, Ist. 6. 60, manus insuperabiles et invictas.

Ἀμβατὸς, οῦ, ὁ, ἡ. *qui conscendi potest.* οὐρανὸς οὔπω ἀμβατὸς αὐτοῖς, Py. 10. 42, cœlum nondum est ascendendum illis, i. e. nondum cupiunt mori; vel optativè, ne jam ascendant, sed seri redeant in cœlum.

Ἀμβλύνω, *hebetem facio aciem, tardum reddo.* ἀπὸ κόρος ἀμβλύνει ἄπαδις, satietas (audiendi multa et nimia) obtundit et hebetat ingrata celeres mentes, Py. 1. 160, nimiâ satietate tardatur auditor vel promtissimus.

Ἀμβολὰ, Dor. et per syncopen pro ἀναβολὴ, ῆς, ἡ. *prœludium in musicâ; exordium.* nam ἀναβάλλεσθαι notat et, *ordiri, auspicari.* τῶν φροιμίων (προοιμίων) ἀμβολὰς, Py. 1. 7, hymnorum præludia, προαναφωνήσεις. propriè tamen ἀναβολὴ est *dilatio, procrastinatio.*

Ἀμβολάδαν, Dor. et per syncopen pro ἀναβολάδην. adv. est ἀναβλητικῶς, vel ἀναβολικῶς. ἀμβολάδαν, Ne. 10. 62, per intervalla, diversis vicibus, ἀναβολῆς τινὸς γινομένης μεταξύ. nam hoc adverbium propriè est, differendo.

Ἀμβρόσιος, α, ον. *immortalis, divinus; dulcis, valdè suavis.* ἡ ἀμβροσία, sc. τροφὴ, est cibus Deorum, quo immortalitatem suam sustentant; eâ dulcedine, ut mel nostrum, ad eam collatum, nonam dulcedinis partem habeat. hinc omne id, quod maximè recreat et reficit, et jucunditate perfundit, ἀμβρόσιον dicitur. ἐπέων, Py. 4. 532, i. e. θείων. Tantalus furatus ἀμβροσίην, Ol. 1. 100.

Ἄμβροτος, ου, ὁ, ἡ. idem. ἄμβροτοι πραπίδες θεῶν, Ist. 8. 65, immortales mentes Deorum.

Ἀμείβω, fut. ψω. *muto, commuto, alterno, reddo quid pro accepto.* ἀμείβεσθαι in mediâ formâ in genere est, *excipere per successionem.* ἐν ἀμείβοντι, sc. χρόνῳ, Ne. 11. 53, per vices. Κρισαῖον λόφον ἄμειψε, Doricè pro ἤμειψε, Py. 5. 50, percurrendo circumduxit per vices circa collem. ἀμείψαντες, Py. 4. 30, permutantes. μελισσᾶν ἀμείβεται πόνον, Py. 6. 54, respondet labori apum, æquat, par est, vicem præstat. et hoc loco maximè propriè hoc verbum ponitur, quasi pari passu ambulat. φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα, Py. 7. 19, i. e. παρακείμενον τοῖς καλοῖς ἔργοις, ubi quoque propriè; et intelligit invidiam fatorum, quæ per vices, et quasi pari passu, bona et mala alternare faciunt. nam cognatus ejus Hippocrates eodem tempore mortuus erat. ἀλλήλοις ἀμειβόμενοι γάρυον τοιαῦτα, Py. 4. 165, inter sese alternantes verbis, loquebantur talia. et 403, ὁπλαῖς ἀράσσεσκον χθόνα ἀμειβόμενοι ταῦροι, ungulis cum strepitu pulsabant terram per vices, i.e. inter eundum: τοὺς πόδας ἐναλλάσσοντες κατὰ τὴν πορείαν. est quoque propriè positum verbum. ἄρουραι ἀμειβόμεναι, Ne. 6. 17, arva alternantia, i. e. per vices nunc segetes ferentia, nunc quiescentia. ἄμμι (ἡμῖν) ἀμειβομένοις, Ist. 1. 77, nobis vicem reddentibus, i. e. dum grati sumus. τὸν ἀγανοῖς λόγοις ὧδε ἀμείφθη, Py. 4. 180, ei placidis verbis sic re-

spondit; ubi passiva forma deponentialiter. μῆτιν ἐὰν (consilium suum) εὐθὺς ἀμείβετο, Py. 9. 68, statim respondendo proposuit.

Ἀμείλιχος, ου, ὁ, ἡ. *non lenis nec mitis; qui blandis verbis non lenitur.* στρατὸς, Py. 6. 11, exercitus inclemens. ἀμείλιχον κότον, Py. 8. 10, implacabilem iram.

Ἀμείρω, *non tribuo, privo parte suâ.* τιμᾶς βίον γονέων ἀμείρειν, Py. 6. 27, honore privare vitam parentum.

Ἀμεμφὴς, έος, ὁ, ἡ. *non reprehensibilis.* ἰῷ, Ol. 6. 78, succo non damnando, de quo queri nemo potest, i. e. laudando.

Ἀμένας, ου, ὁ. fluvius parvus juxta Κατάνην in Siciliâ. Py. 1. 131.

Ἁμέρα, Dor. pro ἡμέρα, ας, ἡ. *dies.* est fœmininum substantivè, ab ἥμερος; ut sit plenè, ἡ ἡμέρα φαῦσις ἢ κατάστασις ἀέρος, mitis splendor aut constitutio aëris: nam interdiu est in aëre ἡ ἡμερότης: contraria ei νὺξ est fera et inimica, unde et ἡ δειλία dicitur. ποδαρκὴς ἁμέρα, Ol. 13. 54, i. e. ὀξύδρομος, pedum certaminibus destinata. ἐν ἁμέρᾳ, Ol. 1. 9, interdiu. ὁπότε — τελευτήσομεν, Ol. 2. 59, i. e. moriemur. ἀνὰ μίαν, Ol. 9. 127, per unum diem. ἁμέραν, τὰν μὲν, &c. Ne. 10. 104, de Castore et Polluce, alternis diebus viventibus. ἁμέραι ἐπίλοιποι, Ol. 1. 53, i. e. ὁ χρόνος. ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ, ἴσα δὲ ἐν ἁμέραις, ἅλιον ἔχοντες, Ol. 2. 110, i. e. et noctu et die æqualiter in luce ambulantes, i. e. rectè agentes velut in conspectu deorum et hominum omnium. ποταμοὶ ἁμέραισι μὲν προχέουσι ῥόον καπνοῦ, Py. 1. 43, ubi deest ἐν: fluvii ignei ex Ætnâ erumpentes, interdiu fundunt fumum. ἀθρόαις πέντε ἁμέραις, diebus quinque continuis, Py. 4. 232. ἔσποντο μεῖραι καὶ ὑστέραις ἐν, sequatur felicitas etiam in posterum, Py. 10. 26. πολυφθόροις ἐν, Ne. 8. 53, in diebus multos perdentibus; de bello decennali. τὰ δὲ ἄλλαις, quæque aliis diebus facit, Ne. 9. 101. ἁμέρας δώδεκα, Py. 4. 45, per dies duodecim tulimus navim in humeris nostris per terram siccam.

Ἀμέρδω, fut. σω. notat propriè, ἀποστερέω μερίδος, *privo aliquem portione ei debitâ.* in specie est, *privo aliquem facultate videndi.* ἄμερσέ σε πάτρης, privavit te patriâ. Ol. 12. 24, ἐστέρησέ σε.

Ἅμερος, Dor. pro ἥμερος, α, ον. scribitur et ἥμειρος. ab ἱμείρω, *appeto. mansuetus, cicur, mitis, lenis.* ἅμερον ἀστοῖς οἶκον, Ol. 13. 2, i. e. πρᾶον, mitem civibus domum, benignam. sic κατὰ, Py. 1. 137, pacificâ in domo, ἥσυχον, εἰρηναῖον. Ἀσκληπιὸν, Py. 3. 12, mitem Æsculapium. τὸν μὲν ἀμείροις χερσὶ βαστάζεις, hunc mitibus manibus gestas, Ne. 8. 4. mollibus. τελέθει αἰὼν ἁμέρα, Ne. 9. 106, exsistit vita placida.

Ἁμερόω, Dor. pro ἡμερόω, fut. ώσω. *placidum et mite reddo.* ναυτιλίαις (est dativus commodi, navigationibus,) ἁμερώσαις (Doricè pro ἡμερώσας) πορθμοὺς, pacans et placida reddens freta, Ist. 4. 98, non solum piratis deletis, sed et exploratis et signatis altis, saxis, &c. et descriptis regionibus maris.

Ἁμέτερος, Dor. pro ἡμέτερος, α, ον. *noster.* ponitur sæpe et pro ἐμός. τοκέων, Py. 4. 195, ubi alii legunt ἁμετέραν, referentes ad βασιλείαν ἢ ἀρχήν. et 266, ubi ἁμετέρων est pro ἐμοῦ.

Ἀμέτρητος, ου, ὁ, ἡ. *quem metiri nemo potest; quem nemo metitur.* ἐξ ἁλὸς, Ist. 1. 53, ex immenso mari.

Ἀμευσίπορος, ου, ὁ, ἡ. *vicissim et in diversam regionem transitum faciens.* κατ᾽ ἀμευσιπόρων τριόδων

ἐδινήθην, ὀρθὴν κέλευθον ἰὼν τὸ πρὶν, Py. 11. 58, per viam retrò et aliò me ferentem vagatus sum, rectam viam iens antea. est pro ἀμειψίπορος, quando transitus, et fluxus quasi, viæ, mutatur per alias vices. nam ἀμεύεσθαι et ἀμείβεσθαι idem sunt.

Ἀμεύω, fut. εύσω. *transeo, transitu supero*. est ab ἀμείβω per dialectum: sicut et ipsum ἀμείβω eundem significatum sæpè habet. ἔλπομαι ἀμεύσασθαι ἀντίους, Py. 1. 86, adversarios me superaturum, iisque me præcursurum, spero. hoc sensu dicit Homerus, ἀμείβεται ἕρκος ὀδόντων, transcendit septum dentium.

Ἅμιλλα, ης, ἡ. *pugna, certamen*. est nomen compositum ex ἅμα, *simul*, et ἡ ἴλη, *ordo militaris*; ut notet, *quando ordines adversi manus conserunt*. deinde et in genere, *certamen*. πεμπταμέροις, Ol. 5. 14, quinquedialibus certaminibus. ἰσχύος ἀνδρῶν ἁμίλλαις, Ne. 9. 27, certaminibus de robore. τεαῖς (ἐν) Ist. 7. 71. ὠκυδινάτοις ἐν ἁμίλλαις, Ist. 5. 7, in præliis agilitatem postulantibus.

Ἁμιλλάομαι, fut. ήσομαι. *certo, pugno*. ὅστις ἁμιλλᾶται περὶ κορυφῆς ἀέθλων, Ne. 10. 58, i. e. ipse Θιαῖος, qui ad Olympicam victoriam, quæ aliarum suprema est, omni ope contendit.

Ἄμμες, Dor. pro ἡμεῖς.

Ἄμμορος, (Æolicè pro ἄμορος,) ου, ὁ, ἡ. *non particeps, sine parte*, ἄμοιρος. deinde et, *infaustus, infelix, malam fati partem nactus*. καλῶν, Ol. 1. 134, i. e. ἀμέτοχος.

Ἀμνάμων, Dor. pro ἀμνήμων, ονος, ὁ, ἡ. *immemor, non recordans*.

Ἀμοιβὰ, Dor. pro ἀμοιβὴ, ῆς, ἡ. *permutatio, compensatio*. ἀμοιβὰν γλυκεῖαν μόχθων, Ne. 5. 87, remunerationem dulcem laborum. ἀμοιβαῖς ἀγαθαῖς εὐεργέτην τίνεσθαι, Py. 2. 43, nam δεῖ τοὺς εὐεργετήσαντας ἀντευεργετεῖν, τὸν εὐεργέτην ἀνταμείβεσθαι.

Ἀμοιβαῖος, α, ον. *retributorius, alternans, simile reponens*. ἀμοιβαῖα θεοῖς δεῖπνα παρέχων, Ol. 1. 63, i. e. δεῖπνα διδοὺς αὐτοῖς, ἀμοιβὴν ἔχοντα τῶν δείπνων ὧν αὐτοὶ δεδώκασιν αὐτῷ, cum diis vicissim epulum præberet, sicut ii ipsi. et sermo est de Tantalo.

Ἄμοιρος, ου, ὁ, ἡ. *sine parte, sine portione, expers*. οὐκ ἄμοιρος κυναγέτης, Ne. 6. 26, venator non expers, τῶν ἀγώνων scilicet; οὐκ ἀναγώνιος.

Ἀμὸς, Æolicè pro ἁμὸς, quod Doricè pro ἡμὸς, per syncopen pro ἡμέτερος, *noster*. ἀμοῖς μήδεσιν, Py. 4. 48, i. e. meis, Medeæ loquentis.

Ἄμοχθος, ου, ὁ, ἡ. *non laborans*. καρδίᾳ, Ne. 10. 55, corde quod nullum laborem difficilem pertulit.

Ἄμπαλος, ου, ὁ. pro ἀνάπαλος, *resortitio*. ὁ ἐκ δευτέρου πάλος, i. e. κλῆρος. Ζεὺς ἄμπαλον ἔμελλε θεῖναι, Jupiter, irritâ priore sortitione et divisione, volebat resortitionem facere, Ol. 7. 110, ἀνακλήρωσιν, ἀναμερισμόν. est a verbo ἀναπάλλειν, quod et *repetitionem sortitionis* notat.

Ἀμπελόεις, εσσα, εν. *locus vitibus consitus, bonas et multas vites habens*.

Ἄμπελος, ου, ἡ. *vitis*. scholiastes Aristoph. ad Plut. 426, docet, Ionibus dici οἶνος, ὁ πηλὸς, unde ἄμπελος sit pro ἔμπηλος, quæ in se habeat τὸν πηλὸν, vinum. unde et ὁ κάπηλος sit ὁ κακύνων τὸν πηλὸν, *qui vinum adulteret, caupo fallax*. quæ omnia satis ingeniosè. ἀμπέλου δρόσῳ, i. e. vino, Ol. 7. 3. ἀμπέλου παῖδα, Ne. 9. 123, i. e. merum.

Ἀμπλακία, ας, ἡ. *error, delictum*

per quod vagatur quis, et ei inerrat. Λαομεδοντίαν ὑπὲρ ἀμπλακίαν, Ist. 6. 43, ob delictum Laomedontis. ἀμφὶ ἀνθρώπων φρεσὶν ἀμπλακίαι ἀναρίθμητοι κρέμανται, Ol. 7. 44, circumdant mentes hominum innumeri errores. αἱ δύο ἀμπλακίαι, Py. 2. 55, i. e. ἁμαρτίαι. ἀμπλακίαις φρενῶν, Py. 3. 24, erroribus mentis.

Ἀμπλάκιον, *ου, τὸ.* idem. ἔχθιστον ἀλόχοις, Py. 11. 41, peccatum odiosissimum in uxoribus, quod iis summi odii causa est, sc. τὸ μοιχεύεσθαι ὑπὸ ἄλλῳ ἀνδρὶ, si adulterari se sinunt ab alieno viro.

Ἀμπλακέω, fut. ήσω. *delinquo, aberro a recto et bono, excido ex aliquo bono.* ἀνορέης οὐκ ἀμπλακὼν, Ol. 8. 89, a virilitate non aberrans. et ex hujus loci contextu maximè apparet, hoc verbum esse a πλάζομαι, *erro.*

Ἄμπνευμα, *ατος, τὸ.* *receptio animæ et animi.* ἄμπνευμα Ἀλφεοῦ, Ne. 1. 1, insula Ortygia, ubi Alpheus, persequens Arethusam, respiravit tandem; et quia ibi Alpheus quasi os habet quo spiritum attrahit et emittit; ἀνάπαυμα.

Ἀμπνέω, vid. ἀναπνέω.

Ἀμπνοὰ, vid. ἀναπνοά.

Ἀμύκλαι, *ων, αἱ.* Urbs Laconica, Apollini sacra, quam condidit ὁ Ἀμύκλας, Lacedæmonis filius. Py. 1. 125, ubi ab hâc urbe nobili tota terra Laconica indicatur.

Ἀμύμων, *ονος, ὁ, ἡ.* *nullo vituperio obnoxius, præstans, nobilis.* est ferè idem quod ἀμώμητος. Κτέατον, Ol. 10. 33, inculpatum et honestum. est pro ἄμωμος in genere, *in quo nihil vituperare aut requirere possis;* quod deinde pro contextu determinatur vel de nobilitate, vel formositate, vel animo bono.

Ἀμύνω, fut. υνῶ. *defendo, arceo.* ἀμύνειν λοιγὸν Ἐνυαλίου, Ne. 9. 87, propulsare exitium bellicum. ὅστις χάλαζαν αἵματος πρὸ φίλης πάτρας ἀμύνεται, λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ ἀστῶν, Ist. 7. 39-41, quicunque imbrem sanguinis prohibet a carâ patriâ suâ, ne is eam inundet, arcens pestem a civibus opposito exercitu; sed textus ibi vix videtur sanus. cæterum, si lectio ista tenenda est, πρὸ intelligendum est de tempore, antequam inundet sanguis patriam; et στρατῷ est ablativus instrumenti; ad ἀστῶν verò deest præpositio aliqua. ἀμύνων γαστρὶ λιμὸν, prohibens famem a ventre, Ist. 1. 69. ἄμυνεν (pro ἤμυνεν) ὕβριν, propulsavit injuriam, Ne. 1. 76. ἀμύνας στράταρχον, Py. 6. 30, ubi alii, rectiùs fortasse, legunt ἀμμείνας, pro ἀναμείνας, excipiens, sustinens: nam ἀμύνας esset, arcens, prohibens pugnando. φθονεροὶ ἀμύνονται ἄτῃ, Py. 11. 83, invidendi, (i. e. potentes, in magnâ felicitate constituti,) puniuntur noxâ suâ, βλάπτονται, nam et notio *ulciscendi* inest nonnunquam huic verbo.

Ἀμφαίνω, vid. ἀναφαίνω.

Ἀμφανδὸν, per syncopen pro ἀναφανδὸν, neutrum adverbialiter positum; *apertè, coram omnibus.* ἀμφανδὸν τυχεῖν εὐνῆς, Py. 9. 73, palam frui concubitu.

Ἀμφελίσσω, fut. ίξω. *circum moveo.* ἀμφελίξασθαι γνάθους τέκνοις, Ne. 1. 64, circum applicare motu capitis malas avidas suas pueris: et sermo est de draconibus, Herculem fratremque ejus in cunis dormientes aggredientibus.

Ἀμφέπω, et ἀμφιέπω, *administro, obeo rem,* ἐνεργέω. it. *circumdo, circumcirca vim adhibeo.* σκᾶπτον, Ol. 1. 18, i. e. διοικεῖ, administrat. ἀμφέπει

αὐτὴν, Ol. 6. 160, i.e. τιμᾷ, θεραπεύει. μόχθον, Py. 4. 477, sustinet laborem. μυχὸν μαντήιον, Py. 5. 91, circa oraculum occupatus est, et possidet id. πόλιν, Py. 9. 125, sc. ἡ Κυρήνη Νύμφη, procurat. πόμα, Ne. 3. 136, circumdat potum, adhæret potui. ἀμφέπειν ὅμαδον, Ist. 8. 55, administrare et obire pugnam. θυμὸν, Ne. 7. 15, fovere animum, obsequi animo tali. ἀμφέπων αὐτοὺς, Py. 3. 92, curans eos. ἀταλὸν θυμὸν, Ne. 7. 134, juvenilem fovens animum. ὄλβον, Ist. 4. 100, amplectens felicitatem. ἀμφέποντα δαίμονα, Py. 3. 192, i. e. τὴν περιέχουσαν με τύχην, fortunam me foventem, curantem me Deum.

Ἀμφὶ, præpositio, regens tres casus pro vario significatu, in genere est *circa, circum.* ἀμφὶ πράξιος ἐσομένης, de re futurâ, Ol. 12. 11. παγκρατίου, ob hoc certamen, Ist. 8. 146. δαιμόνων, de diis, Ol. 1. 56. pro quo et nonnunquam est ἀμφίς. ἀμφὶς ἐσθᾶτος, de veste ut ἐπάθλῳ, i.e. περὶ ἐσθᾶτος, Py. 4. 451; aliàs communiter ἀμφὶς notat *sine*, ut esset pro, γυμνοί. sed h. l. ut diximus. Cum *dativo* notat plerumque *locum circa quem.* et est pro ἀνά. ἀμφὶ ἀρετᾷ, cum virtute, propter virtutem, per virtutem, Py. 1. 155. ἀμφὶ ἀρετᾷ κελαδέων, de virtute dicturus, Py. 2. 114. ἀρεταῖς, circa virtutes et qualitates bonas, Ol. 5. 34. κρουνοῖς, apud fontes, Ol. 13. 90. βουλαῖς, ob consilia, Ist. 7. 11. τοκεῦσιν, erga parentes, Py. 6. 42. ἀέθλοις, de certaminibus, Ol. 7. 146. πάλῃ, circa luctam, Ne. 6. 26. παλαίσμασιν, ob luctas, Ol. 9. 20. μοίρᾳ καλῶν, circa fatalem attributionem bonorum, Ol. 8. 113. et 55, ἐργάσιαις, circa operationes, i. e. eo loco ubi tu opus fecisti in ædificando muro, κατὰ τὴν σὴν ἐργασίαν. ἀμφὶ βουσὶ χολωθεὶς, ob boves iratus, Ne. 10. 112. γάμῳ, ob nuptias, Ist. 8. 59. ἁλίῳ ἐνὶ, circa unum solem, i.e. uno eodemque die, Ol. 13. 51. ἀργυρίδεσσιν, Ol. 9. 137, i.e. περὶ φιαλῶν ἀργυρῶν, quæ Marathone dabantur præmium certaminis. πόνοις, Ne. 8. 72, in laboribus. Ἄργει, apud Argos, Ol. 13. 151. ἀμφὶ Ἑλένῃ, ob Helenam, Py. 11. 50. Ἀχέροντι, apud, Ne. 4. 138. Νεμέᾳ, Ne. 7. 118, occasione mentionis de Nemeâ factæ. Ἀχιλλεῖ, circa Achillem, Ne. 8. 52. φρεσὶν ἀνθρώπων, circa animos hominum, Ol. 7. 44. σοφίᾳ, cum sapientiâ, unà cum arte, Py. 1. 22. ἐμῇ μηχανῇ, Py. 8. 48, circa meam artem. ἀκταῖς, circa ripas, Ne. 9. 95. et 125, στεφάνοις, simul cum; nisi ibi pro ἀμφὶ legendum potiùs est ἅμα. σοῦ ἀμφὶ τρόπῳ, in tuâ indole, Ne. 1. 42. δεξιτερῷ ποδὶ, circa pedem dextrum, Py. 4. 170. ἀνδριάντι σχεδὸν, prope ad statuam, Py. 5. 52. ἀμφὶ πόλει, pro urbe, propter urbem, ὑπὲρ πόλεως, περὶ πόλει, Ol. 12. 2. ἀμφὶ οἱ, circa se, Py. 9. 213. cum *accusativo* quoque notat *circum*, περὶ, maximè ad quæstionem quò? quem circa locum? ἀμφὶ τράπεζαν, i. e. περὶ, Ol. 1. 25. ἀμφὶ ἀκμὴν ζέοισαν, pro εἰς vel ἐπὶ, in ferventem igne vehementiam aquæ, Ol. 1. 78. et 80, ἀμφὶ δεύτατα, circa exitum. et 157, βίοτον λοιπὸν, in reliquâ vitâ. χρόνον ὅλον, per omne tempus, Ol. 2. 55. ἀμφὶ Πύλον σταθεὶς, Ol. 9. 46, i. e. κατὰ, ad. et 145, πανήγυριν, in publicâ celebritate. τρόπον, secundum ritum, Ol. 10. 93. γένυ, ad maxillam, Ol. 13, 121. Κινύραν, circa vel apud eum, Py. 2. 27. θέμεθλα, circa fundamenta, Py. 4. 320. κῆδος, Ne. 1. 84, ob luctum. sæpè avellitur a verbo suo, cum quo est compositum. ut Ol. 3. 23. Py. 5. 160. Py. 8. 122. in compositione sæpè notat κύκλῳ; sæpè, *ad utrumque latus*, e.c. Ἰσθμὸς ἀμφίαλος. conf. Py. 4. 143, ἀμφὶ δὲ παρδαλέα στέγετο ὄμβρους, arcebat imbres.

Ἀμφίαλος, ου, ὁ, ἡ. *circumfluus mari.* solet esse epitheton insulæ. ἐν τεθμοῖς, in ritibus cinctis utrimque mari, Ol. 13. 57. i. e. in ludis Isthmicis.

Ἀμφιβάλλω, fut. 2. αλῶ. *circumjicio, circumpono, addo.* ἀμφέβαλε κόμαις γέρας, circumposuit comis suis decus, i. e. cinxit coronâ, Py. 5. 42. ἀμφιβάλλεται (circumdatur) ὕμνος, Ol. 1. 14, πλέκεται, quasi esset corona. hinc est τὸ ἀμφίβληστρον, quod non modo *rete magnum piscatorium* notat, sed et *quamvis circumjectionem.* apud Sophoclem notat *tunicam.*

Ἀμφιδρέμω, *circumcurro.* σέλας ἀμφέδραμε Ἡφαίστου, Py. 3. 69, fulgor ignis circumdedit eam, impositam rogo mortuam. præsens hujus thematis nusquam occurrit, sed tempora ab fut. 2. deducta sunt frequentia.

Ἀμφιθάλασσος, ου, ὁ, ἡ. *mari cinctus undique.* ἐς νομὸν, i.e. ad insulam, Ol. 7. 61. nam νομὸς est et ἡ κατανομὴ, *sedes, stabulatio.*

Ἀμφικρέμαμαι, ab ἀμφικρέμημι, *circa suspendo,* pro ἀμφικρεμάω. φθονεραὶ ἐλπίδες ἀμφικρέμαντα φρένας θνατῶν, Ist. 2. 64, invidæ spes, i.e. invidi conatus, i. e. invidia ipsa, circumpendent, suspensæ sunt, circum pectora mortalium.

Ἀμφικυλίω, fut. ισω. *circum volvo.* φασγάνῳ ἀμφικυλίσσαις, Dor. et poëticè pro ἀμφικυλίσας, Ne. 8. 40, gladio circumvolvens, i.e. gladio incumbere faciens, quem confossus quasi circumdat vulnere et corpore suo. nimirum terminatio est Dorica; duplex sigma vero ob metrum.

Ἀμφιλαφὴς, έος, ὁ, ἡ. *quod utrâque manu capitur;* sicut in magnâ copiâ accidit, quando utrâque manu potest hauriri: et est pro ἀμφιλαβής. δύναμις, Ol. 9. 122. i. e. δαψίλειά τις δυνάμεως, μεγάλη. notat ergo in genere, *copiosus, largus.*

Ἀμφινέμομαι, *colo et habito circa, possideo circa.* σὲ ὄλβος, Py. 5. 18, i.e. περιέχει.

Ἀμφίπεδος, ου, ὁ, ἡ. *cinctus campis et planitie.* ὄχθον ἐς, in collem circumdatum campis, Py. 9. 95, ἑκατέρωθεν ἔχοντα πεδίον.

Ἀμφιπίπτω, *circumcido, amplector cupide.* ἔθνος Λοκρῶν ἀμφέπεσον, gentem eam amplexus sum laudando, Ol. 10. 118.

Ἀμφιπολέω, fut. ήσω. *circum versor.* γηραιὸν μέρος ἡλικίας ἀμφιπολεῖ, i. e. περιέχει, περικυκλεῖ, Py. 4. 280. et 483, τράμην ἕλκεος ἀμφιπολεῖν, vulnus curare, θεραπεύειν. λέκτρον ἀμφεπόλησαν, Ne. 8. 11, circumiêrunt et curârunt lectum conjugalem, amores personificati.

Ἀμφίπολος, ου, ὁ, ἡ. *qui se vertit et agit circa aliquid:* in specie sic vocatur *minister* vel *ministra,* honestior quàm *servus* vel *serva.* τύμβον ἀμφίπολον, Ol. 1. 149, conf. τύμβος. et h. l. nomen est in sensu passivo, notans tumulum sepulchralem qui ambiri potest ab omni parte; l. c. est, τύμβος κύκλῳ περιοδευόμενος καὶ ἀμφιπολούμενος. ἀμφιπόλους, famulos, in masculino, Ol. 6. 53, ut ex contextu apparet: nam mittuntur peregrè.

Ἀμφίρυτος, ου, ὁ, ἡ. *circumfluus, aquâ circumdatus.* potest et esse *circummunitus.* Κέῳ ἐν ἀμφιρύτῳ, Ist. 1. 9, insulâ; inest tamen simul notio τοῦ, circumdatus custodiâ et munimento.

Ἀμφὶς, adv. ex ἀμφὶ ortum, habetque varium usum. ἀμφὶς ἐσθᾶτος, de veste, præmio certaminis, Py. 4. 451, ubi est pro ἀμφί.

Ἀμφιτίθημι, *circumpono, circumdo.*

Νέμεσιν, Ol. 8. 113, non interponere eam.

Ἀμφότερος, α, ον. *uterque.* ἀμφοτέρας ἰὼν χειρὸς, Ne. 7. 139, in utramvis progrediens partem, sive ad dextram, sive ad sinistram. ἀμφότεροι, Py. 4. 220, sc. τοῦ Αἴσονος. ἀμφοτέρων ὑπὸ, Ol. 7. 23, sc. lyrâ et tibiis. ἀμφοτέραν, Dor. pro ἀμφοτέρων, Ist. 1. 6. ἀμφοτέροις, Py, 2. 140, sc. τῷ διαβαλλομένῳ, καὶ τῷ πρὸς ὃν διαβάλλουσι. ἀμφοτέραις (ἐν) Py. 10. 3. ἀμφότερον, sc. κατὰ τρόπον, duplici modo, Py. 4. 140. sic ἀμφότερον adverbialiter ponitur, Ol. 6. 27. sic et neutr. plurale ἀμφότερα, Ol. 1. 166, i. e. κατὰ τὰ ἀμφότερα. ἐπὶ ἀμφότερα, sc. μέρη, Ol. 13. 80.

Ἀμφοτέρωθεν, adv. *utrimque.* Ol. 13. 142, sc. in Isthmo et Nemeâ.

Ἄμφω, οἱ, αἱ. *ambo, ambæ.* in Homero alii casus non occurrunt; sed apud Pindarum est et genit. et dat. dualis, ἀμφοῖν. ponitur de duobus singulis: etiam de duobus populis aut exercitibus. διὰ ἀμφοῖν, Py. 3. 102, per Æsculapium, et per illum resuscitatum. ἀμφοῖν, *ambobus,* Ist. 5. 22.

Ἀμώμητος, ου, ὁ, ἡ. *qui vituperari aut contemni nequit.* καρπὸν φρενῶν, Py. 2. 135, i. e. ἄψεκτον, non culpabilem.

Ἂν, conjunctio, regens indicativum: et valet apud Latinos *certè, quidem, cunque.* ἐὰν hinc est, quasi εἰ ἂν, *wenn nun.*

Ἀνὰ, regit accusativum, et tunc ferè idem significat quod κατὰ. regit verò et *dativum* (ablativum), et tunc notat τὴν ἄνω σχέσιν. etiam σὺν, *cum.* Cum *accusativo* est, *per, in;* nonnunquam et distribuit. ἀνὰ Ἑλλάδα, in Græciâ, Py. 2. 110. τῶν ἀνὰ πόλιν, Py. 11. 78, eorum in civitate. οἵτε ἀνὰ Σπάρτην, Ne. 8. 21, qui in Spartâ. γαῖαν ἀνὰ σφετέραν, in suâ terrâ, Ist. 2. 40. προμάχων ἀνὰ ὅμιλον, Ist. 7. 49, in turbâ propugnantium. ἔργον μίαν ἀνὰ ἡμέραν, opus per unum diem, Ol. 9. 127. ἂν (per apocopen, sequente consonâ) νάπος, in saltu, Py. 5. 50. ἂν τέμενος, Ne. 6. 71, per delubrum. δάπεδον ἂν τόδε, in hoc solo, Ne. 7. 121. ἀνὰ μὲν, ἀνὰ δὲ, per vices, et pertinet ad ὄρσομεν, Ne. 9. 18. cum *dativo* est *sursum,* ἄνω. etiam σὺν. etiam *ad.* Ol. 13. 102. Py. 4. 60, 166. Ist. 6. 91, quibus locis est avulsum ἀνὰ a suo verbo. et cum *dativo,* ἀνὰ ἵπποις, i. e. ἐπὶ δίφρῳ, Ol. 8. 67.

Ἀναβαίνω, fut. ήσω. *ascendo, conscendo.* etiam activè, *impono.* ἄμβασε (Dor. pro ἀνέβησε) στρατὸν, Py. 4. 340, conscendere fecit exercitum in naves, imposuit exercitum in naves, ἐνέβιβασε. nam ἀναβαίνειν sæpè activè ponitur; sæpè et, neutraliter positum, notat *navigationem ingredi;* sicut, finitâ navigatione, dicitur ἀποβαίνειν. τετείχισται πύργος, ἀρεταῖς ἀναβαίνειν, Ist. 5. 57, ad ascendendum in eam munitionem virtutibus. ἀνέβαν, pro ἀνέβησαν, Ol. 7. 87. ascenderunt in arcem. ἀναβὰς, conscendens equum illum, Ol. 13. 122. ἀναβάσομαι (Dor. pro ἀναβήσομαι,) στόλον, Py. 2. 113, conscendam classem.

Ἀναβάλλω, fut. 2. αλῶ. *sursum tollo.* it. *induo;* it. *differo, moror.* et hoc sensu maximè in mediâ formâ ponitur. Hinc Alexander Magnus interrogatus, quomodo tanta peragere potuerit, respondit, μηδὲν ἀναβαλλόμενος. εἴρειν στεφάνους ἐλαφρὸν, ἀναβάλλεο, nectere coronas leviter, omitte, Ne. 7. 114, i. e. a frigidâ laudatione abstine. ἀναβάλλεο ὡς πόρσιστα, rejice quam longissimè, Ne. 9. 69. ἀναβάλλεται γάμον, Ol. 1. 128, i. e. μακρύνει, differt.

Ἀναβωλακία, ας, ἡ. *reglebatio,* quando glebæ arando sursum con-

vertuntur. Py. 4. 406, ἀναβωλακίας ὀργυιὰν, mensuram certam ad arandum destinatam in agro. censent quidem nonnulli esse h. l. adjectivum, ἀναβωλάκιος, α, ον, et pertinere ad γῆς· sed id displicet melioribus.

'Αναγιγνώσκω, *recognosco.* ὅντε καὶ κάρυκες ὡρᾶν ἀνέγνον, pro ἀνέγνωσαν, Ist. 2. 35, quem et præcones horarum recognoverunt, i.e. quem sacerdotes Jovis Elei, qui novilunia observabant et proclamabant, maximè illud circa solstitium æstivum quarto quovis anno, quo Olympica celebrabantur, cum amoris affectu noverunt ut victorem. ἀνάγνωτε, ὦ Μοῦσαι, Ol. 10. 1, i. e. ἀναμνημονεύσατε, ἀναγνωρίσατε, εἰς μνήμην ἐμὴν ἀγάγετε, sistite eum menti meæ. cæterùm notari potest τοὺς Ἴωνας, sæpè τὸ ἀναγιγνώσκειν ἐπὶ πειθοῦς, de *persuasione,* usurpâsse. sic Herodotus; ἀναγιγνώσκεις βασιλέα στρατεύεσθαι, pro ἀναπείθεις, suades regi ut bellum gerat, agnoscere facis eum id quasi bonum aliquod.

'Ανάγκα, Dor. pro ἀνάγκη, ης, ἡ. *necessitas, coactio.* est ab ἀνάγειν vel ἀνάγεσθαι, *cùm aliquem contra voluntatem ejus adduco ut faciat aliquid.* θανεῖν οἷσιν ἀνάγκα, quos mori oportet, Ol. 1. 131. ἀνάγκα πατρόθεν, necessitas a patre, i. e. a Jove, imposita, Ol. 3. 51. βοέοις δήσαις ἀνάγκας ἔντεσιν, bubulis ligans necessitatis instrumentis, i.e. loris, Py. 4. 417, ubi ἀνάγκη, activè, *habet sua instrumenta,* quæ ab Horatio etiam magis terrificè enumerantur. ἐχθρᾷ ἀνάγκᾳ λόγον φράσαις δικάζει, Ol. 2. 108, ubi ἀνάγκα est, justitia invariabilis, et ea est invisa improbis. σὺν ἀνάγκᾳ, necessitate coactus, Py. 1. 98. ἀνάγκᾳ ἐκτὸς ἔχειν πόδα, ex necessitate abstinere aliquâ re, Py. 4. 514, δι' ἀνάγκην.

'Ανάγκα, Dor. pro ἀνάγκη, ης, ἡ. personificata, Ne. 8. 4. quanquam is locus sit dubius. nam pro Dorico genitivo ἀνάγκας, legunt alii ἀναγκὰς, adverbium, in ulnis, in brachiis. et sanè personificata ἀνάγκα ibi non multùm valet.

'Αναγκαῖος, α, ον. *necessitate coactus.* it. *necessario cogens.* λέχος ἀναγκαῖον, Py. 12. 27, coactum concubitum.

'Ανάγω, fut. ἄξω. Sæpè est, ex more Ionum, pro simplici ἄγω, *duco, abduco, adduco, fero.* ἐκ λεχέων ἀνάγει φάμαν παλαιὰν, excitat, surgere facit, Ist. 4. 37. ὅταν ἀνάγῃ ἑπέταν, quando secum ducat hunc comitem, Py. 5. 4. εὐκτὰ ἀνάγων Τρωΐαθεν, vota advehens ex Trojâ, Ne. 7. 59, conf. εὐκτά. pluribus in locis ἀνάγω est vox nautica, notans, *a terrâ et ex portu in altum provehere vel provehi,* vel, *ex meridionalibus partibus per mare in septentrionales,* quæ vulgò credebantur esse altiores.

'Αναγέομαι, Dor. pro ἀνηγέομαι, fut. ήσομαι. *enarro, enumero.* εὑρησιεπὴς (ὥστε) ἀναγεῖσθαι πρόσφορος, utinam essem verborum inventor, ut esse possem commodus ad enarrandum, Ol. 9. 120. βραχύ μοι στόμα, πάντ' ἀναγήσασθαι, Ne. 10. 35, arctum mihi os ad omnia recensenda.

'Αναδέω, fut. ήσω. *revincio.* et notat hoc ἀνὰ, ἄνω, in opposito ad ὑπὸ. ἀνέδησεν Ὀρτυγίαν στεφάνοις, redimivit eam coronis, Py. 2. 10. ἀνέδησαν ἔθειραν, Ist. 5. 11, στέφανοι, coronæ redimierunt comam. δάφνῃ, lauro, Py. 10. 61. ἔρνεσιν, frondibus, Ne. 11. 36. χαίτας, comas, Ist. 1. 37.

'Αναδείκνυμι, fut. δείξω. *ostendo.* ἀπείροις, Ist. 8. 105, innotescere fecerunt ignaris.

'Αναδέχομαι, fut. δέξομαι. *excipio.* ἀνεδέξατο, consecutus est, accepit, Py. 2. 77.

Ἀναδίδωμι, fut. δώσω. *trado*. ἄνδωκε (pro ἀνέδωκε) αὐτῷ φιάλην, sublatum porrexit ei poculum, Ist. 6. 57.

Ἀναδρέμω, *sursum vel retrò curro*. εἰ δὲ ἐγὼ κῦδος αὐτοῦ ἀνέδραμον ὕμνῳ, Ol. 8. 72, si autem ego gloriam ejus extulero hymno; ubi hoc verbum in sensu transitivo ponitur; *exsurgere facere in altum.*

Ἀναιδὴς, έος, ὁ, ἡ. *impudens, irreverens.* δέδεται γὰρ ἀναιδεῖ ἐλπίδι γυῖα, Ne. 11. 59, vincta enim sunt membra impudenti spe, i. e. spei infinitæ pleni sunt; et spes est ἀναιδὴς, quando nihil non audet sperare, et delusa sæpiùs tamen eòdem redit. hinc homines a quodam dicuntur κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεῳ ἀσκοί. ἀναιδέα πότμον, Ol. 10. 123, irreverentem mortem, quæ neminem veretur.

Ἀναιρέω, fut. ήσω. *sursum sumo, eripio.* ἄνελε μιν ἐκ δόλου, eripuit eum ex dolo et insidiis, liberavit, Py. 11. 28. ἀνελὼν, excipiens, suscipiens, Py. 9. 105. ἀνελόμενον, reportantem, suscipientem.

Ἀνάκειμαι, *sum repositus.* ἐπὶ ῥεέθροις Ἀλφεοῦ αἴγλη ποδῶν αὐτοῦ ἀνάκειται, Ol. 13. 49, decus pedum, i.e. victoria cursu reportata, repositum est ibi. αἶνος αὐτοῖς ἄγκειται pro ἀνάκειται, Ol. 11. 8, laus illis constat.

Ἀνακράζω, fut. ξω. *exclamo.* ἀνέκραγον, Ne. 7. 112, exclamavi, decantavi voce clariore.

Ἀνακρίνω, *inquiro, exquiro.* ἀνακρινόμενον, Py. 4. 111, ἀνερωτῶντα, interrogantem, quærentem.

Ἀναλίσκω, fut. ώσω. *insumo, impendo.* ὕπνον ἀναλίσκοισα (Dor. pro -ουσα), somnum insumens vel absúmens, Py. 9. 44, i. e. pauco somno fruitur circa matutinum tempus, sed surgit potiùs cum aurorâ.

Ἄναλκις, ιδος, ὁ, ἡ. *non animosus nec fortis, non promtus ad propugnandum, imbellis.* Ol. 1. 130, ubi confer κίνδυνος.

Ἀναμένω, *expecto.* ἀμμείνας (pro ἀναμείνας) Μέμνονα, cum staret contra Memnonem, nec fugeret eum; sustinens pugnando, Py. 6. 30, ut ergo hoc compositum habeat notionem *bellicæ fortitudinis*, stantis contrà et pugnantis.

Ἀναμνάω, et ἀναμιμνήσκω, fut. μνήσω. *in memoriam revoco.* ἀμμνάσει (pro ἀναμνήσει) αὐτὸς τὸν, Py. 4. 96, admonebit eum. ἀμμνάσειεν, (pro ἀναμνήσειε) in memoriam revocaret, Py. 1. 91.

Ἄναξ, *ακτος*, ὁ. (et τ in obliquis est intersertum pro ἄνακος, quod quoque reperitur.) propriè est θεία λέξις, divina appellatio, et tribuitur Jovi, aliisque diis; ab ἄνω vel ἀνὰ, *super, supra*, et τὸ ἄκος, *remedium, medela*, quia a Superis nobis omnis venit salus, et quia ii medentur nostris inopiis. deinde et tribuitur *principibus*, qui, ut vicarii Dei, auxilio et saluti sunt suis. βωμὸς ἄναξ, Ol. 13. 154, i.e. ara præstantissima, Jovis. ἄναξ, rex, Py. 4. 80. et 159, τολμήεις, audax rex. ἄναξ πότμος, Ne. 4. 68, regina Fortuna. οἰκῶν, Ist. 4. 103, Hercules. ἄνακτα φέρτερον, Ist. 8. 70, regem præstantiorem. et 104, Ἄνακτα, i. e. Jovem. σὲ, ἄναξ Πολύδευκες, te, O Pollux, Py. 11. 94. O Jupiter, Ne. 10. 145. O Apollo, Py. 8. 95. et hæc forma vocativi est Attica: communis est ὦ ἄνα, Py. 9. 79, Apollo.

Ἀναξιφόρμιγξ, ιγγος, ὁ, ἡ. *citharæ imperans, in citharâ dominans.* activè enim notat hoc nomen, non passivè. ὕμνοι, Ol. 2. 1, οἱ τῆς φόρμιγγος ἀνάσσοντες, ἄνακτες τῆς φόρμιγγος· ὑπουργὸς γὰρ ἡ φόρμιγξ τῶν ὕμνων, πρὸς αὐτοὺς αὐτὴ ἁρμόζεται.

Ἀναπάσσω, fut. άσω. *super spargo.*

λύρα τε αὐλός τε ἀναπάσσει σοὶ χάριν, Ol. 10. 115, adspergit tibi gratiam, ἀναποικίλλει.

Ἀνάπαυσις, εως, ἡ. *remissio, cessatio ad tempus*, Ne. 7. 76.

Ἀναπαύω, fut. σω. *cessare facio.* non necessariò conjuncta est huic verbo notio *recreandi;* sed simpliciter notat, *remittere et quiescere facio.* ἄρουραι ἀναπαυσάμεναι, agri remittentes a fertilitate per aliquod tempus, Ne. 6. 20.

Ἀναπέμπω, fut. ψω. *in altum emitto et assurgere facio.* κρουνοὺς, Py. 1. 48, de Ætnâ ejaculante torrentes ignis in altum. ἐξ ἀλαλᾶς τὸν ἄμπεμψας, pro ἀνέπεμψας, Ist. 7. 16, ex tumultu pugnantium redire fecisti eum. ubi ergo est et, *remitto.*

Ἀναπετάω, fut. άσω. *expando, aperio.*

Ἀναπίπλημι, *impleo.* ἀμπιπλάντες πότμον ὁμοῖον, idem fatum explentes, Ne. 10. 107. nam a. 2. act. est ἀνεπίπλην, particip. ἀναπιπλὰς, per syncopen, ἀμπιπλάς.

Ἀναπίτνημι, *expando, aperio.* χρὴ πύλας ὕμνων ἀναπίτναμεν, (pro ἀναπιτνάναι) αὐτοῖς, Ol. 6. 45, oportet portas hymnorum aperire illis latè. ἀλώπηξ ἀναπιτναμένη, vulpes expandens se supina, Ist. 4. 80, ut sc. se defendat unguibus et morsu ab aquilâ irruente.

Ἀναπλέκω, *supernè redimio.* ἀναπλέκοντι, (Dor. pro ἀναπλέκουσι) rediminut στεφάνοις, sc. κεφαλὰς, Ol. 2. 136.

Ἀναπνέω, fut. εύσω. *recipio animam.* propriè notat τὸ, ἐκ λειποθυμίας αὖθις πνέειν. ἀναπνέομεν δ' οὐχ ἅπαντες ἐπὶ ἴσα, Ne. 7. 7, non omnes ad eadem adspiramus, non eodem studio omnes tenemur naturâ. ἀμπνέων, respirans, colligens animam, Ne. 8. 32. ἀμπνεῦσαι καπνὸν, exhalare fumum, i. e. incendio absumi, Ol. 8. 47.

Ἀναπνοὰ, Dor. pro ἀναπνοὴ, ῆς, ἡ. et per sync. ἀμπνοή. *respiratio.* ἀναπνοὰν (ἐκ) μόχθων, Ol. 8. 9, respirationem ex laboribus. καθεῖλε στέρνων, Py. 3. 102, respirationem ex pectore abstulit, i. e. interfecit. ἀμπνοὰν ἔστασαν ἥρωες, Py. 4. 354, i. e. ἔστησαν ἀναπνεύσαντες, πρὸ τούτου ἀγωνιώντων αὐτῶν, respirabant ex priori metu.

Ἀναπολέω, fut. ήσω. *revolvo, repeto, rursus volvo.* ἀμπολεῖν (ἀναπολεῖν) τὰ αὐτὰ, eadem revolvere dicendo, Ne. 7. 153. ἄρουραν ἀναπολήσομεν, arvum rursus vertemus, Py. 6. 2, ἀναστρεφόμεθα: ubi tamen alii legunt ἀναπολίζομεν, eodem sensu; quasi sit πολίζω pro πολέω, *verto*, et ἀναπολίζω pro ἀναπολέω, rursus verto terram arando. cæterum h. l. est metaphoricè, i. e. de novo celebrabimus.

Ἀνάπωσις, εως, ἡ. *resorptio.* de hac resorptione, quæ aquas diluvii resorbuit, est Ol. 9. 78.

Ἀνάριθμος, ου, ὁ, ἡ. *innumerus, innumerabilis.*

Ἀναρίθματος, pro ἀναρίθμητος, ου, ὁ, ἡ. idem. ἀμπλακίαι, innumeri errores, Ol. 7. 45, μυρίαι.

Ἀναρπάζω, fut. άσω et άξω. *sublimem rapio, abripio.* ἀναρπάξαις, Dor. pro ξας, Py. 4. 60.

Ἀνασπάω, fut. άσω. *attraho, sursum traho.* propriè ἐπὶ φυτῶν, deinde et de aliis. ἀνσπασάντες, Py. 4. 48, subducentes ex mari navem.

Ἄνασσα, ης, ἡ. *regina, domina.* ὦ 'νάσσα, O Regina, Thea, Ist. 5. 6, et est id nomen numinis, matris solis. ὦ ἄνασσ', Py. 12. 6, et est

apostrophe ad Nympham Agrigentinam, tutelarem urbis. alii ibi legunt ὦ ἄνα, et probant hinc, ἄναξ esse generis communis. sed frustrà.

Ἀνάσσω, fut. άξω. *præsum, dominor, impero.* ἄνασσε, Ol. 6. 55, ubi augmentum Doricè mutatur in α; præterea deest ἐν ante Φαισάνᾳ. ὕπατε Ζεῦ, εὐρὺ ἀνάσσων Ὀλυμπίας, Ol. 13. 34. nam propriè nomen loci ubi quis imperat, in genitivo ponitur; nomen gentis autem cui imperat, in dativo. et 153, Ἀρκάσι, ubi tamen ἀνάσσειν est, superare, vincere. Δήλου, Py. 1. 74, in Delo regnans, O Phœbe. hinc est ὁ ἀνάκτωρ, ορος, *Dominus*, et ἡ ἀνακτορία, *imperium, regnum.* et τὸ ἀνάκτορον, *sedes Domini, templum,* quod et ἀνακτόριον dicitur.

Ἀνασχάζω, fut. άσω. *inhibeo, repello.* οὐκ αὐτὸν ἀνέσχασαν, Ne. 10. 129, non eum repulerunt, cedere et cohibere se fecerunt.

Ἀνατείνω, fut. ενῶ. *sursum tendo.* ἀφάντων κλέος ἀντείνει, Ne. 8. 58, obscurorum et nihili hominum famam in altum extollit. ἄντεινε κάρα ὀρθὸν, Ne. 1. 65, extendit caput erectum. ἀνάτεινον ἱστία, sursum tolle et extende vela, Ne. 5. 93. ἀντεῖναι χεῖρας, Ol. 7. 119, manus sursum tollere, ut juret. ἀντείνας οὐρανῷ χεῖρας, tollens ad cœlum manus, ut precetur, Ist. 6. 60. ψεύδει γέρας ἀντέταται, Ne. 8. 43, mendacio propositum est præmium.

Ἀνατέλλω, fut. ελῶ. *sursum statuo, exsurgere facio.* nam τέλλω est et, *statuo.* ὦ Θήβη, ἄντειλας Διόνυσον, O urbs Thebana, in lucem exsurgere fecisti Bacchum, pro ἀνέτειλας, Ist. 7. 5. ὕδωρ ὃ ἀνέτειλαν βαθύζωνοι κόραι Μνημοσύνης, Ist. 6. 111, aquam quam oriri fecerunt Musæ. ἀνατελλομένη φλὸξ, flamma exsurgens, Ist. 4. 111.

Ἀνατίθημι, *impono, sursum pono.* de rebus sacratis solet hæc vox adhiberi, unde sunt τὰ ἀναθήματα. ἣν ἀντιθεῖσα ἔγραψεν ἱερὰν, quam dedicans inscripsit sacram, Ol. 3. 54, ἀφιεροῦσα, ἀνατιθεῖσα. ergo h. l. est vox sacra; sic et Py. 8. 40, ἀναθέμεν (ἀναθεῖναι) λύρᾳ, consecrare lyræ. ἀνέθηκε σοὶ κῦδος, Ol. 5. 17, i. e. σοὶ χάριν ὁμολογεῖ ἐπὶ τῇ νίκῃ, tibi gloriam hanc dicavit. recentioribus est et, *aliter pono, corrigo positionem et muto.*

Ἀναφαίνω, fut. ανῶ. *ostendo, explico, manifesto.* ἄμφαινε πόλιν, Ne. 9. 29, pro ἀνέφαινε, illustrem et claram apud alios faciebat urbem. ἄμφανέ (pro ἀνέφηνε, a. 1. act.) σε βασιλέα, Py. 4. 110, declaravit te regem. ἀνέφανε Κυράναν, Cyrenem indicavit esse patriam suam, Py. 9. 129. ἀνεφήνατο νίκην, Ist. 4. 119, victoriam conspiciendam exhibuit.

Ἀναφανδὸν et ἀναφανδὰ, sunt neutra adverbialiter posita; *apertè, coram omnibus.* ἀμφανδὸν τυχεῖν εὐνῆς, Py. 9. 73, palam frui concubitu.

Ἀναφέρω, *sursum porto.* passivum ἀναφέρεσθαι sæpe est ἀνανήφειν, vel et, *recipere mentem sanam.* sæpe idem est ac ἐγρηγορέναι. ἀρχαῖαι ἀρεταὶ ἀμφέρονται, priscæ qualitates bonæ revigilant et recreantur, Ne. 11. 49. et quia h. l. est apostrophus, possis Doricè legere ἀμφέροντι pro ἀναφέρουσι, siquidem et activa forma ἀναφέρειν est, *refici ex morbo vel somno; convalescere, recipere vires.*

Ἀναφροντίζω, fut. ίσω. *animo sæpius volvo et cogito.* γάμον, studio et curâ capiebatur ut sponsam eam acciperet, Ol. 1. 111.

Ἀνδάνω, est forma distracta per paragogen ab ἥδω. ἁνδάνειν τὶν (i. e. σοὶ) ἐμὲ, Py. 1. 56, placere me tibi.

'Ανδρίας, αντος, ἡ. *statua, signum.* ἀμφὶ ἀνδριάντι σχεδὸν, prope ad simulacrum Dei, Py. 5. 53.

'Ανδριαντοποιὸς, οῦ, ὁ. *statuarius.*

'Ανδροδάμας, αντος, ὁ, ἡ. *viros superans vel occidens.* 'Εριφύλην, Ne. 9. 37, quæ fecit, ut vir ejus occideretur.

'Ανδροφόνος, ου, ὁ, ἡ. *viros vel homines occidens.* γυναικῶν, Py. 4. 449, Lemniarum, quæ viros in insulâ suâ omnes unâ nocte occiderant.

'Ανεγείρω, fut. ερῶ. *excito.* ἀνεγείρων μνημοσύναν, Ol. 8. 98, excitans et resuscitans memoriam, ὥσπερ κοιμηθεῖσαν καὶ σιωπηθεῖσαν λοιπόν.

'Ανεκὰς, adv. *eminùs,* μακράν. ὅταν θεοῦ μοῖρα πέμπῃ ἀνεκὰς ὄλβον, quando Dei decretum mittat e remoto felicitatem, Ol. 2. 38, i. e. οὐρανόθεν, ἄνωθεν. propriè est ex ἄνω sursum, et ἑκὰς, compositum.

"Ανεμος, ου, ὁ. *ventus.* τυπτόμενος χεράδι, Py. 6. 12, glareæ allidens se. ἄνεμον τριταῖον μέλλοντα σοφοὶ (κυβερνητῆρες) ἔμαθον, Ne. 7. 25, et est comparatio: quemadmodum boni gubernatores cognoscere solent ventum futurum vel in tertium diem: ventum ante explorare solent.

'Ανεμόεις, Ionicè ἠνεμόεις, εσσα, εν. *ventosus, ventis expositus;* et solet esse epitheton loci in alto siti. ἱστίον, velum ventis datum et plenum, Py. 1. 177, i. e. plenam munificentiam. Αἴτναν, ἶπον ἀνεμόεσσαν, Ol. 4. 11, excelsam onerationem, ὑπὸ τῶν ἀνέμων καταπνεομένην.

'Ανεμοσφάραγος, ου, ὁ, ἡ. *ventis perstrepens.* κόλπων, Py. 9. 7, sinuum, i. e. vallium, ubi venti coarctati valdè sonant. ὁ σφάραγος, ου, est *guttur,* it. *sonus durus gutture emissus.*

'Ανέπω, a. 2. ἀνεῖπον. *indico, pronuntio, proclamo.* ἀνέειπεν ὕπατον, renuntiavit summum, Py. 10. 14.

"Ανευ, adv. *sine, extra.* ἄνευ θεοῦ χρῆμα, Ol. 9. 156, sine Deo, i. e. sine naturæ beneficio, divinitus concesso. ἄνευ Χαρίτων, Py. 2. 78, sine Gratiis, i. e. agrestem et inamabilem. ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας, (gen. Dorici, prim. decl.) Py. 4. 274, sine communi molestiâ. καμάτου ἄνευ ὄλβος οὐ φαίνεται, non apparet felicitas separata a molestiâ, Py. 12. 50. σέθεν, i. e. σοῦ, Ne. 7. 3.

"Ανευθεν, et ἄνευθε, notat idem, cum paragoge. *eminùs, sine.* ἄνευθε λιπὼν, i. e. καταλιπὼν, Py. 1. 19. ἄνευθεν δόξας, Ist. 1. 100, sine gloriâ, remotus a gloriâ.

'Ανέχω, fut. ἕξω. *sursum tollo, sustineo, sursum teneo, contineo.* ὃς ἀνέχει τὰ κείνων, qui stabilit res eorum, Py. 2. 163, stantes conservat res, ἄνω ἔχει.

'Ανεψιὸς, ου, ὁ. *amitinus, patruelis.* ἀνεψιὸν εὐμενέοντες, patrui filium amicè foventes, Py. 4. 225. sic et ἀνεψιὸς 'Ελένου, Ne. 3. 110. talem recentiores dixere ἐξάδελφον.

'Ανὴρ, έρος et δρὸς. *homo* in genere. *vir.* propriè notat *virum sexu et ætate virili.* ἀνὴρ τις εἰ ἔλπεται θεὸν λήσειν ἔρδων, ἁμαρτάνει, Ol. 1. 103, si sperat quis, in faciendo, deum fallere, fallitur. κεῖνος, talis, Ol. 6. 10. ἐκ θεοῦ ἀνθεῖ, per Deum floret, Ol. 11. 10. θνητός τις οὐκ ἀντεβόλησε τῶν, non consecutus est hæc, Ol. 13. 43. ἀνὴρ tria habet bona, animi σοφίαν, corporis εὐμορφίαν, τύχης nobilitatem; quæ grata redduntur per Gratias, Ol. 14. 9. ἀνὴρ ἡγητὴρ, institutor, ductor ad virtutes, Py. 1. 134. ἀνὴρ χρήματα, *geld ist der mann,* pecuniæ faciunt virum. Ist. 2. 17. ὅδε in opp. ad παῖδα, Ist. 4. 118.

ἀνδρὸς αἰδοίου, i. e. αἰδεσίμου καὶ ἀξιοπρεποῦς, venerandi, Py. 4. 51. ἀνδρὶ, i. e. ἀνθρώπῳ, Ol. 1. 55. ἀνδρὶ φέρτατον, Ol 7 48, præstantissimum homini. εἰδομένῳ θεῷ, Py. 4. 37, a deo, qui assimilatus erat homini. ἀνδρὶ τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι, homini hæc et illa dari, Py. 7. 21, i. e. alicui, τινί. πελώριον, mirabilem staturâ, Ol. 7. 28. ὑπέρφατον, i. e. ὑπερβολικῶς θαυμαστὸν, Ol. 9. 98. κεῖνον, Py. 5. 144, Arcesilaum. ἄνδρες, i. e. ἄνθρωποι, Ol. 1. 25. μήτρωες, Ol. 6. 130, majores materni nobiles. μάντιες, Ol. 8. 3, sc. οἱ Ἰαμίδαι. εὐσεβῶν, Ol. 8. 11, i. e. Ἰαμιδῶν. et 76, μάχην, virilem, cum jam vir esset, in opp. ad ἀγένειον. ἀποιχομένων, defunctorum, Py. 1. 181. φίλον, Py 3. 9, i. e. ἀνδράσι φίλον. ἀνέρων κῶμον, sc. χορευτῶν, Py. 5. 28.— P 10. 10, τῶν χορευτῶν. et fortasse ibi, loco ἀνδρῶν legendum νέων, juvenum. σὺν εὐμενείᾳ, Py. 12. 8, in opp. ad ἀθανάτους. πολυπόνων, miserorum hominum, Ne. 1. 49. παροιχομένων, defunctorum, Ne. 6. 50. ἐν σοφοῖς καὶ δικαίοις ἀνδρῶν, Ne. 8. 70, Atticè pro ἀνδράσιν. ἀνδρῶν εἰς, sc. δόμους, Ist. 2. 49. σύμφυτον ἀρετὴν, Ist. 3. 22, pro, ἀνδρῶν συγγενῶν ἀρετήν. παρὰ, Ol. 6. 15, i. e. in terris. ἱπποσόαις, Py. 2. 119, i. e. inter equites. ἐν, Py. 8. 39; ubi ἄνδρες opponuntur τοῖς ἥρωσι. ἄνδρεσσιν, hominibus, Ne. 6. 18. ἄνδρας, sc. ἐρῶντας, Ol. 1. 127. ἄνδρας, in opp. ad κούρας, ut ad virilem sexum Cadmi transeat, Ol. 2. 64, coll. 40. ἄνδρας alatos, Py. 4. 325.

Ἄνθεμον, ου, τὸ. *flos.* idem quod τὸ ἄνθος. nam est substantivum, non adjectivum. λείριον ἄνθεμον ποντίας ἐέρσας, Ne. 7. 116, suavem florem roris marini: ubi λείριος, ὁ, ἡ, est adjectivum, ἡδὺς, ἰσχνὸς; et ποντία ἐέρσα, *ros marinus*, coronis plectendis adhiberi solitus: vides simul, ἄνθεμον non præcisè *florem*, sed et *lætum germen excrescens*, notare. ἄνθεμα χρυσοῦ φλέγει, Ol. 2. 130, flores auri fulgent, i. e. instar auri splendent flores rubicundi, ἄνθη λάμπει λαμπρότατα.

Ἀνθέω, fut. ήσω. *floreo, progermino.* πλοῦτον ἀνθεῖν, Py. 10. 28, ut divitiæ vigeant et germinent. ἀνθήσαντα καρπὸν, Py. 9. 193, et quidem ἥβης, florem ætatis lætum.

Ἄνθος, εος, τὸ. *flos.* item, *læta viriditas prima foliorum.* ab ἄνω et θέειν *currere.* deinde ponitur metaphoricè de quovis *præstanti* et *læto* et *pulchro.* ἥβας σὸν ἄνθος ἄρτι κυμαίνει, Py. 4. 281, flos ætatis tuæ jam in vigore et tumens quasi est; de Jasone. ἄνθεα τεθρίππων, i. e. νίκην, Ol. 2. 91. ἀφροδίσια, Ne. 7. 78, res venereæ. τῶν ἄνθεσιν ἐστεφανώσατο αὐτὸς, Ol. 7. 147, i. e. στεφάνοις coronatus est: nam ἀγὼν ἐτελεῖτο ὁ Τληπολέμιος, et στέφανος erat ἡ λεύκη. ἄνθεσί νιν μίγνυον, Ne. 4. 35, floribus eum ornabant.

Ἄνθρωπος, ου, ὁ. *homo.* et hoc nomen est proprium et commune totius generis humani. σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι, Py. 8. 136, somnium de umbrâ aliquâ sunt homines. ἄνθρωποι καλέοντι οὕτω, Ne. 9. 97, vulgò sic vocant id. ἀμπλακίαι, errores, Ol. 7. 43. et 100, ῥήσεις, narrationes. εἴ τινα ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι ὁ Ζεὺς, si quam habet rationem hominum, Ol. 8. 6. et 30, ἔξοχα, eminenter inter alios. πολλοὶ ἀνθρώπων διδακταῖς ἀρεταῖς κλέος ὤρουσαν (connixi sunt) ἑλέσθαι, Ol. 9. 153; et poëta diligenter distinguit artes et qualitates bonas doctrinâ acquisitas, ab animi naturalibus dotibus: hasque illis præfert. ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων, rectam et veram rationem hominum, Py. 1. 133. et 160, μῶμος, reprehensio hominum. εἴ τινα, si quemquam alium, Py. 3. 152. φάτις

(contr. pro φάτιας) Py. 3. 199, qui sunt celebres narrationes hominum. πρὸς, Py. 4. 509, apud homines. τίς, quis? Py. 9. 58. γλυκὺ τέλος ἀνθρώπων, i. e. ἀνθρωπίνων πραγμάτων, Py. 10. 15. ὑπὲρ ἀνθρώπων, supra homines, Ist. 2. 53. διὰ, Ist. 4. 64, latè per homines, per ora virûm. ἀνθρώποις, in opp. ad Διὸς, Ol. 3. 32. χάρματα, Ol. 7. 80. et 115, qui utrobique est casus tertius. ἐν, inter, apud, Ol. 8. 70. παρὰ γνώμην, Ol. 12. 14, præter opinionem. ἐν ἀνθρώποις φῦλον, Py. 3. 36, ubi reprehenduntur vani, quibus patriæ res præ externis sordent. ὄλβος παρμονώτερος, durabilior, Ne. 8. 29. σαφὲς οὐχ ἕπεται τέκμαρ, Ne. 11. 55, certus et liquidus non sequitur homines exitus rerum. οὖρος, ventus, &c. Ist. 4. 9. et 15, ἐπὶ, sc. vivos inter, de vivis. ἀνθρώπειος notat, *numerum hominum:* ἀνθρώπινος verò, *rem humanam*. e. c. ἀνθρώπειον γένος: ἀνθρωπίνη φύσις.

'Ανίον, Dor. pro ἡνίον, ου, τὸ. *habena.* in specie τὸ ἡνίον est *ferrum illud in ore equi, ad quod sunt lora.* τὰ ἡνία verò sunt *totum, omnia lora quæ ad uniendos equos, et ad regendos eos adhibentur.* vox deducta a neutro ἕν, *unum existens;* unde est ἑνόω, *unio*, et τὰ ἡνία, mutato ἑ in ἡ; quæ equos duos uniunt. ἀνία ἀντὶ ἐρετμῶν, Py. 4. 31, habenas loco remorum: quod dicitur de hominibus nauticis, deductis a mari in loca mediterranea; ubi rei equestri, loco nauticæ, operam dant. ἀνία οὐκ ἀλλοτρίαις χερσὶ νωμάσαις, Ist. 1. 19, habenas non alienis, i. e. non imperitis aut ineptis, manibus administrans, i. e. scitè et aptè tractans.

'Ανία, Dor. pro ἡνία, ας, ἡ. idem. ἀφθάρτοις, Py. 5. 43, non corruptis habenis; ubi tamen est ἀκηράτοις, morti non obnoxiis, i. e. quæ non detrimenti quid passæ sunt. νώμα, Ist. 2. 33, adhibuit habenis manum.

'Ανία, ας, ἡ. et Ion. ἀνίη, ης, ἡ. *molestia, tædium.* ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας, sine communi nostrûm utriusque molestiâ, χωρίς τινος λύπης. Py. 4. 274. ἀνίαις ὀξείαις τυπεὶς, acutis malis perculsus, Ne. 1. 81.

'Ανιαρὸς, pro quo Ionicè, ἀνιηρὸς, ὰ, ὸν. *molestus, tædii plenus.* ἀνιαραῖς ἀντικύρσαντες ζάλαις, Ol. 12. 15, in molestas et laboriosas incidentes procellas marinas, ἀλγειναῖς. ἀνιαρότατον τοῦτο, hoc molestissimum, Py. 4. 512. alibi scribi quoque in antepenultimâ per ω potest, si α penultimum positivi breve concipiatur.

'Ανίκα, Dor. pro ἡνίκα, conjunctio; *quando, cùm.* ἀνίχ' Ἡφαίστου τέχναις, Ol. 7. 65, quando Vulcani artibus, præcedente ἔνθα, 62. respondet ei τηνίκα, *tunc.*

'Ανίκατος, Dor. pro ἀνίκητος, ου, ὁ, ἡ. *invictus.* ἐξ ἀνικάτου φαρέτρας, Py. 4. 161, ex invictâ pharetrâ.

'Ανίοχος, Dor. pro ἡνίοχος, ου, ὁ. *habenas tenens et moderans; auriga.*

'Ανοίγω, *aperio.* ἀνοίγων κέλευθον ἁλὸς, aperiens viam maris, Py. 5. 118, i. e. navigationis crebræ occasionem præbens.

'Ανόμοιος, ου, ὁ, ἡ. *non similis, impar.* ἕλκεα, vulnera non similia, Ne. 8. 48.

'Ανορέα, Dor. pro ἠνορέη, ης, ἡ. *virilitas, fortitudo.* ἀνορέας οὐκ ἀμπλακὼν, a virilitate non aberrans, Ol. 8. 89. ἀνορέαις ὑποπτέροις, Py. 8. 129, alatis quasi strenuitatibus.

'Ανορούω, fut. σω. *insilio, sursum ruo.* 'Αθηναίη ἀνορούσαισα κορυφὴν κατ' ἄκραν πατέρος, sursum exsiliens ex summo capite patris, Ol. 7. 68, post-

quam Vulcanus bipenni aperuerat caput Jovis, ut nasceretur Minerva.

Ἄντα, ponitur partim ut præpositio, pro ἀντὶ cum genitivo; partim ut adverbium. notat *contra, ante.*

Ἀνταγορεύω, *contra loquor, respondeo.* ἀνταγόρευσεν, Py. 4. 278, i. e. ἀνταπεκρίθη αὐτῷ.

Ἀντάεις, Dor. pro ἀντήεις, εσσα, εν. *contrarius, adversarius, opponens se.* Py. 9. 165. cui opp. ὁ φίλος.

Ἀνταΰω, fut. ύσω. *contra sono, regero sonum.* ἀνταΰσεν οἱ, Py. 4. 350, respondit ei.

Ἀντέω, fut. ήσω. *occurro.* ὕστατος ἀντήσας, Ol. 10. 49, i. e. συγκρούσας τῷ Ἡρακλεῖ, postremus opponens se Herculi. in communi dialecto dicitur et ἀντάω.

Ἀντερείδω, fut. σω. *contra jungo et pono.* Py. 4. 65, ἐνθαρμόσας.

Ἀντέχω, fut. ἀνθέξω. *contra teneo.* it. *adhæreo.*

Ἀντὶ, præpositio. *pro, loco, contra;* et unum Germanorum *gegen* exprimit hæc omnia. regit semper genitivum. ἀντὶ, Py. 4. 31, loco. ἀντὶ μόχθων, Ist. 1. 63, pro laboribus.

Ἀντία, neutrum plur. adverbialiter. *contra.* ἀντία προτέρων φθέγξομαί σε, Ol. 1. 59, i. e. κατὰ ἐναντία ταῖς τῶν προτέρων ποιητῶν δόξαις ἐγκωμιάσω σε, contrà ac priores fecerunt, laudabo te. πατρὸς ἀντία, contra patris voluntatem, Ol. 13. 74. οὐκ ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς, Py. 4. 507, pro ἀντερίζων, et dativus regitur a verbo. ἀντία πράξει, i. e. οὐκ εὖ, Py. 8. 72, non bonâ fortunâ utetur.

Ἀντιάζω, fut. άσω et άξω. *occurro.* ὅταν θεοὶ ἀντιάζωσι, Ne. 1. 102, cum Dii in pugnâ obviam eant. ἀντιάξει, Ol. 10. 100, accedet, ἀπαντήσει.

Ἀντιάνειρα, ας, ἡ. est epitheton mulieris animosæ, quæ est quasi ἰσάνδρος, ἐξισουμένη πρὸς ἄνδρας: possit et exponi, αἱ ἐναντιούμεναι ἀνδράσιν, quæ viris obsistunt, et contra stant pugnando. sic in genere, στάσις ἀντιάνειρα, Ol. 12. 23, quando vir stat contra virum, pugna martia.

Ἀντιάω, fut. άσω. *occurro, fruor, curo. particeps sum.* cum accusativo notat ἐγγύτητα et *procurationem.* ἀντιάσαις (Doricè pro ἀντιάσας) τοίαις ὀργαῖς, Ist. 6. 21, versans et utens talibus moribus. ἔστι κόρος βαρὺς ἀντιάσαι, Ne. 10. 38, satietas auditorum difficilis est ad versandum cum eâ.

Ἀντιϐολέω, fut. ήσω. *coram accedo, occurro. obvius sum,* συναντάω. οὐκ ἀντιϐόλησε τῶν θνητὸς ἀνὴρ, non particeps horum factus est, Ol. 13. 43, non consecutus est hæc. apud Recentiores notat ἀντιϐολεῖν etiam, ἱκετεῦσαι, παρακαλεῖν, *supplicare,* quia supplices coram ad pedes se demittebant.

Ἀντίθεος, ου, ὁ, ἡ. *qui est loco Dei. similis Deo.* et solet esse titulus magnorum principum, vel valdè egregii alicujus, vel et valdè pulchri. ab ἀντὶ, *loco, pro.* recentiorum quorundam notio est ab ἀντὶ, *contra.*

Ἀντίκειμαι, *in præmium opponor.* ἀντίκειται τιμὴ ἀγαθοῖς, Ist. 7. 36, gloria et honor bonis viris in compensationem laborum reposita est.

Ἀντικύρω, fut. ύρσω. *occurro, incido.* οἱ δὲ ἀντικύρσαντες ζάλαις ἀνιηραῖς, Ol. 12. 16, qui inciderunt in molestas agitationes maris, i. e. qui infortunium habuerunt.

Ἀντίλοχος, ου, ὁ. Filius Nestoris. βιατὰς, Py. 6. 28, sed res ibi narrata accidit post res in Iliade memoratas.

Ἀντιξοέω, fut. ήσω. *contra rado, non aptè cohæreo, discrepo.* nam malè

cohærentia se invicem atterunt et absumunt. Νεμέα δὲ οὐκ ἀντιξοεῖ, non discrepat, Ol. 13. 47, i. e. ἀντίκειται.

Ἀντίος, α, ον. *contrarius, obvius.* in sensu et hostili et amico. Ζεὺς ἀντίος ἤλυθέν οἱ, obviam processit ei, Ne. 10. 149. ἀντίον τέρας, inimicum prodigium, Ol. 8. 53. ἀμεύσασθαι ἀντίους, superaturum adversarios, Py. 1. 86, obtrectatores. ὕδωρ φέρειν καπνῷ ἀντίον, aquam ferre igni adversam, Ne. 1. 35. ubi καθάπερ est omissum.

Ἀντίπαλος, ου, ὁ, ἡ. *adversarius.* μένος, γήραος ἀντίπαλον, robur, senectuti resistens, Ol. 8. 94, i. e. hilaritatem quæ recreat senem. νόῳ ἀντίπαλον, cum prudentiâ et arte contra luctantem, Ist. 5. 77. ἀντιπάλων δηριώντων, Ne. 11. 33, adversariis pugnantibus. in genere ἀντίπαλος est, *contra luctans,* sive sit contra nos, sive sit pro nobis contra hostes.

Ἀντιτείνω, *contra tendo.* ἐπιβουλίᾳ, resiste insidiis, Ne. 4. 60, obviam ito.

Ἀντίτομος, ου, ὁ, ἡ. *contra secans.* it. *auxilians;* aciem quasi suam malo alicui opponens. ἀντιτέμνω, *contra seco et tundo,* ponitur de medicis, qui radices contra morbum aliquem contundunt, et præbent; unde vides ἀντίτομον propriè notare passivè, *contra contusum medicamentum.* nam antiquissima pharmaca erant radices et herbæ, quas οἱ ῥιζοτόμοι applicabant vulneribus aut morbis. ἀντίτομα ὀδυνᾶν, auxiliantia medicamina contra dolores, Py. 4. 394, ἀλεξιφάρμακα.

Ἀντιτυχέω, *occurro, fortè obviam fio.* μάχης, Ne. 7. 62, incidentem fortè in pugnam eum.

Ἀντιφερίζω, fut. ίξω. *obviam eo violenter, æquiparo me alicui.* παρὰ σοφὸν ἀντιφερίξαι, Py. 9. 88, cum sapiente comparare me, ἐξισωθῆναι.

Ἀντιφθέγγομαι, *respondeo.*

Ἀντιφλέγω, fut. ξω. *e regione accendo.* ἡ μήνη ἀντέφλεξεν ὅλον ἑσπέρας ὀφθαλμὸν, Ol 3. 36, Luna accenderat e regione Solis totum vesperæ oculum; i. e. plenilunium erat.

Ἀντλέω, fut. ήσω. *exhaurio.* τὴν ἔμπρακτον ἄντλει μαχανὰν, Py. 3. 110, practicabilem exhauri artem, τὴν τέχνην τὴν πραχθῆναι δυνατήν· ἤ, ἣν δέον ἐστὶ πράττειν, eam penitus edisce. est proverbialis locutio. possibilem tibi exerce artem.

Ἄντλος, ου, ὁ. *locus infimus in navi,* ubi sentina (ἡ ἀντλία) confluit. *instrumentum quo exhauritur sentina* (quæ et ὁ γαῦλος dicitur) vocatur τὸ ἄντλιον. est nomen a verbo ἀντλέω *haurio;* quod est ab ἄνω τλάω *sursum tollo:* ut ergo ὁ ἄντλος a consequenti suo nomen habeat. apud alios ὁ ἄντλος in genere notat, *multæ aquæ colluviem;* imo *mare ipsum.* ἀνάπαυσιν ἄντλον ἑλεῖν. resorptionem abstulisse eam stagnationem aquarum in terrâ, Ol. 9. 79. coll. 77, ubi idem dicitur ὕδατος σθένος, quod inundaverit regionem. τιθεῖς (a τιθέω, secunda sing.) ponis, numeras, æstimas, ὕβριν ἐν ἄντλῳ, Py. 8. 14, proverbialiter: nam quia in sentinæ loco confluit res odiosa et abjicienda et sordida; hinc ἐν ἄντλῳ τιθέναι est, abjectissimum et maximè abjiciendum censere aliquid. idem dicitur τὸ ἄντλον, i. e. τὸ ἀπὸ τοῦ κλύδωνος εἰσερχόμενον ὕδωρ εἰς τὴν ναῦν, ὃ ἐξαντλοῦσιν οἱ ναῦται.

Ἄντρον, ου, τό. *specus, caverna.* Ἰδαῖον, Ol. 5. 43, ubi in Cretâ educatus est Jupiter a Curetibus. Κιλίκιον πολυώνυμον, Py. 1. 32, in quo habitavit Typhos. ἄντρον ἔναιεν ὁ Χείρων, Py. 3. 111. de ejusdem σεμνῷ ἄντρῳ est Py. 9. 48—51, ubi varia

cubicula excavata erant et quasi conclavia multa. et Ist.8.89, *ἄφθιτον*, non corruptibile, nam erat in saxo. et de eodem antro, *ἄντροθι νέομαι*, Py.4.181, ex antro Chironis redeo.

Ἄντω, et **ἄντομαι**, *occurro, obviam eo*; amicè vel hostiliter. *φόρμιγγος ἀντόμενος*, Py.2.130, converso ad citharam vultu obvians ei.

Ἀνύω, fut. *ύσω*. *finio, conficio, perficio*. est ortum ex *ἄνω*, et magis in communi usu. *θεὸς τέκμαρ ἀνύεται*, activè in medio, pro *ἀνύει*, Py. 2. 90, Deus exitum perficit.

Ἄνω. imperf. *ἦνον*. *finio, perficio*. *ἄνυεται* (ob metrum, pro *ἄνεται*) *πρὸς χάριν εὐσεβέων*, Ol. 8. 10, perficitur ad gratiam piorum, sc. *τὸ* interrogare Jovem. potest et esse gnome generalis: efficitur aliquid precibus piorum. S. Jacobi 5. 16.

Ἄνω. adv. factum ex *ἀνά*. *sursum, supra*. *ἄνω* et *κάτω* sunt opposita, ut Ol. 12. 7.

Ἀνωδυνία, ας, ἡ. *indolentia, vacuitas a dolore*. *ἀνωδυνίας γυιαρκέος τέκτονα*, Py. 3. 11, membris sufficientis indolentiæ (i. e. sanitatis corporis) artificem. et sic vocat Æsculapium.

Ἀνώνυμος, ου, ὁ, ἡ. *sine nomine; sine celebratione nominis; cujus nomen non est celebre*. *γῆρας*, Ol. 1. 132, i. e. *ἄδοξον, τὸ ἐν ἀπραξίᾳ καὶ ἀκλεὲς ὑπάρχον*.

Ἄξεινος, ου, ὁ. sic Pontus, postea *Εὔξεινος*, olim vocabatur, *διὰ τὸ δυσχείμερον, καὶ τὴν τῶν ἐποίκων ἀγριότητα*, antequam eæ gentes domarentur a politioribus. Py. 4. 362, sc. *πόντου*.

Ἀξία, ας, ἡ. *dignitas, majestas, virtus*. *ἤθελον κείνου πείθεσθαι ἀξίαις*, Ne 8.18, volebant voluntarii parere majestati ejus.

Ἄξιος, α, ον. *dignus*. ponitur de pretio alicujus rei, *quanto quid in pretio ducatur*. Atticis *τὸ ἄξιον* etiam est *τὸ εὔωνον*, *quod quis facile ad se ducere vel agere emptum potest, vile*. *ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι*, Ist.3.5, dignus præconiis civium immisceri.

Ἀξιόω, fut. *ώσω*. *dignor, dignum habeo vel facio*. *ἀξιωθείην κεν, μὴ κρύπτειν φάος ὀμμάτων*, Ne. 10. 73, dignum sane me putarem, non occultare lumen oculorum meorum, i. e. cum alacritate quemvis intueri.

Ἀοιδὰ, Dor. pro *ἀοιδή, ῆς, ἡ*. *cantus, λόγος μεμελισμένος*. sæpè autem *ars poëtica κατ' ἐξοχὴν*, et *Musica* in genere, sic vocatur. *γλυκεῖα ἀοιδά*, Ne. 5. 5, est vocativus. *θεσπεσία ἐπέων ἀοιδά*, Ne. 9. 17, divina cantio carminum. *ὑπὸ ἀοιδᾶς*, Ol. 4. 4, ubi *ὑπὸ* est pro *μετά*. *ἀοιδᾶς ἄτερ*, Ol. 10. 109, sine celebratione, si egregia facta non celebrantur. *ἐν ἀοιδᾷ νέων*, Py. 5.138, in cantione juvenum, i.e. *ἐν τῷ χορῷ καὶ τῇ τούτου ἀοιδῇ*. *ἀοιδᾷ κιρνάμεν*, Ist.5.30, cantui immiscere. *θεύμοροι ἀοιδαὶ*, Ol. 3. 18, a Deo data carmina, i. e. cantica propter victorias a Deo datas. *οὐκ ἐπέρναντο ποτὶ* (*πρὸς*) *Τερψιχόρας* (non vendebantur a Terpsichore, præside Lyricorum) *ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα*, Ist. 2. 11--14, ubi velut personæ describuntur, quibus facies est argentata, i. e. quibus argenti amor ex facie apparet. *τὸν οὔτε θανόντα ἀοιδαὶ ἔλιπον*, Ist. 8. 124, hunc ne mortuum quidem destituerunt carmina et celebrationes. *ἀοιδᾶν ἀγαφθέγκτων κρατὴρ, ἀοιδός*, Ol. 6 155, sic vocatur poëta per metaphoram audacem. *κρηπῖδα ἀοιδᾶν ἵπποις βαλέσθαι*, Py. 7.3, fundamentum carminum equis ut jaciatur, i. e. victoriæ equestri. *μαλεραῖς ἐπιφλέγων πόλιν*, Ol. 9. 34, i. e. *ὕμνοις ἐνδήλοις καταυγάζων*.

'Αοίδιμος, ου, ὁ, ἡ. *celeber, de quo canitur et dicitur.* et est vox media, quæ et indicare potest τὸν ἐν ᾠδαῖς φερόμενον ταῖς ἐπὶ δυσκλείᾳ. in Pindaro est in bono sensu, καὶ ἐπὶ ἐπαίνου. Py. 8. 85, ὀμφαλὸν ἀοίδιμον, i. e. Delphos. πόμα ἀοίδιμον, Ne. 3. 136, potum cantabilem, i. e. hymnum dulcem, propinatum et transmissum, dulcem accipienti, velut vinum nectareum. βασίλειαι, Ol. 14. 3, celebres reginæ.

'Αοιδὸς, ου, ὁ. *qui canit, qui multa et recondita novit; poëta musicus.* ἀοιδὸς circumscribitur eximiè, Ol. 6. 153--155. πείθονται ἀοιδοὶ σήμασι τεοῖς, ὦ φόρμιγξ, Py. 1. 5, obtemperant concentores signis tuis, O cithara. et 183, καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς, per oratores et per poëtas; est ergo ibi casus sextus. ἀοιδοὶ καὶ λόγιοι, Ne. 6. 51, poëtæ et oratores; coll. 56, 57, ubi quoque hi ἀοιδοὶ egregiè circumscribuntur. habet et gradus comparationis, ἀοιδότερος, ἀοιδότατος. Theocr. Id. 12. 7, ἡ ἀηδὼν συμπάντων ἀοιδοτάτη πετεηνῶν. ut appareat, esse nomen adjectivum.

'Απαγγέλλω, fut. ελῶ. est sæpè idem quod εἰπεῖν, *indicare, narrare.* ἀπαγγελεῖ νίκην, Py. 6. 18, sc. ὁ θησαυρὸς ὕμνων.

'Απάγω, fut. άξω. *abduco.* εἶπε δὲ ἐν μέσσοις, ἀπάγεσθαι, dixit in medio eorum, abducere eam, Py. 9. 211, ut abduceret eam sponsam, ut domum suam deduceret eam. κοῖται ἐννύχιοι ἀπάγον (ἀπῆγον) αὐτὴν, abduxerunt eam, a recto et bono, concubitus nocturni, Py. 11. 39.

"Απαδις, ιος, ἡ. *mens, cognitio,* διάνοια. videtur esse ab ἀπειδέναι vel ἀπιδεῖν, *longè scire, longè prospicere.* κόρος ἀμβλύνει ταχείας ἀπάδις (pro ἀπάδιας,) satietas (audiendi,) hebetat celeres mentes (auditorum,) Py. 1. 161.

'Απαθὴς, έος, ὁ, ἡ. *qui nihil mali patitur et fert.* ἀπαθὴς αὐτὸς πρὸς ἀστῶν, ipse quoque nihil mali patiens a civibus suis, Py. 4. 530.

'Απάλαιστος, ου, ὁ, ἡ. *non luctando superabilis, cui adversari nemo potest.* ἀπάλαιστος ἐν λόγῳ ἕλκειν, Ne. 4. 153, ubi ἐν λόγῳ pertinet ad ἕλκειν, i. e. ψυχαγωγεῖν, animos trahit captos verbis suis.

'Απαλάλκω, *fortiter defenso et opitulor, arceo.* νόσους, morbos arceat, Ol. 8. 112.

'Απάλαμνος, ου, ὁ, ἡ. *sine ope et auxilio,* μὴ ἔχων παλαμᾶσθαι τι, ἄπειρος. in malo sensu est Ol. 2. 105, ἐνθάδε (hìc, in hâc vitâ sub sole) ἀπάλαμνοι φρένες, mentes intractabiles et indomitæ, ἀδιόρθωτοι, βίαιοι, πονηροί. et nonnunquam hoc adjectivum cum α intensivo compositum concipi potest, quando manus sunt nimiæ, et nimis latè porrigunt se.

'Απάλαμος, ου, ὁ, ἡ. idem. ἔχει ἀπάλαμον βίον, habet vitam exercitam laboribus, in quibus nemo ei opitulari potest, Ol. 1. 95, vitam miseram; περὶ οὗ οὐδεὶς δύναται αὐτῷ κατὰ χεῖρα ἐπαγαγεῖν βοήθειαν ἀμήχανον, πρὸς ὃν οὐκ ἔστι μηχανήσασθαί τι.

'Απαμβλύνω, *retundo, retardo, reprimo.* κόρος ἀπαμβλύνει αἰανὴς ταχείας ἀπάδις, satietas (audiendi multa et nimia) obtundit et hebetat ingrata celeres mentes, Py. 1. 160, nimiâ satietate tardatur auditor vel promtissimus.

'Απαναίνομαι, *nego, recuso.* ἀπανάνατο (Dor. pro ἀπηνήνατο) νύμφην, recusavit sponsam, Ne. 5. 60. nam Dores et Iota subscribendum omittunt sæpè.

Ἀπάοϱος, ου, ὁ, ἡ. *sejunctus, remotus.* scribitur et ἀπήοϱος. ἐχθϱῶν ἀπάοϱοι, Py. 8. 124, ab inimicis semoventes se, ne ab iis derideantur.

Ἀπάϱχω, et ἀπάϱχομαι, ξομαι. *initium capio, primitias decerpo.* ἔνθα Τεῦκϱος ἀπάϱχει (in formâ activâ) Ne. 4. 76, primitias habet, initium habet: pro quo quidem alii legunt ὑπάϱχει, auctor regni conditi est; sed acutiores tamen defendunt ibi τὸ ἀπάϱχειν, *primitias habere et decerpere:* quod et multò est aptius, nam princeps simul est sacerdos.

Ἅπας, ασα, αν. *omnis, totus.* notat paullo plus quam simplex πᾶς, cum α copulativo nimirum compositum: *omninò omnis junctim.* ἅπας κίνδυνος, Ne. 8. 35, totum periculum est. ἐν κϱάτει, Ol. 10. 97, in omni victoriâ. ἅπαν κϱάτιστον τὸ φυῇ, Ol. 9. 152, omne quod a naturâ est, optimum est. ἔϱγον εὑϱόντος, Ol. 13. 24. omne inventoris opus est. νῶτον, Py. 1. 55, totum dorsum. sic et Py. 4. 147, Χάϱις ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα βϱοτοῖς, Ol. 1. 48, Gratia facit omnia suavia.

Ἀπάτα, Dor. pro ἀπάτη, ης, ἡ. *fraus, deceptio.* οὐκ ἀπάταις θυμὸν τέϱπεται ἔνδοθεν, Py. 2. 136, non dolis in animo suo oblectatur.

Ἀπαύϱαω et έω. fut. ησω. *aufero.* est Æolicè factum verbum ab ἀφαιϱέω, mutato iota in υ, et abjecto spiritu aspero. regit accusativum duplicem; sed et genitivum personæ cum accusativo rei; genitivo pendente a præpositione ἀπό. ἀγϱοὺς, οὓς, ἀπούϱας ἡμετέϱων τοκέων, νέμεαι, Py. 4. 265, i. e. ἀφελόμενος τῶν τοκέων. quæritur, an ἀπούϱας sit Ionicè part. aor. 1. pro ἀπαυϱήσας; an ab ἀφοϱίζω, *separo,* sit pro ἀφοϱίσας, Ion. et per syncopen? prius est sine dubio verius.

Ἄπειμι, *absum.* τῶν οὐκ ἀπεόντι, sc. ὁ Ἀϱιστοκλείδης, Ne. 3. 132, a quibus non abest. ἀπεόντων ἤϱατο, Py. 3. 34, amavit absentia.

Ἀπείϱατος, Dor. pro ἀπείϱητος, ου, ὁ, ἡ. *qui non experitur, qui non tentat et conatur.* ἀπείϱατον καλῶν, imperitum honestorum, Ol. 11. 18. ἀλλοδαπῶν οὐκ ἀπείϱατοι δόμοι, Ne. 1. 33, hospitum peregrinorum non imperitæ aut intentatæ ædes sunt. κουφότεϱαι ἀπειϱάτων φϱένες, animi inexpertorum leviores et inconstantiores sunt, Ol. 8. 80. τῶν ἀπειϱάτων ἄγνωστοι σιωπαὶ, Ist. 4. 50, eorum qui nihil conantur, de iis siletur, nihilque notitiæ aliorum mandatur.

Ἀπείϱατος, ου, ὁ, ἡ. cujus termini non sunt definiendi. βατίᾳ ἐν ἀπειϱάτῳ, in rubo immensâ, Ol. 6. 90, i. e. ἐν δϱυμῷ μεγάλῳ.

Ἀπείϱαντος, et ἀπέϱαντος, *infinitus, immensus.* ἀλκῆς, Py. 9. 61, roboris immensi. πεδίον ἀπέϱαντον, infinitus campus, Ne. 8. 64.

Ἀπειϱομάχας, Dor. pro —ης, ου, ὁ, ἡ. *inexpertus belli,* non peritus rerum bellicarum et certaminum, Ne. 4. 49.

Ἄπειϱος, pro quo Ionicè ἤπειϱος, ου, ὁ, ἡ. est epitheton τῆς γῆς, quando nullo mari circumdatur et separatur ab aliâ terrâ; in opposito ad insulas, quæ terminantur mari. *terra continens, non terminata mari.* deinde in genere *terra,* in opposito ad *aquam.* est ergo adjectivum, ellipticè pro substantivo poni solitum. ἠπείϱου ῥίζαν τϱίταν, terræ universæ continentis tertiam radicem, i. e. partem, Py. 9. 14. conf. ῥίζα. antiquissimi duas tantum orbis habitati partes noverunt: Asiam, cui regiones circa Nilum adnumerabant; et Europam. κείναν εὑϱεῖαν, i. e. τὴν Λιβύαν, Py. 4. 85.

Ἄπειρος, ου, ὁ, ἡ. *qui periculum non fecit, imperitus, ignarus.* Ist. 8. 153, ἥβαν ἄπειρον καλῶν, juventutem pulchra facinora non tentantem facere.

Ἀπείρων, ονος, ὁ, ἡ. *interminatus, infinitus: cujus terminus definiri certò nequit.* ponitur de spatio et de numero. τὰν δόξαν, Py. 2. 117, immensam gloriam. idem dicitur et ὁ, ἡ, ἄπειρος.

Ἄπεπλος, ου, ὁ, ἡ. *sine indusio.* Ne. 1. 74, ubi sermo est de Alcmenâ, noctu e lecto prosiliente, cum audiret ex clamore suarum ancillarum, esse angues ingentes ad cunas Herculis. antiquissimi enim nudi cubare solebant.

Ἀπεράντος, vid. supr. ἀπείραντος.

Ἀπέχθομαι, *sum odio, odio habeor.* γῆρας ἀπεχθόμενον, senectutem odiosam et invisam, Ne. 10. 156.

Ἀπέχω, fut. ἀφέξω. *abstineo.* it. *dirimo, distineo.* οὐκ ἀπεῖχον δίφρον πανηγυρίων, non abstinebant currum suum a conventibus celebribus, i.e. a certaminibus curulibus solennibus, Ist. 4. 47. ἀπέχων ψόγον, Ne. 7. 89, submovens vituperium, i.e. neminem vituperans ego. πάμπαν ἀπέχειν ψυχὰν ἀδίκων, Ol. 2. 125, i.e. ἀπὸ καὶ μακρὰν ἔχειν.

Ἀπήμαντος, ου, ὁ, ἡ. *illæsus, sine calamitate aut detrimento.* ἄγων ἀπήμαντον βίοτον, damnorum et malorum expertem vitam adducens, Ol. 8. 115, ubi ἄγων est Atticè pro ἄγουσα, sc. ἡ Νέμεσις.

Ἀπήμων, ονος, ὁ, ἡ. idem. ἀπήμων et activè notat, *malo non afficiens, sed amicus et utilis.* ἀπήμων εἴη θεὸς, propitius sit Deus, Py. 10. 33. καρδία ἀπήμων, Ne. 1. 83, i.e. ἀβλαβὴς, ἄλυπος, doloris expers cor.

Ἀπήνη, ης, ἡ. *vehiculum, plaustrum;* et trahitur ab equis vel mulis; ἅρμα, τὸ, autem, est solorum equorum. ἀπήνη ad onera portanda adhibetur; ἅρμα est hominum proficiscentium aut pugnantium. et quia ἀπήνη mulis aut bubus loco equorum poterat jungi; hinc et ἀπήνη notat *currum mulis junctum,* si vel ad solos homines vehendos adhiberetur. Sic in Pindaro est ἀπήνη, quâ certabatur cursu, ἡμιόνοις ζευχθεῖσα, Ol. 5. inscr. et Py. 4. 167, ubi rex vehitur ἀνὰ ἡμιόνοις ξεστῇ τε ἀπήνῃ, nam mulorum multus usus apud vetustos. ex primo loco autem patet, etiam mulis fuisse nonnunquam certatum.

Ἀπιθέω, fut. ήσω. *non patior persuaderi mihi; non obtempero; non pareo.* οὐδ' ἀπιθησέν νιν, i. e. αὐτῷ, neque immorigerus fuit ei, Py. 4. 63. recentiores scribunt hoc verbum etiam ἀπειθέω, ab ἀπειθής.

Ἄπιστος, ου, ὁ, ἡ. *incertus, infidus.* it. *non credibilis.* it. *incredulus.* ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν εἶναι, incredibile fecit credibile, Ol. 1. 51. ἄπιστον φαίνεται, incredibile videtur, Py. 10. 78. ἄπιστον εἶπα, incredibile dixi, Ne. 9. 78.

Ἄπλατος, Dor. pro ἄπλητος, ου, ὁ, ἡ. *cui appropinquare impunè nemo potest: ingens sic ut nihil magnitudine aut multitudine ad eam rem accedat aut propinquet.* ἀπλάτου πυρὸς, Py. 1. 40, ignis cui πελᾶσθαι ἢ πλάζεσθαι tutum non est, ingentis: et sermo est de ignibus Ætnæis. κεφαλαῖς, Py. 12. 16, ubi sermo est de capitibus Gorgonum, serpentibus circa obsitis, quæ nemo impunè ex propinquo aspexit: inaccessis.

Ἄπλετος, ου, ὁ, ἡ. notat idem; estque per syncopen factum ex ἀπέλαστος, extruso sigma, ἀπέλατος,

a πιλάζω. et in syncope factâ retinetur ι loco α. μαρτύρια ἀπλέτου δόξης, Ist. 4. 17, testimonia gloriæ, ad quam appropinquare non cuivis est datum: ut α privativum difficultatem et paucitatem appropinquantium innuat.

'Απλόος, όη, όον. *simplex, qui unus tantum est.* notat et animum simplicem et apertum, sine dolo aut simulatione. κελεύθοις ἁπλόαις ζωῆς ἐφαπτοίμην, Ne. 8. 61, utinam vitam teneam viis simplicibus et rectis, non pravis.

'Απὸ, præpositio, regens genitivum. variè pro contextu reddenda. in genere est *a, ex, de.* ἀπὸ ἀγώνων, ex certaminibus, Ol. 8. 101. αἰθέρος ἀπὸ κόλπων, Ol. 13. 125, ex sinibus et recessibus ætheris. ἀπὸ γενύων, a maxillis, i.e. ex ore, Py. 4. 400. ἀπὸ Τληπολέμου, ab illo descendentibus, Ol. 7. 37. Νηρηΐδων, Ne. 5. 14, coll. 12, ubi apparet diff. inter ἀπὸ et ἐκ; nam ἀπὸ maternum genus designat, ἐκ paternum. χρυσοῦ, Py. 12. 29, ex auro natum esse. ναῶν, sc. ἔπαθον, a navibus Hieronis, Py. 1. 144. ἀπ' ἀρχῆς, ab initio continuè, Py. 8. 34. ἀπὸ χειρὸς ἀφνεᾶς ἑλὼν, Ol. 7. 2, a manu divite accipiens, i. e. ab opulento aliquo. ἀμηχανίας, Ol. 5. 32, ex difficultate. χρήσιος, Ol. 13. 108, ex oraculo: sic Romani suum *ab* ponunt, e. c. "ab eodem prodigio," Livius 1. 34. ἀπὸ μήτιος, Ne. 3. 15, ex solertiâ et inventione. ἀπὸ avulsum a suo verbo, Ol. 1. 21. --2. 125.--9. 54.--13. 82. Py. 1. 160. --4. 119, 412. Ist. 7. 43. ἄπο postpositum, Ol. 3. 17. pro ἀφ' ἧς, Πίσης, Py. 4. 517, i.e. μακρὰν χωρισθείς. sic et Ol. 2. 125, pro ἄπο καὶ μακρὰν ἔχειν.

'Αποβλέπω, fut. ψω. *visum dirigo aliquò.* it. *visum deflecto ab aliquo.* σύνεσις οὐκ ἀποβλέπει αὐτὸν, prudentia non negligit eum, et vultum ab eo deflectit, Ne. 7. 88.

'Αποδάζομαι, fut. άσομαι. *tribuo ut partem.*

'Αποδαμέω, Dor. pro ἀποδημέω, fut. ήσω. *peregrè absum, peregrè abeo, exulo.* Py. 10. 57, Μοῦσα, nón exulat.

'Απόδαμος, Dor. pro ἀπόδημος, ου, ὁ, ἡ. *absens a populo suo.*

'Αποδείκνυμι, *pro certo ostendo.* ἀρετὰς, Ne. 6. 80, προδεικνύω, ante ostendo.

'Αποδίδωμι, fut. δώσω. *reddo.* et ponitur propriè ἐπὶ τῶν χρεωστικῶς διδομένων, si quid redditur ex debito, non ex gratiâ. ἀποδώσω αὐτὸν Μούσαις, Py. 4. 119, tradam eum Musis, i. e. accuratè eum canam, ἀνυμνήσω αὐτὸν τὸν νενικηκότα. ἀπέδωκε τὸ μόρσιμον, Ne. 7. 64, sc. ὁ Νεοπτόλεμος, quod fatale ei fuit, persolvit.

'Αποδρέπω, fut. ψω. *decerpo.* δρέπων ἀπὸ (pro ἀποδρέπων) κορυφὰς ἀρετᾶν, Ol. 1. 20, conf. ἀρετή. Atticus, medii amans, diceret ἀποδρεπόμενος, decerpens sibi. ἥβας καρπὸν ἀποδρέψαι ἔθελον, Py. 9. 193, collato 63, 64, ætatis primæ florem carpere volebam, i. e. connubio jungi cum eâ.

'Αποείργω, *separo, discrimino.* Ol. 13. 83, i. e. ἀποκωλύοντες, repellentes.

'Αποθνήσκω, idem quod simplex θνήσκω, nisi quod ἀπὸ moram aliquam in actu moriendi innuit. γενεᾷ κλέος αὔξων (generi suo famam augens,) ζώων τε ἀπὸ καὶ θανὼν, pro, καὶ ἀποθανὼν, vivus pariter ac mortuus, Ist. 7. 43. ἀποθανοῖσα, (Dor. pro —ουσα,) Semele, Ol. 2. 45.

'Αποίητος, ου, ὁ, ἡ. *infectus.*

'Αποικέω, fut. ήσω. ἐς Καλλίστην ἀπῴ-

κησαν, in insulam Callistam, quæ postea Thera dicta est, statuerunt habitationem, Py. 4. 460, migrârunt.

ʼΑποικία, ας, ἡ. *colonia.* ἀποικίᾳ εὐάνορι Πέλοπος, Ol. 1. 38, generosâ coloniâ Pelopis, i. e. in Peloponneso. ἀποικίαν Δωρίδα, Ist. 7. 18, transmigrationem Doricam Heraclidarum in Peloponnesum.

ʼΑποινον, ου, τὸ. propriè est, λύτρον ἐκ φόνου, *pretium redemtionis a cæde, datum ne occidamur.* deinde in genere, quodvis λύτρον ex malo aliquo, e.c. ex captivitate. est quasi ἄφοινον. πυγμῆς ἄποινα, remunerationes et munera honorifica ob pugilatum, Ol. 7. 30, ubi hymnos sic vocat victori cantatos. ἀρετῆς, præmia virtutis, Py. 2. 26. ἔργων εὐκλέων, Ist. 3. 11, præmia gloriosorum operum, sc. sunt. νίκης, Ist. 8. 6, ubi ergo generalem notionem *præmii* et *remunerationis* habet.

ʼΑποινόω, fut. ώσω. *præmio condigno et remuneratione aptâ afficio.* a τὸ ἄποινον, *retributio* in genere. δαίμων ἀποινώσας, deus retributione meritâ afficiens, Ne. 5. 29, ulciscens.

ʼΑποίχομαι, *abeo, absum.* ἀποιχόμενον, vitâ functum, Py. 3. 4. ἀποιχομένων ἀνδρῶν, defunctorum, Ne. 6. 50. Py. 1. 181.

ʼΑπόκειμαι, *longè repositus et dissitus sum.* προμηθείας ἀπόκεινται ῥοαὶ, Ne. 11. 61, i. e. homines nolunt ante factum deliberare, putantque eam deliberationem longè esse petendam; et tamen opportunitas deliberandi celeriter quasi flumen præterlabitur.

ʼΑπόκλαρος, Dor. pro ἀπόκληρος, ου, ὁ, ἡ. *exsors, expers.* οὔ τις ἀπόκλαρος πόνων, Py. 5. 71, laborum et miseriæ nemo exsors est, quisque suam habet portionem ejus.

ʼΑπολείπω, fut. ψω. *relinquo.* ἀπολιπὼν ψυχὴν, amittens vitam, Py. 3. 180.

ʼΑπόλεμος, ου, ὁ, ἡ. *non pugnans, vacans a pugnando.* ἀπόλεμον εὐνομίαν, in statum ubi non pugnatur, sed bonæ leges vigent, Py. 5. 89, εἰς ἀστασίαστον δικαιοσύνην.

ʼΑπόλλων, ωνος, ὁ. Apollo. τέχναις, dolis, Py. 3. 20. κράνη, ad Cyrenen fontem; (conf. Justin. 13. 7.) Py. 4. 523. ὑπὸ ʼΑπόλλωνι, Ol. 6. 57, qui pater fuit Iami ex Evadne. hinc est adjectivum ʼΑπολλώνιος, α, ον. ἄθυρμα, i. e. ἡ χορεία, Py. 5. 29. ʼΑπολλωνίᾳ ἐν νάπῃ, Py. 6. 9, i. e. in planitie ad Delphos. ἡ ʼΑπολλωνιὰς, ᾠδὸς, Ist. 1. 6, Apollinaris, adjectivè.

ʼΑπομνύω, *do jusjurandum,* sive id sit pro negativâ, sive pro affirmativâ; prius tamen propriè. ἀπομνύω, Ne. 7. 103, sequente μὴ, non me id fecisse.

ʼΑπονέμω, *expromo, per partes expono, cum discretione pono.* ταῦτα ἀπόνειμον, hæc expone distinctè, Ist. 2. 68, non confusè.

ʼΑπενείκω, *defero, deporto.* ἐπεί σφιν ἀπένεικε γλῶτταν ὑπερποντίαν, Py. 5. 78, postquam ad eos attulit linguam transmarinam.

ʼΑπονος, ου, ὁ, ἡ. *sine labore et molestiâ.* ἄπονον χάρμα ἔλαβον παῦροι, laborum et molestiæ expers gaudium nacti sunt pauci, Ol. 10. 26. ἀπονέστερον βίοτον, minus laboriosam vitam, Ol. 2. 111.

ʼΑπονοστέω, fut. ήσω. *redeo ex aliquo loco.*

ʼΑποπέμπω, fut. ψω. *dimitto,* propriè, *dato comitatu.* ἀποπέμπων Αἰακὸν δεῦρο, Ol. 8. 66, deducens et comitans eum huc.

ʼΑποπλέω, fut. εύσω. *navibus abeo ab loco.*

'Αποπνέω, (Ionicè είω,) fut. εύσω. *exhalo, emitto spiritum.* ἔπος ἀπέπνευσε στόματος, Medea verbum emisit ex ore, Py. 4. 18, locuta est. χρόνος ψυχὰς ἀπέπνευσεν μελέων, diuturnitas exspirare fecit animas ex membris, Ne. 1. 70. ἀπέπνευσας ἡλικίαν, Ist. 7. 48, exspirâsti juvenilem ætatem, i. e. juvenis mortuus es.

'Απορία, ας, ἡ. *hæsitatio, difficultas in procedendo.* ἀπορία τελέθει, defectus progrediendi ulterius est, Ne. 7. 154.

"Απορος, ου, ὁ, ἡ. de fluvio, si in fluxu suo impeditur. deinde metaphoricè, de rebus quæ non procedunt, quas moliri non possumus: ἀδύνατος, *hærens, hæsitans, viribus nostris majus vel impeditius.* neutrum ponitur adverbialiter ἄπορον, valdè difficile est, Ol. 10. 47. ἄπορά μοι, Ol. 1. 82, ubi pluralis pro singulari. εὔπορος, ὁ, ἡ. *copiosus, largus, facilitatem habens procedendi.*

'Απορρήσσω, *abrumpo.*

'Απορρίπτω, fut. ψω. *abjicio.* χαμαιπετὲς ἔπος οὐκ ἀπέρριψεν αὐτοῦ, sc. υἱοῦ ὁ Νέστωρ, Py. 6. 37, irritum verbum non projecit aberrans a filio, i. e. non frustrà inclamavit eum: ubi ἀπορίπτειν est, sic conjicere ut ab eo aberret scopo ad quem nitebamur. ἀπόρριψόν μοι λόγον τοῦτον, στόμα, abjice mihi, O os, sermonem talem, Ol. 9. 55, i.e. ne loquere talia. ἀπόρριψας εἶμα, abjiciens vestem, Py. 4. 413.

'Αποσκίμπτομαι, *infigor ad firmandum id a quo pendeo.* ἀγαθαί, ἐκ νηὸς ἀποσκίμφθαι, δύο ἄγκυραι, Ol. 6. 172, duæ ancoræ sunt bonæ, pendere eas ex navi, ἐπερείδεσθαι, infigendæ ex navi in terram.

'Αποσπάω, *avello.* ποίας ἀποσπασθεῖσα φύτλης, a quânam stirpe avulsa est illa virgo quasi; i. e. a quibus parentibus prognata est, Py. 9. 59; et est metaphora surculi, qui avellitur ut inseratur alibi; vel traducis.

'Αποστάζω, fut. ξω. *destillo.* τερπνὰν ἀποστάζων χάριν, Ist. 4. 124, jucundam destillans gratiam.

'Αποσυλάω, fut. ήσω. *spolio, deprædor.* πεύθομαι γὰρ, αὐτὸν αὐτὸ ἀποσυλᾶσαι βιαίως ἁμετέρων τοκέων, Py. 4. 196, audio enim, eum id (sc. imperatoriam et principalem dignitatem,) eripuisse violenter parentibus meis.

'Αποτίθημι, *depono, repono.* ἀπεθήκατο, Ol. 8. 90, reposuit. ἀποθέσθαι νεῖκος κρεσσόνων, Ol. 10. 47, amoliri contentionem potentiorum.

'Αποτρέπω, *averto.* ἀπότρεπε πρὸς χέρσον ἔντεα νηὸς, verte versus continentem instrumenta navis, Ne. 4. 113, i. e. remos et vela.

'Απότροπος, ου, ὁ, ἡ. *versus in diversum, remotus, semotus, aversus.* notat et activè, *avertens, averruncans:* etiam moraliter, *improbus, infaustus:* sed ista sunt recentiorum. ἀποτρόπῳ γνώμῃ, Py. 8. 133, mente infaustâ et stultâ.

'Αποφαίνω, fut. ανῶ, *ostendo, designo.* ἀπεφήνατο πυγμαχία τὸν οἶκον ταμίαν στεφάνων, Ne. 6. 43, pugilatus insignem fecit hanc domum velut reconditricem coronarum victorialium. notat et, *demonstro.*

'Αποφεύγω, *effugio;* etiam, *procul fugere facio.* in specie, *fugio damnationem.* ἀπέφυγεν ὕβριν, evitat insolentiam, eamque procul a se abigit, Py. 11. 86. hinc est ἡ ἀπόφευξις et ἀπόφυξις, si quis condemnationem effugit. Arist. Nub. 872.

'Αποφλαυρίζω, fut. ίσω et ίξω. *contemno, nihili facio.* ἀποφλαυρίξαισα μιν, Py. 3. 23, i.e. ἀποσκυβαλίσασα, abjiciens et pro vili respuens eum. Dor. pro —ίσασα.

Ἄπρηκτος, *ου, ὁ, ἡ. qui nihil efficit et lucratur. qui ad eventum bonum nullum pervenit.* παυσάμενοι ἀπρήκτων κακῶν, Ist. 8. 17, liberati ab inutilibus et nihil lucrantibus curis.

Ἀπρόσικτος, *ου, ὁ, ἡ. ad quem accedere non licet, quod consequi nemo potest.* ἐρώτων, Ne. 11. 63, i.e. ἀμηχάνων, ὧν οὐκ ἔστι θίγειν, ad quos amores non possumus προσίκεσθαι.

Ἀπροσόρατος, *ου, ὁ, ἡ. quod perspici non potest; quod quis non libenter aspicit.* αὐτοὶ ἀπροσόρατον ὀκχέοντι πόνον, Ol. 2. 121, illi, mali, ferunt laborem immensum, et cujus finis oculis non est metiendus.

Ἅπτομαι, *jungo me, tango: capio, comprehendo.* regit plerumque genitivum; sed tamen et accusativum et dativum. ἅπτομαι γουνάτων, tango genua; Ne. 8. 24. ἅπτεται στηλᾶν Ἡρακλέος, Ol. 3. 78, attingit columnas Herculis, i.e. ad summum pervenit virtute. οὐ ψευδέων ἅπτεται, Py. 3. 53, nihil conjuncti habet cum mendaciis, mendacia non tangunt eum: et videtur verbum passivè positum. ἁπτόμεσθα ἀγλαΐαις, Py. 10. 44, attingimus splendores; ubi cum dativo. sic, ἅπτονται στήλαις Ἡρακλείαις, Ist. 4. 20, proverbialis locutio, paulo ante ex Ol. 3. citata, i. e. inclaruerunt usque ad extremos orbis fines, pervenerunt ad summum gradum. ἀοιδαὶ θέλξαν νιν ἁπτόμεναι, Ne. 4. 5, adjungentes et consociantes se ei.

Ἅπτω. *accendo.* ἅψαι πυρσὸν ὕμνων, Ist. 4. 74, accendere facem hymnorum.

Ἀπτὼς, *ῶτος, ὁ, ἡ. non cadens, non procidens.* ὀξυρεπεῖ δόλῳ ἀπτῶτι, Ol. 9. 139, celeri dolo et non labente nec cadente; i. e. ipse non cadens in celerrimo et artificioso cursu.

Ἄπυρος, *ου, ὁ, ἡ. ignem non expertus.* ἱεροῖς, Ol. 7. 88, sacrificiis sine igne factis.

Ἀπύω, et Ionicè ἠπύω, fut. ύσω. *clamo, loquor clarè et palam.* σὲ παρθένος ἀπύει, te virgo celebrat sonorâ voce, Py. 2. 36. μὲ ἀπύει Πυθὼ, Py. 10. 7, ille locus inclamat me, sc. ut prædicem de se. ἄπυεν (pro ἤπυεν) αὐτὸν, Ol. 1. 116, i.e. εὔξατο αὐτῷ. ἀπύων ἐν αὐλοῖς, Ol. 5. 45, i. e. ᾄδων. ἀπύειν Φοῖβον, Py. 5. 140, resonare Apollinem et celebrare, ἀνυμνεῖν.

Ἄρα, conjunctio. *igitur, tandem.* variè vult exponi, pro contextu. ὣς ἄρα μήνυε, sic igitur indicabat, Ol. 6. 87.—8. 61, pro δή. 10. 64, et 70, ut Germanorum *denn* expletivum. ὡς ἄρα, quasi, Ne. 5. 54.

Ἀρὰ, *ᾶς, ἡ. preces;* in bono et malo sensu. Ionicè ἀρὴ, ῆς, ἡ. ἐμὰν ἀρὰν ἔκλυες, ὦ Ζεῦ, meam precationem audîsti, Ist. 6. 63.

Ἀράσσω, fut. ξω. *tundo vel cædo cum strepitu duro, frango cum strepitu, pulso cum sono.* ὁπλαῖς ἀράσσεσκον (Ionicè pro ἤρασσον,) χθόνα, ungulis pulsabant terram, Py. 4. 402, ubi sermo est de tauris ignivomis Jasonis: et irati tauri solent pede terram effringere.

Ἀργικέραυνος, *ου, ὁ, ἡ.* est epitheton Jovis, *qui celerrimum fulmen emittit.* est enim ab ἀργὸς, quod notat *albus*, it. *celer, velox.*

Ἀργινόεις, *εσσα, εν. albus.* Py. 4. 14. vide μαστός.

Ἀργὸς, *ή, όν. celer, strenuus, industrius.* it. *albus, candens. splendore oculis incurrens;* nam albus color etiam in tenebris est conspicuus, et sic operosus. est ab ἔργον, cum α intensivo, *valdè operans.* θύων ταῦρον ἀργὸν, mactans bovem nitidum et pinguem, Ol. 13. 99, qualis est saginatus, et ab aratri opere liber. et hic est fortasse locus

Pindaricus, ubi Eustathius legit ἀργᾶντα, quod est contractum ex ἀργήεντα, ab ἀργήεις. nisi id in libro nobis deperdito potiùs scriptum fuisse credimus.

Ἄργος, εος, τὸ. Regio Peloponnesi, a quâ et tota Peloponnesus sæpè sic vocabatur: sicut ἡ Ἑλλὰς propriè fuit regio cui præerat Peleus, et a quâ deinde omnis Græcia extra Peloponnesum et infra Macedoniam sic vocabatur. ἐν Ἄργει χαλκὸς, sc. διδόμενος ἔπαθλον τῷ νενικηκότι, Ol. 7. 152, qui erat clypeus æneus cum coronâ myrteâ: erat enim ibi ἀγὼν, τὰ Ἥραια, quæ et τὰ Ἑκατόμβαια, quia centum boves tunc immolabantur Deæ, quorum carnes dividebantur. ἀμφὶ, Ol. 13. 151, i. e. ἐν Ἡραίοις ἀγῶσιν.

Ἀργυρὶς, ίδος, ἡ. *vas argenteum.* in specie, *poculum argenteum.* sic ἡ χρυσὶς est *poculum aureum;* et id Atticè. ἀμφὶ ἀργυρίδεσσι, Ol. 9. 137, de argenteis phialis, quæ præmii loco dabantur in Marathone, in certamine Herculi sacro.

Ἀργύρεος, α, ον. *argenteus.* it. λαμπρὸς, *splendidus, valdè nitens.* κάλπιδα, urnam, Ol. 6. 68.

Ἀργυρόπεζα, ης, ἡ. *argenteos,* i. e. *candidissimos et pulcherrimos, pedes habens;* et a parte ad totum, *formosa.* apud Pindarum Ἀφροδίτη est ἀργυρόπεζα, Py. 9. 16, de candidis solummodo pedibus desumtâ appellatione, sine ullo ulteriore respectu.

Ἀργυρόω, fut. ώσω. *argento, argento induco.* ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα ἀοιδαὶ, Ist. 2. 13, cantus argentati facies, i. e. argenti amorem in vultu præ se ferentes quasi. ἀργυρωθέντες, argento donati, Ne. 10. 80.

Ἄρδω, fut. σω. *rigo, facio libere, perfundo.* ἄρδει στρατὸν ποταμὸς, i. e. ποτίζει, aquas præbet populo fluvius, Ol. 5. 28. et 55, ὑγίεντα εἴ τις ὄλβον ἄρδει, si quis sanam et sobriam felicitatem colit: ubi audax metaphora, ab horto vel prato petita. πάτραν ἄρδοντι (Dor. pro ἄρδουσι) Χαρίτων δρόσῳ, Ist. 6. 94, rigant patriam rore Gratiarum, i. e. hymno grato beant et colunt.

Ἀρειίας πόρος, Ne. 9. 97, qui fortasse meliùs scribitur ἀρειᾶς πόρος, trajectus minarum: locus in Siciliâ sic appellatur, ubi Pœnorum minaces contumeliæ sunt retusæ in bello.

Ἀρείων, ονος, ὁ, ἡ. et τὸ ἄρειον. *fortior, præstantior.* est ab ὁ Ἄρης, Mars; et notat *fortior.* in genere, *præstantior.* est enim ejusdem originis cum ἀρετή. solent autem Græci a substantivis derivare gradus comparationis. γέρας ἄρειον ὄπιθεν, Ne. 7. 149, honorem præstantiorem in posterum. τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἀρῆιον (pro ἄρειον, per διάλυσιν, et productionem τοῦ ε) ἐστιν ἀεὶ χρῆμα πᾶν, Ist. 8. 26, ubi sermo est de præsenti pace Græciæ redditâ post pugnam Salaminiam. ἀρείονος ὄρνιχος, Py. 8. 69, i. e. κρείσσονος, melioris augurii. ἐρώτων, Ne. 8. 8, præstantiorum amorum.

Ἀρετὰ, Dor. pro ἀρετὴ, ῆς, ἡ. notat *quamvis præstantiam* et *nobilitatem,* vel animi, vel corporis, vel fortunæ. *virtus* in genere. in specie est ἀνδρία, *fortitudo.* etiam, *felicitas.* in genere, πᾶσα ἕξις ἀγαθή. οὐ φθινεῖ Κροίσου φιλόφρων ἀρετὰ, Py. 1. 184, i. e. οὐ λήθην λαμβάνει φιλοφρονητικὴ αὐτοῦ ἀρετὴ, comitatem exhibens virtus et felicitas. ἁ δ' ἀρετὰ κλειναῖς ἀοιδαῖς χρονία τελέθει, Py. 3. 203, virtus inclytis cantibus diuturna et perpetua est: ubi *omnem præstantiam* notat. λάμπει σαφὴς ἀρετὰ ἐν γυμνοῖς σταδίοις σφίσιν, Ist. 1. 30, fulget illis manifesta virtus in nudis stadiis: et 58, εἰ δ' ἀρετὰ κατάκειται πᾶσαν (κατὰ) ὀργὰν, si vir-

tus consistit secundum omne studium. διπλόα θάλλοισα ἀρετὰ, duplex florens virtus, Ist. 5. 21. ἄποινα ἀρετᾶς, præmia virtutis, ἀμοιβὴν præstantiæ, Py. 2. 26. φάρμακον ἑᾶς ἀρετᾶς, Py. 4. 332, condimentum suæ virtutis. ἀρετᾷ (dativus commodi) ἦλθον τιμάορος, Ol. 9. 123, ob virtutem et victoriam et præstantiam in certando, veni celebrator: χάριν ἀνδρείας, νίκη. θήξαις φῶτα ἀρετᾷ, acuens virum virtute, Ol. 10. 23, ubi est casus sextus, qui commodè organicus dici possit: acuens virum per virtutem: conf. φώς. ὃν (ὕμνον) ἐδέξαντο (accipere possunt et meriti sunt) ἀμφὶ ἀρετᾷ, propter virtutem, Py. 1. 155. sic et Py. 2. 114, ἀμφὶ ἀρετᾷ κελαδέων, de præstantiâ Hieronis dicturus. πλοῦτον ἀρετᾷ κεκραμένον καθαρᾷ, Py. 5. 2, purâ cum virtute, non hypocriticâ, intimè conjunctum. ἀρετᾷ κριθεὶς εὔδοξος, Ne. 7. 10, ex virtute judicatus nobilis. ἐνέβαλεν ἀρετὰν ἀνθρώποις, Ol. 7. 79, conferre solet εὐδαιμονίαν et præstantiam. et 163, ἀρετὰν εὑρὼν, præstantiam nactus. ἀρετὰν λαβεῖν, ἐκ νίκης, Ol. 8. 8, præstantiam et felicitatem consequi, ex victoriâ scilicet. μεγάλαν ἀρετὰν δρόσῳ μαλθακᾷ ῥανθεῖσαν, Py. 5. 132, molli rore adspersam, i. e. celebratione hymnorum. πρὸς ἀρετὰν, quod virtutem attinet, Py. 6. 42. ἐμοὶ ὁποίαν ἀρετὰν ἔδωκε πότμος, Ne. 4. 68, qualem dexteritatem, in arte sc. poëticâ. ἐλεῖν διπλόαν ἀρετὰν, duplicem præstantiam, Ne. 5. 97. σύμφυτον ἀνδρῶν, Ist. 3. 22, pro συγγενῶν, cognatorum virtutem. μεγάλαι, Ist. 3. 6, præstantiæ magnæ. ἀρετᾶν (Dor. pro ἀρετῶν) πασᾶν ἀποδρέπων κορυφὰς, Ol. 1. 21, i.e. ἀπανθιζόμενος πασῶν ἀρετῶν τὸ τέλειον, τὸ ἄκρον, τὸ ὄντως ὠφέλιμον καρπούμενος. nam ἀρετὴ est *quævis bona qualitas et bonus habitus.* χρονιώτατον φάος εὐρυσθενέων ἀρετᾶν, Ol. 4. 17. et sic vocat poësin: illa enim illustrat res præclaras, coll. Hor. lib. IV. od. 9. 25, sqq. μυριᾶν ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται, omnes præstantias degustat mente imperfectâ, et nullam rerum tentatarum perficiente. ἀρεταῖς μεμαλότας υἱοὺς, Ol. 1. 145, virtutibus studentes. γνησίαις ἐπὶ ἀρεταῖς, Ol. 2. 21, i. e. οἰκείαις τῷ γένει. πρὸς ἐσχατιὰν ἀρεταῖς (i. e. τῇ εὐτυχίᾳ) ἱκάνων, Ol. 3. 78. ἀμφὶ ἀρεταῖς μάρναται δαπάνη καὶ πόνος, Ol. 5. 34, circa virtutes sumtus et labor militant: ubi in specie sermo est de victoriis Olympicis, ad quas consequendas multo exercitio et multo prævio sumtu opus erat. θάλλει δὲ ἀρεταῖς, Ol. 9. 27, floret victoriis ἡ Ὀποῦς. et 154, διδακταῖς ἀρεταῖς, *durch erlernete geschicklichkeiten;* quibus opponitur τὸ φυᾷ. μεγάλαις, Ol. 11. 6. ἄκραις, Ol. 13. 19, est casus sextus. et 71, ἠρωΐαις. ἀμφὶ ξυναῖς τέταμαι, Py. 11. 82, circa communes qualitates. δαιμονίαις ἀρεταῖς (in casu sexto, per,) θεῶν, σὺν κείνου ἀνδρὸς (sc. ἀρεταῖς) ἀρχαὶ (τῶν ἀγωνισμάτων) βέβληνται, Ne. 1. 12. ἀρεταῖς ἐν παλαιαῖς γέγηθε, Ne. 3. 56, antiquâ virtute homo fuit. τέσσαρας ἐλᾷ, Ne. 3. 130, exercet quatuor artes: et id h. l. ponitur pro, τετάρτην ἀρετήν: nam priores tres enumeravit 125, sqq. sc. inter juvenes esse juvenem, inter viros virum, senem inter senes. quarta virtus est τὸ παρκείμενον φρονεῖν, præsentium rationem habere.

Ἀρήγω, fut. ξω. *opem fero contra hostem, arceo malum hostile, opitulor.* nam est ab ὁ Ἄρης, εος, Mars, i. e. *pugna,* et ἄγω, i. e. πορεύομαι, *duco ipse me, eo ut comes;* ut sit propriè, *unà eo ad pugnam cum aliquo, ut eum defendam ab hoste.* φέρειν ἐλαφρῶς ἐπαυχένιον λαβόντα ζυγόν με, ἀρήγει, leviter ferre jugum

impositum cervicibus meis, prodest mihi, Py. 2. 173. ubi impersonaliter positum. et 116, θράσος πολέμων ἀρήγει νεότητι, audacia pugnandi auxiliatur adolescentiæ tuæ ad laudes consequendas. ἀρήγοισαι (Dor. pro ἀρήγουσαι) λέχει Ἀλκμήνης, Ne. 1. 73, assistentes cubili Alcmenæ; ubi generalis notio apparet.

Ἀρήϊος, Ion. pro ἄρειος, α, ον. *martialis.* ἀρήϊον γένος, i. e. natos masculos, Ol. 2. 75, qui erant Eteocles et Polynices; vel et, a Marte descendentes, nam ἡ Ἁρμονία, Veneris ex Marte filia, uxor Cadmi, erat προμήτωρ αὐτῶν.

Ἀρηΐφιλος, ου, ὁ. *a Marte amatus.*

Ἄρης, εος et εως, ὁ. Mars. Reperitur et nominativus ὁ Ἄρευς, a quo est genitivus εως, Ionicè ηος. Imo et genitivus Ἄρεος, a quo fit Ionicè Ἄρεω, et τοῦ Ἄρητος. βιατὴς, vi agens, Py. 1. 19, et intelliguntur homines bellicosi. Ἄρης circumscriptus, Py. 4. 155. ἐν ὅπλοις, Py. 10. 22, ut notetur ὁπλιτοδρόμος. ἐν, in bello, Py. 5. 113.

Ἀρίγνως, ωτος, ὁ, ἡ. *valdè notus, valdè celeber.* ἀρίγνωτες υἱοὶ, Ne. 5. 21, conspicui et valdè celebres filii.

Ἀρίγνωτος, ου, ὁ, ἡ. et Ionicè in fœminino, ἡ ἀριγνώτη. idem. πέδιλον, Py. 4. 169, valdè cognoscibile, vel, valdè celebre famâ.

Ἀρίζηλος, ου, ὁ, ἡ. pro ἀρίδηλος. ex particulâ inseparabili ἄρι *valdè*, et verso δ in ζ, ob cognationem literæ utriusque. ἀρίζηλος ἀστὴρ, Ol. 2. 101, i. e. διάδηλος, ἔκδηλος. alibi notat et, ὁ ἄγαν ζηλωτός.

Ἀριθμέω, fut. ήσω. *numero.* ἀριθμῆσαι, enumerare, Ne. 10. 86.

Ἀριθμὸς, οῦ, ὁ. *numerus.* est ab ἄρω, *apto, jungo,* unde est ὁ ἀρθμὸς, *conjunctio amica;* et interserto iota: nam numeri fiunt copulatis unitatibus. ἀριθμῷ μάσσονα, Ne. 2. 36, plura numero. ψάμμος περιπέφευγεν ἀριθμὸν, Ol. 2. 178, arena non potest numerari. ἀριθμὸν ψήφων, Ol. 13. 66, calculorum numerum in mari.

Ἀρισθάρματος, ου, ὁ, ἡ. *qui curru est præstantissimus.* γέρας, Py. 5. 39, decus partum ἐν τῷ ἀριστεύειν ἅρματι.

Ἀρισταῖος, ου, ὁ. nobilis herós ob inventam μελιτουργίαν καὶ ἐλαιουργίαν. Docuit et ovium curam. Py. 9. 104, sqq.

Ἀριστεὺς, έως, ὁ. *unus ex optimatibus. præstantissimorum aliquis.*

Ἀριστεύω, fut. εύσω. *sum præcellens, unus ex optimatibus, ex fortissimis.* ἀριστεύει ὕδωρ, Ol. 3. 75, sc. inter elementa. στάδιον ἀρίστευσεν, vicit stadium, Ol. 10. 76. ὅσα ἀριστεύσατε, Ol. 13. 61, quoties vicistis. ἀριστεύων, sc. τῷ τάχει, Py. 3. 132. ἀριστεύουσαν χθονὸς, Ne. 1. 19, sc. Proserpinam, principem fecit terræ Siculæ.

Ἀριστογόνος, ου, ὁ, ἡ. *optimæ sobolis parens,* in sensu activo. sed ἀριστόγονος, est in sensu passivo, *optimè natus.* ἀριστογόνῳ ματρὶ Ἡρακλέους, Py. 11. 5. sed si legas genitivum Doricum ἀριστογόνω pro ἀριστογόνου, ad Ἡρακλέους, sensus emergit passivus.

Ἀριστοπόνος, ου, ὁ, ἡ. *qui circa optima laborat et operatur; optimè operans.* χερσὶ, manibus præclarè operantibus, Ol. 7. 94. sic ὁ, ἡ, γηπόνος, *qui terram colit,* &c. activè.

Ἄριστος, η, ον. propriè de viris, et quidem militaribus, et nobilibus, ponitur. nam est superlativus ab ἀρείων (pro ἀρίων) quod est ab ὁ Ἄρης, Mars. Sed ponitur et de artificibus, et de fœminis; imò et de

bestiis; modò præstantiæ egregiæ notio conjuncta sit. *fortissimus, præstantissimus, solertissimus.* et trahit suam vim ex ἡ ἀρετή. νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος, Ol. 13. 68, intelligere modum justum et mensuram, opportunitas est præstantissima. ἄριστος εὐφροσύνα πόνων κεκριμένων ἰατρὸς, Ne.4.1, optimus medicus laborum exantlatorum est lætitia. ἄριστον ὕδωρ, Ol. 1. 1, sc. ἐν τοῖς ἄλλοις στοιχείοις. χἀρίστῳ Τελαμῶνι, pro καὶ ἀρίστῳ, Py. 8. 144. ἄριστοι, fortissimi, Ist. 7. 49.

Ἀριστοτέλης, εος, ὁ. qui et Battus primus.

Ἀρκαδία, ας, ἡ. Regio Arcadum. Vocata olim et ἡ Πελασγία, et Παῤῥασία, et Λυκαονία, et Γίγαντις, et Ἀζανία, a principibus qui ibi regnârunt. Gens Arcadum pro antiquissimâ Græciæ habebatur, unde et προσέληνοι dicti. ὁ Ἀζὰν partem Arcadiæ tenuit, cujus cives οἱ Ἀζᾶνες, Eurip. Orest. 1647. ibique schol. εὐμήλοιο, Ol. 6. 169; cujus primaria urbs fuit ἡ Στύμφαλος. ἀπὸ, Py. 3. 45, qui hospes fuit, ὁ Ἴσχυς. ἐν Ἀρκαδίᾳ, Ol. 7. 153, ubi ἀγὼν, τὰ Λύκαια, τῷ Λυκαίῳ Διΐ· et victori dabantur arma, quæ sunt ἔργα, vel et τρίποδες.

Ἀρκέω, fut. έσω. *arceo, opitulans sustineo malum, ne pertingat ad eum cui opitulari volo.* ab ἡ ἀρὰ, quæ et *malum, damnum,* denotat; et σχέω, *teneo, detineo.* ἄρκεσε, Doricè pro ἤρκεσε, sufficere solet, Ol. 9. 4.

Ἅρμα, ατος, τὸ. *currus ab equis trahendus.* Πιερίδων, Py.10.102, i.e. Poësin. νικᾶν, currum vicisse, Ist.4.43. μουσαῖον, Ist.8.134, i.e. impetus poëticus meus. ἅρματι, curru; in inscriptionibus hymnorum. ἅρματι σὺν θεῷ, Ol. 1. 176, i.e. σὺν τῷ ταχεῖ τεθρίππῳ, sicut nunc σὺν κέλητι. τεθρίππῳ, Ist. 1. 18, in casu sexto. εἰς ἅρματα πεισιχάλινα, Py. 2. 21, ad currum fræno parentem: nam equi cum curru reguntur uno fræno. εὐεργέταν, fautorem curruum, Ist. 1. 78. ἅρμασιν, in casu sexto, Ol. 10. 73. ἅρμασιν, Py. 1. 64, ubi pluralis pro singulari; simulque, ne intelligatur cursus pedester.

Ἁρματηλάτας, Dor. pro ἁρματηλάτης, ου, ὁ. *qui curru vehitur; curruum agitator.*

Ἅρμενος, ab ἄρω, *apto.* quod vide.

Ἁρμόδιος, ου, ὁ, ἡ. *aptus, conveniens.* ἁρμόδιον δεῖπνον κεκόσμηται, cœna conveniens loco et personæ instructa est, Ne. 1. 31.

Ἁρμόζω, fut. όσω. *aptè adjungo.* et intransitivè, *aptè congruo.* est enim ab ἄρω, per paragogen. ἐν Ἀθήναις ἅρμοζον (pro ἥρμοζον) στρατὸν, Ne. 8. 20, Athenis regebant et aptè gubernabant populum. respicitur tamen ibi Theseus, qui primus sparsos per agrum Atticos collegit in unam civitatem, et divisit cives in εὐπατρίδας (nobiles) γεωμόρους (rusticanos,) καὶ δημιουργοὺς (opifices) inter quos οἱ εὐπατρίδαι dignitate, γεωμόροι utilitate, δημιουργοὶ numero, præstabant: omnes tamen in æquum jus recepti. et ea erat ἡ ἅρμοσις στρατοῦ Athenis, apta conjunctio et coagmentatio; de quâ in plurali loquitur, quasi ab uno homine perfici ea non potuerit; ut sit ergo pluralis majestaticus. ἁρμόζων κόρᾳ ἄνδρα, jungens virgini virum, Py. 9. 207. ἁρμόζων χαίτην στεφάνοις, Ist. 7. 54, per hypallagen pro, στεφάνους χαίτῃ, adaptans coronas comæ: alii ibi legunt ἁρμόσαις. ξείνια ἁρμόζοντα, dona apta et convenientia, Py. 4 229, intransitivè. ἁρμόζοισα γάμον θεῷ, Py. 9. 21, concilians et jungens nuptias ei. οἷα ἔπεα σοφοὶ ἅρμοσαν, pro ἥρμο-

σαν, Py. 3. 202, qualia carmina sapientes componunt. ἁρμόσαις (Dor. pro ἁρμόσας) αὐτοῖς βίοτον, Ne. 7. 145, accommodans ei vitam et vitæ rationem.

Ἁρμονία, ας, ἡ. *conjunctio, cohæsio, commissura.* in specie, *pactum, fœdus.* ἁρμονίαν κατὰ τίνα, Py. 8. 97, juxta quem modum? quâ convenientiâ? ἁρμονίᾳ σὺν Λυδίᾳ, Ne. 4. 73, ubi notat *concentum musicum.*

Ἀρότας, Dor. pro ἀρότης, ου, ὁ. *arator.* Πιερίδων ἀρόταις δυνατοὶ παρέχειν πολὺν ὕμνον, Ne. 6. 56, Musarum aratoribus possunt hi viri præbere multam hymnorum materiem. ut ergo tropicè ὁ ἀρότης sit, *quivis cultor boni quasi soli.* μηλοβότῃ τε, ἀρότῃ τε, Ist. 1. 67, et pastori et aratori: ubi propriè posita vox.

Ἄροτρον, ου, τὸ. *aratrum.* ἄροτρον ἀδαμάντινον ὅτε σκίμψατο, Py. 4. 398, cum firmâsset firmissimum illud aratrum: et sermo est de Jasone apud Colchos. et 416, σπασάμενος ἄροτρον, trahens, ope sc. taurorum.

Ἄρουρα, ας, ἡ. propriè est, *terra quæ aratur aut arari solet;* quam et ἄροσιν vocat Homerus. deinde et, *terra* in genere. denique et, μέτρον ποσὸν γῆς, *certa mensura agri, jugerum.* ἁρπάξαις (ἐκ) ἀρούρης ξένιον, arripiens de terrâ hospitale munus, Py. 4. 60. Ἀφροδίτης ἄρουραν ἢ Χαρίτων, Py. 6. 2, i. e. Poësin, et carmina ἐγκωμιαστικὰ, venustatis et gratiarum plena, quæ cum agro amœnissimo comparat Veneri et Gratiis dignissimo. μέλαιναι καρπὸν οὐκ ἔδωκαν ἄρουραι ἐν σχερῷ, Ne. 11. 50, nigra arva non dare solent fructum in continuâ serie, sed interquiescunt sæpè. ἀρούραις οἰκείαις, i. e. ἰδίαις, Ol. 12. 28. ἐν ἀφναῖς, Py. 11. 23, in Phocide, cujus pars sunt Delphi, et ubi regnavit olim Στρόφιος, pater Pyladæ. καρποφόροις τὸ συγγενὲς, Ne. 6. 16, quæ nonnunquam cessant, nec semper segetibus induuntur, ut in sequentibus dicit.

Ἀρόω, fut. ἀρόσω. *aro.* Μούσαις ἔδωκε τὸν ἀρόσαι, Musis tradidit hunc arandum, Ne. 10. 49, i. e. carmine excolendum et ornandum. nam crebro Pindarus poësin arationi comparat.

Ἁρπάζω, fut. άσω et άξω. *arripio celeriter, rapio cum impetu.* ἅρπασε, Dor. pro ἥρπασε, Py. 9. 9, rapuit eam. παῖδα ἐκ νεκροῦ ἅρπασε, Py. 3. 77, infantem ex utero matris mortuæ celeriter extraxit. ἁρπάσαι σὲ, rapuisse te, sc. φθέγξομαι, eloquar, Ol. 1. 64. ἁρπάξαντες ἄγαλμα, corripientes statuam, Ne. 10. 125. ut ergo *celeritatem,* et *cupiditatem magnam* indicet hoc verbum.

Ἁρπαλέος, α, ον. *quod studiosè festinatur et quasi rapitur.* ἁρπαλέαν δόσιν, Py. 8. 93, avidè apprehensum donum, munus quod cupidè arripitur. φροντίδα, Py. 10. 96, curam avidè arreptam.

Ἄῤῥηκτος, ου, ὁ, ἡ. *qui frangi vel rumpi non potest; valdè durus.* sic ἄῤῥηκτος χάλαζα, apud Theocr. Id. 22. 16, non liquescens facilè grando. τὸν ἄῤῥηκτον, invulnerabilem virum, Ist. 6. 68, de Ajace ἀτρώτῳ, ut recentiorum fabulæ narrant.

Ἄρτεμις, ιδος, ἡ. Diana, quæ physicè est Luna. simplicissima nominis derivatio est ab, ἀέρα τέμνειν: artificiosior verò est ab, ἀρτιμέας, i. e. ὑγιεῖς, ποιεῖν· notat enim in terris venatorium exercitium, quod plurimùm confert valetudini firmæ. Subitæ mortes mulierum referuntur ad Dianam, ut lunam;

sicut virorum ad Apollinem, ut solem. Ἀρτέμιδος ποταμίας, Py. 2. 12, τῆς Ἀλφειώας cognominatæ, vel et Ἀλφειαίας, et Ἀλφειονίας. nam fons Arethusa est in insulâ Ortygiâ, qui ex Alpheo ortum habere credebatur; ad quem erat sacrum Dianæ: et versu 16. ὑπὸ Ἀρτέμιδος, i. e. pestilentiâ, Py. 3. 17.

Ἄρτι, adv. *jam.* est ex ἄρα, *nunc*, et τὶ, conflatum. σοῦ ἄνθος ἥβης ἄρτι κυμαίνει, Py. 4. 281, tuus flos pubertatis nunc in vigore suo est, et undat quasi.

Ἀρτιεπὴς, έος, ὁ, ἡ. *apta ad fraudem et damnum alterius loquens; γλαφυρὸς καὶ εὐεπὴς καὶ ἀπηρτισμένος ἐν τῷ παραλογίζεσθαι.* in optimo sensu, quasi ὁ ἄρτια εἰπὼν καὶ βάζων, *apta et integra loquens*, est apud Pindarum, Ol. 6. 105, ἀρτιεπὴς ὄσσα, i. e. ἀληθὴς, ἀψευδὴς, veridica vox. et Ist. 5. 58, ἀρτιεπὴς γλῶσσα, rectiloqua lingua, quæ apta narrat.

Ἄρτιος, ου, ὁ, ἡ. *consentaneus, conveniens, congruens, aptus, firmus, certus.* et, de numero, *par, non impar numerus.* it. *numerus plenus.* est ab ἄρω, *apto*, ejusque perf. pass. ἦρται, *aptatum est.* ἄρτια μηδόμενος, Ol. 6. 159, recta et δίκαια meditans. τῷ ἀρτίῳ ἀριθμῷ, e. c. binario, quaternario, opponitur ὁ περισσος, e. c. *ternarius, quinarius.*

Ἀρχὰ, Dor. pro ἀρχὴ, ῆς, ἡ. *initium, præitio.* ἀρχὰ ἀγλαΐας, Py. 1. 4, et pertinet per appositionem ad βάσις, *incessus saltantium*, qui est lætitiæ apex et summus gradus, qui est præcipuum quid. ἀρχά τι ἀνθρώπων; i. e. ἀνθρωπίνων πραγμάτων, Py. 10. 16, principium. ἐξ ἀρχᾶς, ab initio, Py. 4. 235. sed Ol. 7. 37, est: τοῖς ἐξ ἀρχᾶς (ab origine) οὖσιν ἀπὸ Τληπολέμου. ἀπ' ἀρχᾶς, ab initio continuè, Py. 8. 34. ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ, Ol. 2. 106, in hoc Jovis imperio, i. e. ἐν ταύτῃ ζωῇ. ἀρχὰν πατρὸς, originem, Ol. 13. 87, γένος, sc. oriundum ex Corintho. ἀρχαὶ ὑστέρων λόγων, Ol. 11. 5, i. e. ῥίζαι. ἀρχαὶ βέβληνται, sc. ἀγωνισμάτων, Ne. 1. 11, initia certaminum facta sunt; nam hoc primum ejus fuerat certamen. ἀρχαῖς προτέραις ἑπόμενοι, Ol. 10. 94, initia priora sequentes. τίς γὰρ ἀρχὰ ναυτιλίας δέξατο; quodnam initium navigationis susceptum est? Py. 4. 124.

Ἀρχαγέτας, Dor. pro ἀρχηγέτης, ου, ὁ. *dux et auctor. auctor ductionis alicujus.* Τιρυνθίων ἀρχάγετα, Ol. 7. 143, archiduci Tirynthiorum.

Ἀρχᾶθεν, Dor. pro ἀρχῆθεν, adv. *primitùs, ab initio.* Ol. 9. 81. Ist. 4. 12. quod alibi ellipticè, τὴν ἀρχήν.

Ἀρχαῖος, α, ον. *initialis, pristinus, antiquus.* ἀρχαῖον λόγον ὀτρύνων, Ne. 1. 52, initialem narrationem, i. e. narrationem de primis ejus initiis magnorum factorum. ἀρχαίῳ σήματι, juxta antiquum sepulchrum, Ol. 10. 30. ἀρχαῖον ὄνειδος, Ol. 6. 151, antiquum probrum in Bœotios jaci solitum. ἀρχαῖα σοφίσματα, Ol. 13. 23, antiqua solertèr inventa prima. ἀρχαίας εὐημερίας, Ist. 1. 56, pristinæ felicitatis. ἀρχαῖαι φάτναι, Ol. 13. 132, præsepia antiqua et principalia Jovis, i. e. locus ille cœlestis ubi Pegasus equus inter sidera relatus stat. ἀρχαῖαι ἀρεταὶ, Ne. 11. 48, priscæ et primæ virtutes.

Ἀρχεδίκας, Dor. pro ἀρχεδίκης, ου, ὁ. *jure æquo imperans, ὁ κατὰ δίκην ἄρχων·* qui et ὁ δικαίαρχος dicitur. ἀρχεδικᾶν (genit. plur. Doricus) τοκέων, Py. 4. 196, justorum et rectè imperantium parentum. οἱ ἀρχεδίκαι, sunt *justi et legitimi et humani principes.*

Ἀρχέπολις, ιος, ὁ, ἡ. *princeps*

civitatis. ἀρχίπολιν θήσεις νιν, constitues eam reginam civitatis, Py. 9. 92, Nympham Cyrenen.

Ἀρχὸς, οῦ, ὁ. *dux, prætor, ductor.* πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων, rector equorum ignem spirantium, i. e. Sol, Ol. 7. 130. ἀρχὸς οἰωνῶν, i. e. aquila, rex avium, Py. 1. 13. ἀρχὸς ἐν πρύμνῃ, Py. 4. 344, qui imperium habet in puppi navis. ἀρχῷ Συρακοσίων, Py. 1. 142, Hierone rege. ἀρχοὶ οὐκ ἔτι ἔσαν οὗτοι, Ne. 9. 32, i. e. mortui jam erant.

Ἄρχω, fut. ξω. *præeo, sum primus, incipio, impero.* sicut apud Romanos *Prætor* est pro *Præitor*, sic ἄρχειν Græcum est ab ἔρχειν, vadere, cum α, *initium* et *præitionem* notante. ὅστις ἄρχει νεὸς, qui præest navi, Py. 4. 409. ἧς (ὥρας, quo tempore,) Οἰνόμαος ἦρχε, regnabat, Ol. 10. 61. ἄρχε, Ne. 3. 16, incipe, ordire. βήσσαις Πηλίου ἄρχειν, Py. 3. 7, vallibus Pelii imperare. σπονδαῖς ἄρξαι, Ist. 6. 55, libationibus auspicari. ἀοιδοὶ ἄρχονται Διὸς, incipiunt a Jove, Ne. 2. 2. ἤρχετο ἐπέων, Py. 4. 53, i. e. λόγων προσφιλῶν κατήρχετο, incipiebat loqui. ἄρξεται, sc. ἁλίσκεσθαι, incipiet capi, Ol. 8. 60, ἀρχὴν λήψεται τοῦ ἁλίσκεσθαι. ἀρχόμενοι, sc. πρῶνες, incipientes, Ne. 4. 86. Διὸς ἀρχόμεναι, Ne. 5. 47, a Jove exordientes. ἀρχομένους ἔργου, auspicantes opus, Ol. 6. 4.

Ἄρω, fut. ἀρῶ, et Æol. ἄρσω. *apto, conjungo, aptè conficio.* it. intransitivè, *congruo, convenio.* Νεμέᾳ μὲν ἄρηρεν, Ne. 5. 81, ubi est passivè, adaptata est ei. τηλαυγὲς ἄρηρε φέγγος, procul lucens splendor adhæret, Ne. 3. 112. ἀραρὼς Χαρίτεσσιν, Ist. 2. 29, Gratiis applicatus. ἀραρότα κεραυνὸν, Ol. 10 98, fulmen hærens et figens. ἐν ἀρμένοις θυμὸν αὔξων, Ne. 3. 99, in convenientibus rebus animum augens, sc. naturæ et indoli ejus congruis. ἄρμενα πράξαις, Ol. 8. 96, convenientia qui fecit, ἁρμόδια. ab hoc verbo est ὁ ἄρος, i. e. τὸ ὄφελος, *commodum:* hinc illud, βροτοῖς ἄρος ἄτα, i. e. τὸ εὖ τῶν βροτῶν, ἄτη ἐστὶ, quod homines commodum, et bonum, et aptum esse censent, error et damnum ferè est.

Ἀρωγὸς, οῦ, ὁ, ἡ. *auxilians.* reperitur et neutrum τὸ ἀρωγόν. Ἀδραστιδᾶν θάλος ἀρωγὸν, Ol. 2. 81, Adrastidarum genus auxilians, ὑπέρμαχον. unde adjectivum esse apparet.

Ἄσβεστος, ου, ὁ, ἡ. *qui non extinguitur. clarus, non oppressus.* propriè de igne, metaphoricè de aliis. ἀκτὶς, Ist. 4. 72, radius inextinctus, i. e. gloria permanens et clara.

Ἀσθενὴς, έος, ὁ, ἡ. *invalidus, infirmus.* ἀσθενεῖ χερὶ, i. e. ἀδυνάτῳ σώματι, Py. 1. 107.

Ἆσθμα, ατος, τὸ. *anhelitus.* est ab ἄω, fut. ἄσω, *spiro;* et *difficultatem respirandi* notat hoc nomen. ἄσθματι φρίσσοντα πνοὰς ἔκιχεν, Ne. 10. 139, invenit eum, anhelitu cum rigore efflantem animam.

Ἀσθμαίνω, fut. ανῶ. *anhelo, gravi respiratione laboro;* vel ex cursu vehementi, vel ob alios graves labores. De *graviter laborante et onus portante* est, Ne. 3. 84, σώματι ἀσθμαίνοντι ἐκόμιζε, ubi sermo est de Achille puero, in venationibus se exercente, et apportante capta. alii ibi, sine omni sano sensu, legunt ἀσθμαίνοντα σώματα.

Ἀσκέω, fut. ήσω. *curo accuratè, cum curâ elaboro, tracto studiosè.* est ab ἀκέω, fut. ήσω, i. e. θεραπεύω, *curo;* interserto sigma. αἰεὶ φρεσὶ δαίμονα ἀσκήσω, Py. 3. 193, semper animo Deum illum, i. e. τὴν Τύχην, accuratè colam. ἔνθα ἀσκεῖται Θέμις,

ibi colitur et exercetur justitia, Ol. 8. 29. sic et Ne. 11. 9, ubi θέμις est, *mos bonus et justus.*

"Ασκιος, ου, ὁ, ἡ. *sine umbrâ;* si cum α privativo; sed cum α intensivo est, πολύσκιος, *valdè umbrosus:* ut ἄξυλος ὕλη est, sylva πολύξυλος. ἀσκίοις ὄρεσι, i. e. πολυσκίοις, Ne. 6. 73.

"Ασμενος, η, ον, *qui delectatur, lubens, gratulans.* est ab ἅδω, *delecto:* quasi ἀδόμενος, per syncopen ἅδμενος, et mutato δ in σ ob cognationem. ἄσμενος, Ol.13,104, i.e. ἀσμένως, cum lætitiâ, μέτα περιχαρείας.

"Ασοφος, ου, ὁ, ἡ. *indoctus.* κάσόφοις, pro καὶ ἀσόφοις, Ol. 3. 81.

'Ασπιδόδουπος, ου, ὁ, ἡ. *clypeis sonum gravem faciens.* ἐν δρόμοις ἀσπιδοδούποις, Ist. 1. 31, in armatis decursionibus.

'Ασπάζομαι, fut. άσομαι. *datâ et acceptâ manu dextrâ saluto aliquem et amicè excipio.* nam hic erat salutandi mos apud orbem antiquissimum: de osculando, i. e. labiis mutuò junctis salutando, nihil novit Homerus. et hæc erat prisca illa et cordata δεξίωσις. est a σπάω *stringo*, unde σπάζω, cum præfixo α vel intensivo vel abundante. ἀσπάζοντό νιν φωνᾷ ἡδυπνόῳ, Ist. 2. 38, salutabant eum suavi voce.

'Ασπὶς, ίδος, ἡ. *clypeus rotundus,* qualis ferè Græcorum antiquorum fuit. est ab α priv. et σπίζω, *in longum et arctum protraho.* alius clypeus longus vel oblongus dicebatur ὁ σπιδὴς, έος, i. e. ἐπιμήκης. δράκων ἐπὶ ἀσπίδος, Py. 8. 66, sc. pictus ut insigne.

'Αστεροπὰ, Dor. pro ἀστεροπὴ, ῆς, ἡ. *fulgur.* hinc est, per syncopen, et mutationem τοῦ ο in α, ἡ ἀστραπή.

'Αστὴρ, έρος, ὁ. *stella.* ab αἴθω, quasi αἰστήρ. a Pindaro κατ' ἐξοχὴν Sol vocatur ἀστήρ. ἀρίζηλος, i. e. διάδηλος, Ol. 2. 101; et metaphoricè sic vocat τὸν μετὰ ἀρετῆς πλοῦτον. et Py. 3. 134, ἀστέρος οὐρανίου, i. e. ἡλίου.

'Αστὸς, οῦ, ὁ. *civis, qui ejusdem est civitatis et urbis,* sive sit nobilis sive plebeius. apud Athenienses ὁ ἀστὸς et ἡ ἀστὴ in sensu eminenti notabat civem Atticum vel Atticam. ξεῖνος εἴτε ἀστὸς, sive peregrinus, sive civis, Py. 4. 138. ἀστοὶ, cives, populares, Ist. 4. 105. πρὸς ἀστῶν, apud cives suos, Ol. 7. 165. ἀκοὴ, Py. 1. 162, fama civium. πρὸς ἀστῶν ἀπαθὴς, a civibus nihil mali accipiens, Py. 4. 530. τὶς φίλος, sc. αὐτῷ, Py. 9. 164. ὑπὲρ ἀστῶν, Ne. 8. 24, pro civibus. ἀστοῖς καὶ βασιλεῦσι, privatis et regibus, Py. 1. 132, i. e. δημόταις.

'Αστραβὴς, έος, ὁ, ἡ. *qui non convertitur aut evertitur.* ἀστραβῆ κίονα, Ol. 2. 146, firmam columnam, ἰσχυρὰν, ἄστρεπτον, ἀμετακίνητον, ἀστρεβλῆ, ἀκλινῆ, et sic vocat Hectorem, Trojæ columen.

"Αστρον, ου, τὸ. *astrum, ex pluribus stellis compositum.* ἄστρον, Ol. 1. 9, ubi est pro ἀστέρα.

"Αστυ, εος, τὸ. *urbs.* πόλις. est ab α vel copul. vel intens. vel eo quod ἄνω notat, et στύω, *sto firmiter.* ἄστεος πύργος, sc. ὃς ἦν, Py. 5. 75. ἀστέων ῥίζαν, Py. 4. 26, τὴν Κυρήνην, ex quâ plures deinde urbes sunt deductæ et conditæ. ἀστέων μοῖραν, Ol. 7. 140, urbium partem et portionem suam in insulâ patriâ.

'Αστυνόμος, ου, ὁ, ἡ. *civitatem benè regens et administrans.* ἀγλαΐαις ἀστυνόμοις ἐπιμῖξαι λαὸν, Ne. 9. 73, decoribus civitatem decentibus inserere velis populum, O Jupiter. Nimirum accentus est in penultimâ,

si a νέμω deductum concipitur nomen, in activâ notione: si verò a νόμος, accentus est in antepenultimâ nominativi, in passivâ.

῞Ασυχα, [Dammius legit, Py. 11. 84, ἀσυχίᾳ.]

Ἁσυχῆ, Dor. pro ἡσυχῆ, adv. *placidè, contentè.* Ne. 7. 120, suaviter.

Ἁσυχία, Dor. pro ἡσυχία, ας, ἡ. *otium, quies, lætus et placidus status vitæ.* Ἁσυχία, Py. 8. 1, personificatur, et est eadem quæ ἡ Εἰρήνη. ἀσυχίᾳ, in otio, Py. 4. 528. ἀσυχίᾳ νεμόμενος, in otio administrans se, Py. 11. 84; nisi ibi est ἄσυχα, tranquilla, læta, sortitus; neutrum plurale.

Ἁσύχιος, Dor. pro ἡσύχιος, ου, ὁ, ἡ. *placidus, contentus, quietus.* ἀσύχιον εἰρήνην, lætam et placidam pacem, Py. 9. 40, quæ dulce et delectabile bonum est.

Ἁσύχιμος, ου, ὁ, ἡ. idem. ἁμέραν, diem placidam et requiescere facientem, Ol. 2. 58, i. e. εὐτυχῆ. et sic vocat τὴν τοῦ θανάτου ἡμέραν.

Ἀσφαλὴς, έος, ὁ, ἡ. *qui cadere et labi non facit, ubi quis labi aut in periculo esse non potest.* item, *tutus, firmus, qui subverti ipse non potest; certus.* αἰὼν ἀσφαλὴς, vita nullis fortunæ mutationibus et incursionibus adversis subjecta, Py. 3. 153, ἄπταιστος, sine offensione fortunæ. ἀσφαλὲς βάθρον, Ol. 13. 8, firmum fundamentum. ἕδος, Ne. 6. 6, sedes secura Deorum. ἀσφαλὲς δραμοῦσα, Py. 2. 38, ubi neutrum adverbialiter: discurrens in publico tuto. ubi cave cum Schmidio legas, δρακεῖσα, videns.

Ἀσχολία, ας, ἡ. *status non otiosus.*

Ἄσχολος, ου, ὁ, ἡ. *non otiosus.*

῎Ατα, Dor. pro ἄτη, ης, ἡ. *inductio in errorem et fraudem; fraus.* apud Homerum, ἄτη est, *malum consilium in animo, ex quo deinde consequitur malum:* sed apud Recentiores, plerumque *id consequens* per ἄτην significatur, ut notet *damnum.* ἄτας ὀχετὸν, Ol. 10. 46, calamitatis gurgitem; εἰς ῥεῦμα (fluentum) κακῶν. φθονεροὶ ἀμύνονται ἄτᾳ, Py. 11. 83, puniuntur noxâ. κόρῳ ἕλεν ἄταν ὑπέροπλον, Ol. 1. 90, ex protervià accepit noxam ingentem. ἄταν εἰς φαινομέναν, in manifestum damnum, Ne. 9. 49.

Ἀταβύριον, ου, τὸ. sc. ὄρος. Est mons insulæ Rhodi altissimus, in cujus νώτοις, i. e. κορυφῇ, fuit sacellum Jovis, *Atabyrii* cognominati. In eodem jugo erant et χαλκαῖ βόες, αἵτινες, ὅταν μέλλῃ ἄτοπόν τι γίνεσθαι, μυκῶνται. Etiam in Siciliâ erat aliud ὄρος Ἀταβύριον. Ol. 7. 160, i. e. βασιλεύων ὄρους Ἀταβυρίου.

Ἀταλὸς, ὴ, όν. *delicatus, tener;* ὁ μὴ δυνάμενος εἶναι τάλας εἰς ἔργον, καὶ μὴ ταλαεργός. ab α priv. et ταλάω. deinde et, *molestiis solutus, nihil ærumnosi sufferens;* in genere, *juvenilis.* ἀταλὸν ἀμφέπων θυμὸν, Ne. 7. 134, juvenilem fovens animum suum, qui nondum curis et molestiis vitæ est fatigatus.

Ἀτὰρ, conjunct. idem ferè notans quod δὲ et δή. *sed, nam.* δὲ nunquam præponitur sententiæ, ἀτὰρ autem semper. poëtis magis frequens est usus ejus, non tamen et πεζογράφοις omninò insolens.

Ἀτάρβατος, ου, ὁ, ἡ. Dor. pro ἀτάρβητος. *impavidus, imperterritus.* Py. 4. 149, i. e. ἀφόβου καὶ ἀταράχου.

Ἀταρβὴς, έος, ὁ, ἡ. idem. ἀταρβεῖ φρενὶ, i. e. ἀταράχῳ, Py. 5. 67, nihil turbatus casu aliorum. ἀταρβεῖ κεφαλῇ, Py. 9. 53, intrepido capite, i. e. animosè.

"Ατε, neutr. plur. ab ὅστι. adverbialiter ponitur, pro καθὰ, *sicut.*

'Ατειρὴς, έος, ὁ, ἡ. *qui non atteritur, nec conteritur, nec infirmatur. durus, firmus.* σὺν ἀγαθῷ, Ol. 2. 60, inattrito cum bono.

'Ατέκμαρτος, ου, ὁ, ἡ. *sine certo signo observato veniens, sine certo limite præviso.* τὰ εἰς ἐνιαυτὸν, ἀτέκμαρτον προνοῆσαι, Py. 10. 98, quæ in annum sint eventura, sine certo signo sunt, ut non possint certò prævideri: et neutrum positum est adverbialiter; sunt incerta. sic et neutrum plurale, Ol. 7. 83, ἐπιβαίνει ἀτέκμαρτα, pro ἀτεκμάρτως, supervenire solet ex improviso, ex nullis certis signis ante observato modo. cæterùm τὸ τεκμήριον Recentioribus est, *signum infallibile:* τὸ εἰκὸς verò, *probabile.*

'Ατελὴς, έος, ὁ, ἡ. *quod non ad finem plenum et ad scopum pervenit, incompletus.* μὴ ἀτελὴς γένοιτο μαντεύμασιν, ne Apollo irritus et vanus fieret in vaticiniis suis, Py. 5. 83. ἀτελεῖ νόῳ, mente ad perfectionem non contendente, Ne. 3. 74.

'Ατενὴς, έος, ὁ, ἡ. *contentus, intentus.* ὀργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἴκελοι, studiis impensè vulpium similes, Py. 2. 141; ubi neutrum adverbiascit. νόῳ φιλήσαντα ἀτενεῖ, Ne. 7. 129, animo diligentem contento et serio.

"Ατερ, adv. *seorsùm, sine, absque.*

"Ατερθε, adv. idem. i. e. χωρίς.

'Ατιμάω, fut. ήσω. *in pretio debito non haberi facio, contemtum facio, non honoro, contumeliâ afficio,* ἄτιμον ποιῶ. nimirùm ἀτιμᾶν fit facto aliquo; ἀτιμάζειν verò, in animo, citra factum aliquod. οὐκ ἀτιμήσαντά νιν, sc. τὴν εὐκαιρίαν, Py. 9. 138, non aspernatum opportunitatem.

'Ατιμία, ας, ἡ. *contemtus.* ἔλυσεν αὐτὸν ἐξ ἀτιμίας, solvit eum ex contemtu, Ol. 4. 33, ut majoris æstimaretur.

"Ατιμος, ου, ὁ, ἡ. *justo in pretio non habitus, inhonoratus.* ἀτιμοτέραν γλῶτταν, Ol. 8. 91, linguam minùs præditam honore.

'Ατιτάλλω, fut. αλῶ. *cum curâ nutrio, et molestiis libero; educo.* idem quod ἀτάλλω in sensu activo, per epenthesin syllabæ τι. *otiosum reddo, nec sino ferre aliquem aliquid laboris et molestiæ: molliter habeo, delicatè et diligenter curo.* γονὴν τέ οἱ φερτάτην ἀτίταλλεν, Ne. 3. 99, sobolem præstantissimam curavit ei, sc. Achillem Chiron.

"Ατλατος, Dor. pro ἄτλητος, ου, ὁ, ἡ. *intolerabilis, difficilis latu.* ἀτλάτου περὶ πάθης, i. e. ἀφορήτου, Ol. 6. 65.

'Ατόλματος, Dor. pro ἀτόλμητος, ου, ὁ, ἡ. *non audendus, non suscipiendus nec sustinendus.* est a τολμάομαι, in passivo, *suscipior, patror, audeor.* ἀτόλματον μόχθον Ἑλλάδι, Ist. 8. 23, laborem a Græciâ non aggrediendum.

"Ατολμος, ου, ὁ, ἡ. *confidentiâ carens.*

'Ατρέκεια, ας, ἡ. *veritas, convenientia cum re, justitia.* apud Pindarum est personificata. νέμει Ἀτρέκεια πόλιν ταύτην, Ol. 10. 17, administrat et inhabitat Veritas et Justitia hanc urbem, quæ quemvis sic prosequitur ut dignus est, quæ cuivis suum tribuit.

'Ατρεκὴς, έος, ὁ, ἡ. *verus, certus.* propriè est, *conveniens, unà currens, aptus, idoneus,* quasi ὁμοτρεκὴς, ex α copulativo, et Ionico vel Dorico τρέκω, i. e. τρέχω. apud Homerum neutrum ponitur adverbialiter, et quasi metaphoricè. apud Pindarum est

adjectivum. ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκης, Ol. 3. 21, justus et verus judex certaminum in Græciâ, δίκαιος καὶ ἀληθής. οὔ τοι ἅπασα ἀλήθεια ἀτρεκὴς κερδίων, non sanè omnis exacta et plana veritas est utilis, Ne. 5. 32, sed sæpè est simulandum et dissimulandum. ἀτρεκεῖ σὺν καιρῷ, cum opportuno tempore, Py. 8. 9, εὐκαίρως. ἀτρεκεῖ ποδὶ, Ne. 3. 72, certo et firmo pede.

Ἀτρεμία, ας, ἡ. *quies animi a timore et anxietate.* ἀτρεμίαν τε ξύγγονον, congenitamque ei ἀφοβίαν, Ne. 11. 15.

Ἄτροπος, ου, ὁ, ἡ. *remotus a bono more.* ἑλκύσαι ἔπεσι, Ne. 7. 151, indecentibus lancinâsse et tractâsse verbis.

Ἄτρυτος, ου, ὁ, ἡ. *durus, non atterendus nec absumendus nec fatigandus: insuperabilis.* ἐπὶ ἄτρυτον πόνον, ad laborem valdè difficilem, Py. 4. 317, δεινότατον, ἀτειρέα.

Ἄτρωτος, ου, ὁ, ἡ. *non vulnerabilis.* ἀτρώτῳ καρδίᾳ, Ne. 11. 12, corde non vulnerabili, ut negotiorum molestiis, aliisque ærumnis non lædatur cor ejus. ἄτρωτοι παῖδες θεῶν, i. e. θεοὶ, Ist. 3. 31.

Ἀτύζω, fut. ύξω. *ita decipio ut terream simul: confundo prorsùs mentem et consilium alicujus.* est ab ἀτέω, per paragogen: sicut a κλάω est κλύζω. videtur nonnunquam inesse huic voci τὸ, ἄττω, *vagor territus,* quod verbum ex ἀΐσσω oritur, per syncopen ἄσσω, et Atticè ἄττω. ἀτύζονται βοὰν ἀΐοντες, Py. 1. 26, perturbantur, clamorem audientes; terrore aliquo percelluntur. ἀτυζομένω πνοὰς ἔβαλον, Ol. 8. 51, vehementer perculsi animas efflârunt. notat ergo *grandem mentis confusionem.*

Αὖ, particula, notans *rursus, etiam, retrò, contrà, porrò.* contra, Ol. 12. 7. Py. 2. 164. deinceps, Py. 4. 256. vicissitudinem notans, Ne. 6. 25. contrà, Ne. 11. 40. αὖ νῦν, contrà nunc, Ist. 4. 29.

Αὐγά, Dor. pro αὐγὴ, ῆς, ἡ. *splendor, fulgor.* est ab αὔω, i. e. λάμπω. ἐν δυσμαῖς αὐγᾶν (Dor. pro αὐγῶν) in occasu radiorum Solis, Ist. 4. 110. αὐγαῖς ὀξείαις ἡλίου ὑπακούει τόπος, Ol. 3. 44, subjectus est radiis. χρυσὸς ἑψόμενος αὐγὰς ἔδειξεν ἁπάσας, aurum excoctum meros splendores ostendere solet, Ne. 4. 134.

Αὐδά, Dor. pro αὐδὴ, ῆς, ἡ. *sermo, oratio, vox.* αὐδὴ est *genus* humanæ vocis, ἀοιδὴ verò *species.*

Αὐδάω, fut. ήσω. *loquor articulatâ voce, ut homines solent.* est ab αὔω, i. e. φωνέω: et videri possit, inesse huic verbo alterum verbum δέειν, *ligare:* sed necesse non est; potiùs syllaba δα est epenthetica; et quia perfectum synonymum in omni Græciâ non datur, ideò hoc verbum determinatum est ad notandum *sonum humanum in loquendo.* αὐδάσομεν (pro αὐδήσωμεν) ἀγῶνα, Ol. 1. 12, ubi terminatio est Ionica; nam Ionibus in conjunctivo τὸ ω et τὸ ο, est indifferens; in medio verò est α Doricè. ἐνόρκιον αὐδάσομαι λόγον, Ol. 2. 166. i. e. ὀμνύσω.

Αὐερύω, *sursùm, et capite retrò, traho.* apud Pindarum compositè occurrit. ὅταν κραταίποδα αὐερύῃ Γαιαόχῳ, quando taurum robustum jugulet, retrò tracto capite, Neptuno, Ol. 13. 114, per syncopen pro ἀνερύῃ.

Αὖθι, adv. est ferè semper pro αὐτόθι, *ibi, hic.*

Αὖθις, adv. *rursus, postea, retrò.* apud Recentiores, οἱ αὖθις sunt *posteri, posteritas.*

Αὐλά, Dor. pro Αὐλὴ, ῆς, ἡ. *aula, area subdialis ad domum.* est ab ἄω, i. e. πνέω, a quo fit αὔω, nam ventis

est exposita aula, et liber ibi aër. solebat esse circumclusa sepimento et munimento. αὐλὴν πρὸς ὀλβίαν Ἡρακλέους, Ne. 4. 39, ad sedem felicem, i. e. Thebas. αὐλὴν εἰσῆλθε, Ne. 10. 29, regiam sedem.

Αὖλαξ, ακος, ἡ. *sulcus.* est ab ὁ αὐλὸς, quatenus is *omne arctum longum cavatum* notat.

Αὔλειος, α, ον. et ὁ, ἡ, αὔλειος, *ad aulam pertinens.* αὔλειαι θύραι notant januas domûs in aulam ferentes. Ne. 1. 29.

Αὐλὸς, ου, ὁ, proprie est *omne cavum oblongum et arctum*; est ab αὔω, i.e. βοάω, quia omnia ejusmodi oblonga στενώματα ad sonum faciendum apta sunt. hinc sunt οἱ αὐλῶνες, *angustæ viæ*, et διαυλωνίζοντα πνεύματα, *venti cum impetu se per arcta inferentes*: etiam ὁ μουσικὸς αὐλὸς, *tibia*, inde nomen habet. γλυκύς τε αὐλὸς ἀναπάσσει χάριν, Ol. 10. 114, i. e. ἐπιπάσσει, adspergit, ἐνστάζει. et ejusmodi musicus αὐλὸς circumscribitur, Py. 12. 43. s. et 33, sqq. ubi Minerva hoc instrumentum invenisse dicitur. ἀνόρσομεν αὐλὸν ἐπὶ αὐτὴν, sc. νίκην, Ne. 9. 19, excitabimus tibiam. αὐλοῖς ἐν Λυδίοις ἄπνυων, sonans tibiis Lydiis, Ol. 5. 45. ὁ Γίγγρης, ίως, et ὁ Γίγγρας, ου, dictus fuit Phœnicibus ὁ Ἄδωνις; hinc tibiæ species, in luctu ejus adhiberi solita, dicta est ὁ γίγγρος, ᾧ καὶ Κᾶρες ἐχρῶντο. evolve Athenæum si lubet.

Αὔξω, fut. ήσω. *augeo.* ὧν θεὸς αὔξει λόγον, quorum auget famam, Ne. 7. 47. αὔξομεν ἔμπυρα, cumulamus inferias, Ist. 4. 107. αὔξῃς, promoveas, Py. 4. 5. αὔξων πόλιν, Ol. 5. 8, amplificans urbem. αὔξοντες, Py. 10. 110, ubi additum synonymum, ὑψοῦ φέρειν, extollere. αὔξεται Μοῦσα, celebrior fit, Py. 4. 496. τὸ τερπνὸν, Py. 8. 132, ubi omissum ὡς. αὐξομένην γῆν, Ol. 7. 114, quæ excrescit e fundo maris, ἐγειρομένην. ab hoc verbo per paragogen est αὐξάνω. utriusque futurum verò, quasi ab αὐξάω, est αὐξήσω, cum temporibus inde descendentibus.

Αὖρα, ας, ἡ. et Ionicè ἡ αὔρη, ης. *aër leniter motus, spiratio aëris.* ab ἄω. νᾶσον ὠκεανίδες αὖραι περιπνέουσι, Ol. 2. 130, i. e. in mari sita est. ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσουσιν αὖραι, Ol. 7. 175, i.e. fiunt μεταβολαὶ τύχης. ψυχρᾶν φάρμακον αὐρᾶν, Ol. 9. 147, sc. ἡ χλαῖνα, pallium. σὺν νότου αὔραις, Py. 4. 361, i.e. σὺν πνοαῖς.

Ἀϋτὰ, Dor. pro ἀϋτὴ, ῆς, ἡ. *clamor.* in specie, *clamor pugnantium, prælium.* κίνδυνον ὀξείας ἀϋτᾶς, Ne. 9. 84, periculum acris pugnæ.

Αὖτε, adv. idem quod αὖ. αὖτε, *aber, endlich*, Ol. 2. 162. αὖτε ἐν χρόνῳ, in posteriore tempore, Py. 3. 172.

Αὐτίκα, adv. *deinceps, continuò, statim, mox, jam.* est ab ἵκω, *venio, eo*, et αὐτὸ, pro αὐθίκα, Ionicâ mutatione; quasi, *cum ipso adventu.* notat enim sæpè idem quod νῦν, *in præsenti*, unde et est, τὸ παραυτίκα, *præsens.* ἔννεπε τίς αὐτίκα, indicavit ilico aliquis, Ol. 1. 75. σαίνειν, statim abblandiri solent, Ol. 4. 8. ἐξ ὀνείρου αὐτίκα ἦν ὕπαρ, Ol. 13. 94, ex somnio statim erat veritas. τάφε δ' αὐτίκα, ilico conterritus est, Py. 4. 168. alibi τὸ αὐτίκα etiam notat, *exempli causâ, verbi causâ.*

Αὖτις, adv. *rursus, retrò.* αὖτις est Ἰωνικὸν, αὖθις verò κοινόν. utrumque plerumque est, πάλιν, εἰς τὸ ὀπίσω.

Αὐτόθεν, *inde, ex eo loco, ex eodem loco.*

Αὐτόθι, adverbium loci, *ibi, hic.*

Αὐτόματος, η, ον. et Atticè, ὁ, ἡ, αὐτόματος. *proprio impulsu agens.* ab αὐτὸς et μάω, *cupio, studeo, nitor.* αὐτομάτῳ κελάδῳ, Py. 4. 107, non præmeditatâ, nec ad quæstionem

interrogantis præaptatâ, sed spontaneâ voce.

Αὐτόρρυτος, ου, ὁ, ἡ. *spontè fluens.* ἀπὸ χρυσοῦ, Py. 12. 30, i.e. αὐτομάτως ῥέοντος; et sermo est de aureâ pluviâ Danaës.

Αὐτὸς, ἡ, ὁ. *ipse.* αὐτοῦ, sc. Αἴαντος, Ist. 4. 64. αὐτῶ, genit. Doricus, Ol. 13. 130, ubi tamen et in Dativo legi potest, αὐτῷ. αὐτῷ, ab eo, Hercule, Ol. 3. 33. τῷ αὐτῷ, eidem, Ist. 4. inscr. αὐτόν τέ νιν, eum ipsum, Ol. 6. 21. αὐτὸ, sc. τὸ φιλῆσαι νόῳ, Ne. 7. 131. αὐταῖς, sc. ἡμιόνοις, Ol. 6. 45; et pertinet ad ἀναπιτνάμεν. περὶ αὐτᾶς, pro ἑαυτῆς, Py. 4. 472. αὐταῖς, sibi ipsis, Py. 9. 108. τωὔτ', Ol. 1. 71, pro, τὸ αὐτό. τωὐτοῦ μηνὸς, Ol. 13. 52, pro, τοῦ αὐτοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν μῆνα. αὐτόθεν, ex ipsis, Ne. 3. 113.

Αὐτόφυτος, ου, ὁ, ἡ. *spontè excrescens et enascens.* αὐτοφύτων ἑλκέων, Py. 3. 83, spontè enatorum ulcerum, αὐτομάτων.

Αὐχὰ, Dor. pro αὐχὴ, ῆς, ἡ. *gloriatio, jactantia.*

Αὔχημα, ατος, τὸ. *gloria, gloriatio.* ὀπισθόμβροτον αὔχημα δόξης, Py. 1. 180, post mortem homines sequens gloria famæ.

Αὐχὴν, ένος, ὁ. *cervix.* dicitur quasi αὐχμὴν, extruso μ, ob euphoniam. nam nisi id μ subesset, deberet αὐχὴν in obliquis suum η tenere. est igitur ab αὔω, *sicco;* et propriè ponitur de cervicis durâ parte. ἐξέπεμψας παλαισμάτων αὐχένα καὶ σθένος, Ne. 7. 107, luctationibus exemisti cervicem tuam, i. e. certamen finîisti victor. μάρψαις ὄφιας αὐχένων, Ne. 1. 67, prehendens angues cervicibus. δήσαις βοέοις ἔντεσιν αὐχένας, Py. 4. 418, quum religâsset cervices taurorum bubulis instrumentis, i. e. loris.

Ἄὔω, et **αὔω,** fut. ἀὔσω. *clamo magnâ voce.* et regit accusativum personæ ad quam clamatur. οὐκ ἔστι πόλις, ἥτις οὐ Πηλέος ἀΐει κλέος, quæ non resonet famam celebrem Pelei, Ist. 6. 36. Περσεὺς, ὁπότε τρίτον ἄὖσε κασιγνητᾶν μέρος, Py. 12. 20, tertiam sororum partem, (i. e. tertiam sororem) inclamavit, i. e. pugnando vicit. nam αὔω notat et, *clamorem in pugnâ edo, aggredior pugnando, et supero.* unde ἀϋτὴ est *pugna:* nam in præliis antiquorum valdè clamabatur.

Ἀφαιρέω, et **ἀφαιρέομαι,** fut. ήσομαι. *aufero.* Ist. 1. 86, aufert.

Ἀφάνεια, ας, ἡ. *quando quid non lucet aut conspicitur; obscuritas.* ἀφάνεια τύχης, incertitudo eventûs et fortunæ, Ist. 4. 52.

Ἄφαντος, ου, ὁ, ἡ. *qui monstrari et ostendi non potest; qui disparuit; qui non animadvertitur.* ἄφαντος ἔπελες, non conspicuus eras, non incurrebas in oculos aliorum, Ol. 1. 72. ἄφαντον βρέμει, non animadversum murmurat, Py. 11. 46, i. e. murmurat pauper de paupertate suâ, sic tamen, ut nemo id curet, aut animadvertere velit. τῶν ἀφάντων κῦδος ἀνατείνει, extollit famam et gloriam obscurorum hominum et humilium, Ne. 8. 58.

Ἄφαρ, adv. *statim, continuò, deinceps.* est ab ἅπτω, perf. ἧφα, et Æolicâ mutatione spiritûs: quasi συναπτῶς. ἔπεμπε δράκοντας ἄφαρ, immisit dracones statim, Ne. 1. 60. λαιψηροῖς πόδεσσιν ἄφαρ ἐξικέσθην, Ne. 10. 118, velocibus pedibus statim accesserunt.

Ἀφαρητίδαι, ων, οἱ. sunt filii τοῦ Ἀφαρέως, Idas et Lynceus, quos memorat Pindarus, Ne. 10. 121.

Ἄφατος, ου, ὁ, ἡ. *qui dici non potest.* ἀφάτων μελέων, Ne. 1. 70, e membris infandis, et quorum diritas satis prædicari nequit.

᾿Αφαυρὸς, οῦ, ὁ, ἡ. *exsiccatus, infirmus.* ab αὔω, Atticè αὔω, *sicco*, et ἀπό. ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι καὶ ἀφαυροτέροις, Py. 4. 485, i. e. ἀσθενεστέροις, et est dativus ad ῥᾴδιον; vel ignavis et ignobilioribus facile est urbem concutere et turbare; sed in bonum statum redigere, non nisi optimis concessum.

᾿Αφέλω. *aufero, demo.* ἀφελεῖν μῆνιν, auferre iram, Py. 4. 282. et 387, ἀφέλοιτο Μηδείας αἰδῶ τοκήων, auferret Medeæ reverentiam parentum.

῎Αφθιτος, ου, ὁ, ἡ. *quod non corrumpitur, non absumitur, non perit.* ἄφθιτος Ζεὺς, immortalis Jupiter, Py. 4. 518, quanto magis tu, mortalis. et 58, ἀφθίτου Ἐννοσίδου παῖς, filius Neptuni immortalis, ἀφθάρτου. ἄφθιτον αὐτὸν ἔθεσαν, Ol. 1. 101, immortalem eum fecerunt. βίοτον, Ol. 2. 53, vitam immortalem. σπέρμα Λιβύης, Py. 4. 74, immortale semen Libyæ: ubi sic vocat glebam eam, datam in symbolum certissimæ possessionis futuræ. στρώμνην ἄφθιτον, Py. 4. 410, ubi sic vocat vellus aureum; et στρώμνην, quia vellera ovium solebant substerni dormituris. ὄπιν θεῶν, Py. 8. 101, providentiam deorum immortalem, cujus consilia nunquam pereunt irrita. ἐς ἄντρον, Ist. 8. 89, quia in petrâ.

᾿Αφθονία, ας, ἡ. *largitas, non malignè prædita copia.* Ne. 3. 14. sicut et adverbium ἀφθόνως notat, *largiter, benignè.*

῎Αφθονος, ου, ὁ, ἡ. *non invidus, non malevolus.* ἀφθόνων ἀστῶν, Ol. 6. 10, vir habens laudes civium non malevolorum. ἄνδρα ἀφθονέστερον (κατὰ) χεῖρα, virum benigniorem, quod attinet manum ejus, Ol. 2. 172. deinde notat et, *multus, largus.*

᾿Αφθονάτος, Dor. pro ἀφθονήτος, ου, ὁ, ἡ. *invidiæ non obnoxius.* αἶνος, laus cui non invidetur, Ol. 11. 7. ἀφθόνατος ἔπεσι γένοιο, ὦ Ζεῦ, Ol. 13. 35, ne sis malevolus carminibus meis; μὴ νεμεσήσῃς ἐπὶ τοῖς ὕμνοις μοῦ. apparet, hoc nomen etiam notare *benignum, largum, benevolum,* sicut ἄφθονος.

᾿Αφίημι, fut. ἀφήσω. *dimitto, emitto, projicio.* dicitur et ἀφέω, fut. ἀφέσω. μῆλά σοι ἐγὼ ἀφίημι, pecudes tibi relinquo, Py. 4. 264.

᾿Αφικνέομαι, vel ἀφίκομαι, fut. ἵξομαι. *devenio, pervenio, advenio.* ἀφίκοντό οἱ, Ol. 9. 101, advenerunt ei. ἀφίξεται, effugiet, Py 8. 75. μή μιν ἀφίξεσθαι, non ad eum perventuras esse vos, O Musæ, Ol. 11. 19.

᾿Αφίστημι, fut. ησω. *longè statuo vel sto, absisto.* ἀφίσταμαι, Ol. 1. 84, i. e. μακρὰν καὶ πόρρω γίνομαι τοῦ τοιαῦτα λέγειν περὶ θεῶν. ἀφίστανται Μοῖραι, Py. 4. 258, aversantur id Parcæ.

᾿Αφνεὸς, οῦ, ὁ, ἡ. *opulentus.* ἀφνεὸς πενιχρός τε θανάτου παρὰ σῆμα νέονται, Ne. 7. 27, dives ac pauper mortis ad signum et monumentum abeunt. ἀφνεὰν ἑστίαν, Ol. 1. 16, nam τὸ ἱπποτροφεῖν, divitum tantum et nobilium esse poterat. ἀφνεαῖς κορυφαῖς πολέων, Ne. 1. 22, opulentis urbibus. hinc comparativus est ἀφνεώτερος.

῎Αφοβος, ου, ὁ, ἡ. *interritus, impavidus.*

῎Αφρων, ονος, ὁ, ἡ. *sine mente et cogitatione rectâ.* [at Dammius, Py. 8. 105. legit] πεδάφρων, Æolicè pro μετάφρων, *qui post sapit, qui serò sapit.* πολλοῖς πεδαφρόνων, multis tardè sapientibus.

῎Αφυκτος, ου, ὁ, ἡ. *quod effugi nequit.* ἀφύκτῳ χειρὶ, manu suâ quam nullus hostis effugiebat, Ist. 8. 140. ἀφύκτοις χερσὶν, manibus, ex quibus effugium deprehenso non

erat, Ne. 1. 68. ἀφύκτοις γυιοπέδαις ἐμπεσὼν, Py. 2. 75, incidens in vincula non evitabilia.

Ἀφώνητος, ου, ὁ, ἡ. *non loquens clarâ voce.* ἄχει, tacito dolore, Py. 4. 422.

Ἄφωνος, ου, ὁ, ἡ. idem ferè. ἄφωνοι, Py. 9. 173, sine voce palam missâ.

Ἄχθος, εος, τὸ. *onus, moles, molestia.* ἄχθος δίδυμον μεθέπων νώτῳ, Ne. 6. 99. onus geminum subiens dorso.

Ἀχιλλεὺς, έως, ὁ. Pelei filius, nepos Æaci, et mater ejus Thetis, dea maris. instituitur a Chirone, Py. 6. 20, sqq. Ἀχιλλεῖ Πάτροκλος, Ol. 10. 22, nam Patroclus vicit armis Achillis. Mater eum transtulit in Insulas Beatorum, Ol. 2. 143. Cæterùm adeò in pretio fuit Græcis hoc nomen, ut omne grandius et præstantius vocarent Ἀχίλλειον. sic et Ἀχίλλειαι κριθαὶ sunt *hordea majora et meliora,* Aristoph. Equites, 816.

Ἄχνυμαι, *angor, gemo.* τὸ δὲ ἄχνυμαι, id vero doleo, Py. 7. 18. ἀχνύμενος θυμὸν, Ist. 8. 9, mœstus animo. non semper autem *luctum,* sed *iram* aut *indignationem,* indicat hoc tristitiæ verbum.

Ἄχος, εος, τὸ. *mœror, tristitia magna;* item, *id, quod mœrorem nobis conciliat.* est ab α priv. et χάω vel χαίνω, *hisco, os aperio,* quia magnus animi dolor vocem præcludit. ἴυξεν δ' ἀφωνήτῳ ἄχει, ingemuit tacito dolore, Py. 4. 423. ἄλλον ἀλλοίων ἀχέων ἐξῆγεν, alium ex aliis doloribus eduxit, Py. 3. 90, i.e. νόσων, ex morbis.

Ἀψευδὴς, έος, ὁ, ἡ. *non mentiens, non falsus.* ἀψευδεῖ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν, Py. 1. 167, in incude veraci forma linguam, ἐν φιλαλήθει.

Ἀὼς, Dor. pro Ἠὼς, όος, οῦς, ἡ. *aurora.* deinde et *tempus matutinum usque ad meridiem;* denique, *orientis regio.* est ab ἄω vel αὔω, i.e. *splendeo,* quatenus id verbum simul exprimit *lætum sonum ob adventantem lucem.* Atticè dicitur ἡ ἕως, τῆς ἕω, Doricè ἡ ἀὼς, Æolicè ἡ αὔως. ab Attico ἕως est ἑῷος, ut ab ἠὼς est ἠῷος, et Ionicè ἠοῖος. Ἀοῦς παῖδα, Ol. 2. 148, i.e. Memnonem, ex Tithono genitum, occisum ab Achille ad Trojam.

Ἀωσφόρος, Dor. pro ἠωσφόρος, ου, ὁ, ἡ. *auroram adducens.* substantivè sic vocatur Lucifer, stella illa matutina, ante auroram oriens, eamque quasi ferens. θαητὸς, Ist. 4. 40, Lucifer conspicuus et admirabilis.

Ἄωτος, ου, ὁ. nonnunquam et τὸ ἄωτον, ου. *flos.* ut ab εἴδω fit εἴδωλον, sic ab ἄω, *spiro,* fit ἄωτον, per paragogen. deinde metaphoricè *omne præstantissimum in suo genere* dicitur ὁ ἄωτος τούτου, sicut Romani etiam *florem* suum ponunt. e.c. Juvenal. v. 56, *flos Asiæ ante ipsum.* ναυτᾶν ἄωτος, Py. 4. 335, i.e. præstantissimi nautæ: et sic vocat Argonautas. ἄωτος ὕμνων, optimi hymni, Py. 10. 82. ἕπεται λόγῳ δίκης ἄωτος, Ne. 3. 50, ubi δίκης ἄωτος est ἡ ἀλήθεια; consentaneus est rationi flos justitiæ, i.e. veritas est rationi consentanea. ἀγλαΐζεται δὲ καὶ μουσικῆς ἐν ἀώτῳ, Ol. 1. 23, i.e. ἐν ἐξαιρέτοις μέλεσι τῆς μουσικῆς, ornatur poësi lyricâ, quam Pindarus florem rei musicæ dicit. ἵππων ἄωτον, Ol. 3. 6, i.e. ἵππων κόσμον ἐξαίρετον. ὑψηλᾶν ἀρετᾶν καὶ στεφάνων, ἄωτον γλυκὺν, Ol. 5. 2, i.e. ὕμνον ἐξαίρετον. φράσαι χειρῶν ἄωτον, Ol. 8. 99, i.e. hymnum ex victoriâ manuum partum. δρεπὼν ἱερὸν εὐζωΐας ἄωτον, Py. 4. 233, præstantissimam beatitatem. Ἰσθμιάδων δρέπεσθαι (decerpere) κάλλιστον ἄωτον, Ne. 2. 14, i.e. victoriam Isthmicam. γλώσσης ἄωτον,

Ist. 1. 75, optimum dicendi genus. ἄωτοι στεφάνων, præstantissimæ coronæ, Ol. 9. 30. ὁ, ἡ, ἄωτος est longè alia vox, *sine auribus*, a τὸ οὖς, ὦτος. et inde sunt οἱ ἄωτοι, i. e. νωχροί. noster ὁ ἄωτος, *flos suaviter spirans*, (non verò quivis flos,) metaphoricè notat τὸ ἄκρον καὶ ἐξαίρετον, cujusvis rei bonæ.

B.

Βαθμὶς, ίδος, ἡ. *gradus*. it. *basis*. αἰῶνος ἄκραν (gen. plur. Dor. pro ἄκρων) ἀπὸ βαθμίδων, Py. 5. 80, a primis gradibus vitæ, ἀπὸ ἀρχῆς τοῦ βίου. ἐπὶ αὐτῆς βαθμίδος ἑσταότα ἀγάλματα, Ne. 5. 3, super eâdem basi stantia signa.

Βάθρον, ου, τὸ. *gradus, sedes, fundamentum*. πολίων (urbium) ἀσφαλὲς βάθρον, Ol. 13. 7, securum stabilimentum, i.e. θεμέλιον, ἐφ' οὗ πᾶσα πόλις ἀσφαλῶς βέβηκε.

Βαθύδοξος, ου, ὁ, ἡ. *multâ gloriâ insignis*. Py. 1. 127.

Βαθύζωνος, ου, ὁ, ἡ. est epitheton pulchrè cinctæ fœminæ, a βαθὺς, *altus, profundus*. nimirùm lata illa zona, a pectore ad femora, faciebat ut mammæ eminerent, et ut appareret, fœminam non esse brevi latere. prisci orbis mulieres valdè φιλοτίμως εἶχον, οὕτω ζώννυσθαι: et quia ista medii et infimi ventris cinctura erat pars magna ornatûs; hinc est in genere pro, εὐκόσμητος. κόραι Μνημοσύνης, i.e. Μοῦσαι, Ist. 6. 109. hic usus Pindaricus satis refutat eos, qui τὸ βαθύζωνον barbaricum opinati sunt esse. est potiùs eximiæ pulchritudinis et venustatis in corpore fœmineo epitheton.

Βαθύκολπος, ου, ἡ. est epitheton fœminæ aptâ corporis figurâ præditæ circa pectus. *altis uberibus*. Pindarus de Musis, Py. 1. 23, Μουσᾶν βαθυκόλπων: quod epitheton et Zenodotus de Musis adhibuit.

Βαθύκρημνος, ου, ὁ, ἡ. *altas et profundas ripas habens*. ἀκταῖς, Ne. 9. 95, ubi sermo est de Heloro, fluvio Siciliæ. βαθυκρήμνου ἁλὸς, Ist. 4. 96, maris in præceps profundi.

Βαθυλείμων, ωνος, ὁ, ἡ. *ampla vireta habens*. nam βαθὺς in genere est, *amplus, vastus, magnus*. ὑπὸ βαθυλείμωνα πέτραν, ad petram, circa quam ampla et valdè viridis est planities, Py. 10. 23, in quâ certamina celebrabantur.

Βαθύμαλλος, ου, ὁ, ἡ. *denso et multo vellere obsitus*. nam βαθὺς, in compositione, auget rem.

Βαθυμήτης, ου, ὁ, ἡ. *alto consilio*. βαθυμῆτα Χείρων ἔτραφε Ἰάσονα, Ne. 3. 92, prudentissimus Chiron educavit Jasonem: et terminatio est ut in μητιέτα, ubi syllaba finalis ης euphonicè mutata est in α.

Βαθυπέδιος, ου, ὁ, ἡ. *magnam planitiem habens*. ἐν Νεμέᾳ, Ne. 3. 30, nam βάθυ in compositis *magnum* denotat. possit tamen et de *planitie montibus cinctâ* intelligi.

Βαθυπόλεμος, ου, ὁ, ἡ. *valdè pugnax, bello potens et conspicuus*. Ἄρεος, Py. 2. 2, bellicosi Martis. nam βαθὺ, in compositione, *magnitudinem et plenitudinem justam* denotat.

Βαθὺς, εῖα, ύ. *altus*; it. *crassus, plenus*. est a βάω, et βατός. βαθὺν ἐς ὀχετὸν, Ol. 10. 46, profundum in gurgitem. βαθὺν κλῆρον, Ol. 13. 87, magnas opes, densas possessiones, μεγάλην κληρονομίαν. ἐς κίνδυνον βαθὺν, Py. 4. 368, ad ingens periculum. βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν, Ol. 2. 99, profundam curam, altos recessus habentem, συνετὴν, prudentem. κέλευθον ἁλὸς, viam profundam maris, Py. 5.

118. ἦν δὲ κλέος βαθὺ, Ol. 7. 98, fama et gloria ingens, μέγα, πολλὴ δόξα. βαθὺ χρέος, Ol. 10. 10, magnum debitum. ἐσθλὸν βαθὺ, Ol. 12, 17, ingens bonum. σκινῆς βαθὺ ὀχούσης πόνον, Py. 2. 145, funiculum profundè sustinente, et gestante laborem illum.

Βαθύστερνος, ου, ὁ, ἡ. *lato et magno pectore.* χθόνα, Ne. 9. 59, terram amplâ superficie. nam βαθὺ in compositis *magnitudinem* et *amplitudinem* notat.

Βαίνω, fut. βήσω. *ire facio, duco. scando, descendere facio, eo.* βάσομεν (pro βήσωμεν, a. 1. conj. et βα Doricè, σο Ionicè; nam Ionibus τὸ ο et ω in conjunctivo primæ pluralis est indifferens) δίφρον, Ol. 6. 40; et est ibi notio activa: ire faciamus, ducamus. βέβηκε, Ist. 4. 71, ire solet. ἔβαινον, Ist. 2. 3, ascendebant. βαίνων ἀσθενεῖ χρωτὶ, Py. 1. 107, gradiens infirmo corpore, βαδίζων. βαῖνον ῥῆμα ἄγχιστα τῆς ἀληθείας, Ist. 2. 16, verbum proximè ad veritatem accedens. βαίνουσα ἐστιν, Ne. 10. 34, est incedens. ἔβαν (Dor. pro ἔβην) ἐπίκουρος, Ol. 13. 137, i. e. ἦλθον, veni administer. ἔβα (pro ἔβη) κόρος αἶνον, Ol. 2. 173, sequitur satietas laudem; i.e. ἐπὶ τὸν αἶνον τοῦ Θήρωνος· ἢ, τὸ ἐκ τῶν μεγάλων εὐεργεσιῶν γινόμενον αὐτοῦ θαῦμα, ἐπῆλθε κόρος καὶ φθόνος. κατὰ τῶν ἐπαίνου ἀξίων καλῶν τοῦ Θήρωνος ἐκινήθη ὕβρις ἀπὸ ἀγανακτήσεως. ἔβη πρὸς στάθμην, Py. 6. 45, ingredi solet ad regulam. ἔβην ἕτοιμος, Ne. 4. 120, venio paratus. ἔβα pro ἔβη, Ne. 11. 44. ἔβαν pro ἔβησαν, per syncopen, Ol. 2. 64. ἄλλα ἀγαθῶν ἔβαν ἐπὶ ἄλλον, Ol. 8. 16, alia bona ad alium proficisci solent. ἔβαν, Py. 4. 321, venerunt. πρὸς πόλιν, Py. 9. 184, profecti sunt. ἐς μυχὸν θαλάμου, Ne. 1. 62, irrepserunt, sc. serpentes. αὐτὴν ἐναλίᾳ βᾶμεν (Dor. pro βημέναι vel βῆναι) σὺν ἅλμῃ πεύθομαι, Py. 4. 69, audio, eam abiisse unà cum fluctu marino.

Βαιὸς, ὰ, όν. *paucus, parvus, exiguus.* est a βάω et βαίνω. *quod unum tantum gradum quasi habet.* βαιὰ ἐν μακροῖς ποικίλλειν, ἀκοὴ σοφοῖς, Py. 9. 134, parvula et unius tantum argumenti, in prolixis sententiis ornatè efferre, jucunda est auditio doctis: simplicia ornatè pingere et dilatare posse.

Βάλλω, fut. 2. βαλῶ. *jacio, projicio.* it. *ictu vel jactu contingo.* futurum primum fit a βολέω, fut. βολήσω, et per syncopen βλήσω. τίνα βάλλομεν, sc. σκοπὸν, Ol. 2. 161, quem scopum ferio, i. e. quemnam ὀλυμπιονίκην celebrabo? τίνα τοξεύωμεν, i. e. ἐγκωμιάζωμεν. βάλλων στρατὸν γυναικεῖον, Ol. 13. 126, Amazonas sagittis incessens. ὕπερθε βάλλων, i. e. ἐξαίρων, Py. 8. 109, sursum extollens: cujus opp. est καταβαίνων, descendere faciens, deprimens. εἰ γὰρ οἴκοι (in Laconiâ) νιν (glebam illam) βάλε, projecisset, deposuisset, Py. 4. 77, in terram suam jecisset. βάλεν, immisit, Py. 9. 20. ἔβαλε τὸν ὕμνος, feriit laude, Ne. 3. 115; quasi hymnus esset jaculum. βάλον πνοὰς, projecerunt spiritum, ἀπέβαλον, i. e. ἀπέθανον, Ol. 8. 51. οὐδὲ ὑπὸ κέρδει βάλον, Ne. 7. 26, non abjicere solent præ lucri cupiditate; non lucro postponunt. ἔβαλον ἐξ ἀγαθῶν, Ne. 11. 39, ejicere solent ex bonis. βαλεῖν κεφαλῆς, Ol. 1. 93, rejicere a capite, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἀπώσασθαι. conf. μενοινᾷν. βαλεῖν ἔξω ἀγῶνος, Py. 1. 85: conf. ἀγών. καί τινα ἀελπτίᾳ βαλὼν, Py. 12. 55, quum aliquem etiam desperatione percusserit. καιρὸν οὐ ψεύδει βαλὼν, Ne. 1. 28, tempore in mendaciis narrandis non consumto; οὐδαμοῦ τῷ καιρῷ πρὸς ψεῦδος χρησάμενος. vel, τοῦ καιροῦ τῇ ἀληθείᾳ τυχὼν,

opportunitatem hanc narrandi non mendaciis destinatis attingens. πρὸς ἐσχατιαῖς ὄλβου βάλλεται ἄγκυραν, Ist. 6. 18, i. e. ad summam felicitatem pertingit. βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων, Py. 4. 245, jecit fundamentum sapientum verborum. ἀρχαὶ δὲ βέβληνται, Ne. 1. 11, initia jacta sunt: et sensus est; ἀρχαὶ τῶν ἀγωνισμάτων βέβληνται δαιμονίαις ἀρεταῖς θεῶν, σὺν κείνου ἀνδρὸς ἀρεταῖς, ita ut divinum auxilium conjungatur cum virtute humanâ. nam omnia ab hominibus rectè facta θεοῖς ἀνάπτει poëta piissimus; sicut et Homerus. a βάλλεσθαι sunt et αἱ βαλβῖδες dictæ, a quibus currentes in stadio conjiciebant se in pedes, quas Romani vocant *carceres*.

Βᾶμα, Dor. pro βῆμα, ατος, τὸ. *passus, gressus.* βάματι ἐν πρώτῳ, Py. 3. 75, i. e. ἐν ἑνὶ βήματι ἀπὸ Πυθῶνος εἰς Θεσσαλίαν.

Βάρβαρος, ου, ὁ, ἡ. *homo non rectè nec sonorè loquens, malè pronuncians verba.* est a βάζειν; sed intersertum ρ cum repetitione syllabæ, magis exprimit duritiem sermonis et oris, *durilinguis*. βάρβαρος πόλις, Ist. 6. 35, urbs barbara, i.e. non Græcâ elegantiâ loquendi et exercendi se expolita.

Βαρύγδουπος, ου, ὁ, ἡ. *valdè gravem sonum faciens.* est epitheton Jovis, ob tonitrua; Ol. 6. 138. 8. 58. ἀνέμων, Py. 4. 373.

Βαρύκομπος, ου, ὁ, ἡ. *gravem et terribilem sonum edens.* λέοντες, Py. 5. 76, dentibus frendentibus terribiles leones.

Βαρύκτυπος, ου, ὁ, ἡ. *graviter sonans et quatiens.* nam βαρὺ non solùm de *pondere* dicitur, cui opp. τὸ κοῦφον, sed et ἐπὶ φωνῆς (de *voce*) cui opp. τὸ ὀξύ. est epitheton Neptuni apud Pindarum, ob fragorem quem mare commotum edit.

Βαρυλόγος, ου, ὁ, ἡ. *gravia dicens.* Ἀρχίλοχον βαρυλόγοις ἔχθεσιν πιαινόμενον, Py. 2. 100, Archilochum maledicis odiis impinguatum, i. e. ditatum, divitem factum per maledicentiam.

Βαρύνω, fut. υνῶ. *gravo, molestiâ gravi afficio, potenter vexo.* ἀκοὴ θυμὸν βαρύνει, molestat animum, Py. 1. 162. βάρυνθεν (pro ἐβαρύνθησαν) περισσὰ Δελφοὶ, Ne. 7. 63, Delphici supra modum indignabantur.

Βαρυόπας, Dor. pro βαρυόπης, ου, ὁ. *graviter sonans, gravisonus.* βαρυόπαν πρύτανιν, Py. 6. 24, grave sonantem præsidem, fulminum sc. i. e. Jovem tonantem.

Βαρυπάλαμος, ου, ὁ, ἡ. *gravi manu agens.* λόχον, insidias atroci manu factas, Py. 11. 37, et sermo est de Clytæmnestrâ, quæ ex insidiis mactavit maritum suum unà cum innocenti Cassandrâ. Schmidius legit χόλον, minus benè, ut videtur.

Βαρὺς, εῖα, ύ. *ponderosus, gravis.* it. activè, *potens, multa efficere valens.* est composita vel deducta vox ab ἡ βία, *vis*, et αἴρω, *tollo; quod tollitur viribus adhibitis;* aut, *quod vi tollit rem et mittit.* ἔστι κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι, Ne. 10. 38, satietas hominum gravis est, occurrere ei. ὀνοτὸς μὲν ἰδέσθαι, συμπεσεῖν δὲ αἰχμᾷ βαρὺς, Ist. 4. 86, visu quidem contemtibilis, sed in certamine gravis est adversario.

Βαρυσφάραγος, ου, ὁ, ἡ. *valdè tonans, et sonans graviter.* πατρὶ, Ist. 8. 47, i. e. Jovi. idem dicitur ἐρισφάραγος, i. e. πολύηχος.

Βαρύφθογγος, ου, ὁ, ἡ. *gravisonus.* οὐ φείσατο βαρυφθόγγου νευρᾶς, Ist. 6. 50, Hercules non pepercit nervo arcûs horrisono.

Βάσανος, ου, ἡ. *lapis Lydius,* quo

aurum argentumque exploratur; deinde in genere, *examinatio*, δοκιμασία: est a φάω, *apparere facio*, quasi φάσανος. χρυσὸς ἐν βασάνῳ, Py. 10. 106, ubi deest particula comparandi, ὡς, sicut. sic Sophoc. in Œd. Tyr. (p.m.79, edit. Brubach.1544.) βάσανον ponit pro λογισμῷ, κρίσει. δοῦναι βασάνῳ, Ne.8.34, dare examini et judicio, ad liquidam explorationem.

Βασίλεια, ας, ἡ. *regina.* et sic Atticè dicitur, sicut et ἡ βασιλὶς, ίδος: aliàs et ἡ βασίλισσα et βασίλιννα. ἀοίδιμοι, celebres famâ, Ol. 14. 3. sed Ne. 1. 59, Schmidius legi jubet βασιλίς. cæterùm αἱ βασιλίδες erant et, species ὑποδημάτων. et ἡ βασιλίνδα erat lusus quidam, faciens regem. τὸ ἐπταβασίλειον erat species *pretiosi unguenti.*

Βασιλεὺς, έως, ὁ. *rex, princeps.* nomen est ab ἵλαος, *propitius velut numen;* nam Principes sunt loco Dei, ad benefaciendum et invigilandum populis; et βάω (unde βαίνω, *gradior*, et βάζω, *loquor*,) quia cum providâ clementiâ præit et ductat suos, et suadet oratione utilissimum quodque. βασιλεὺς, princeps domûs suæ, Ol.6.79. ναοῦ, præses templi Delphici, Py. 3. 49. ὃς ἄρχει ναὸς, qui præest huic navi, Py.4.408. πόλεων, urbium, Py. 5. 19. χειρὶ καὶ βουλαῖς ἄριστος, præstantissimus manu et consiliis, Ne. 8. 13. βασιλεῖ ἔπειτα, futuro regi, Py. 1. 116. οἰωνῶν, i. e. aquilam, Ol.13.30. βασιλεῦ, Ol. 13. 96, dormis, ô rex? βασιλεῦσιν κορυφοῦται τὸ ἔσχατον, Ol. 1. 182, i. e. in supremâ sunt eminentiâ. βασιλεῦσιν, i. e. Hieroni et filio ejus et nepotibus, Py. 1. 132.

Βασιλεύω, fut. σω. *sum rex.* βασιλεύημεν, Ionicè pro βασιλεύειν, Py. 4. 295. βασιλευομένην, quæ regitur a rege, Py. 4. 189.

Βάσις, εως, ἡ. *gressus.* φόρμιγγος ἀκούει ἡ βάσις, Py. 1. 4. incessus saltantium; ὁ χορὸς obedit citharæ.

Βᾶσσα, Dor. pro βῆσσα, ης, ἡ. *saltus.* est a βάω. fut. βήσω: et notat propriè, *ejusmodi saltum, ubi feræ multæ vagantur et errant.* videtur esse id, quod in sacris libris vocatur ἔρημος, *eine wüste*, i.e. locus non necessariò arboribus condensus, non tamen agriculturâ frequens, sed pascuis pecudum et feris relictus. notat et *campum planum incultumque*, ubi licet liberè βῆναι.

Βάσσος, ου, ὁ. unde est patronymicum Βασσίδης, ου, ὁ, ἡ. Ne. 6. 53. sed ibi meliores legi jubent Βουδίδαισι, ab ὁ Βουδίων, ωνος, qui fuit nobilis Ægineta, a quo familia illustris in illâ insulâ, per syncopen pro ὁ, ἡ, Βουδιωνίδης, dicta Βουδίδης, vel et, mutato δ, Βουτίδης.

Βαστάζω, fut. άσω. *in altum procedere facio, extollo.* a βάω. in genere, *porto, manibus tollo.* Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, Ol. 12. 27, i.e. ὑψοῖς καὶ ἐπαίρεις τῇ δόξῃ, μεγαλύνεις, extollis: ubi est metaphoricè. τὸν μὲν ἡμέραις βαστάζεις χερσὶ, ἕτερον δὲ ἑτέραις, Ne. 8. 5, hunc mitibus excipis et tollis manibus, alium vero aliis, i. e. non mitibus et mollibus. φόρμιγγα βαστάζων, Py. 4. 527, Citharam manibus gerens, μουσικευόμενος. χρὴ κωμάζοντα βαστάσαι χαρίτεσσι, Ist. 3. 14, oportet lætum victorem extollere gratis modis, evehere et quasi sublimem portare manibus, μετεωρίσαι, ὑψῶσαι.

Βατία, ας, ἡ. *rubetum. locus ubi multi et densi sunt rubi.* ἐν βατίᾳ, Ol. 6. 90, i. e. ἐν βατοῖς.

Βάττος, ου, ὁ. Conditor Cyrenes in Libyâ. Hic primus vocabatur antea Ἀριστοτέλης; sed postea, quia sermone Libyco Βάττος idem notabat quod ὁ βασιλεὺς, commune id nomen regum eorum factum est. Py. 4. 10, sc. ἔσσεσθαι. et 94, ubi is

Battus innuitur. et 499; nam ejus aula regia erat Cyrenaïcâ.

Βέλος, εος, τὸ. *omne telum quod conjicitur; quo jacto configere quid conamur. quicquid emittitur eminùs figendi causâ.* βέλος, Ol. 1. 180, i. e. vim poëticam validam. πυρπάλαμον βέλος Διός, Ol. 10. 96, i. e. τὸ ἔμπυρον, τὸν κεραυνόν. ἄτλητον βέλος, terror intolerabilis, Ne. 1. 71; ubi tamen alii legunt δέος: sed præstat nostra lectio, utpote poëtâ dignior. πολλά μοι ὠκέα βέλη, Ol. 2. 150, ubi sic vocat poëticas suas inventiones: et φαρέτρα ibi est ἡ διάνοια. βέλεα καρτύνειν, Ol. 13. 135, firmiter intendere. ἐξ ἀθέων βελέων μητρυιᾶς, Py. 4. 288, i. e. ἐπιβουλῶν, ex impiis ejus insidiis. et 380, ὀξυτάτων πότνια, i. e. Venus, domina telorum cupidinis et amorum. ἐκ βελέων δαϊχθεὶς, Py. 6. 33, a sagittis saucius.

Βένθος, εος, τὸ. *altitudo, profunditas.* βένθεσιν ἐν ἁλμυροῖς, Ol. 7. 105, in salsis profunditatibus.

Βία, ας, ἡ. *vis, vigor.* ponitur et in malo sensu, ut notet *vim* ἄδικον. si de magnis heroïbus aut principibus sermo est, multùm robore aut potentiâ pollentibus, ponitur βία cum genitivo nominis proprii, aut cum adjectivo ex eo nomine proprio. Κόλχοις βίαν ἔμιξαν, Py. 4. 378, i. e. προσέμιξαν αὐτοῖς τὴν ἑαυτῶν βίαν, i. e. ἑαυτοὺς, et est idem ac παρεγένοντο. nam de pugnâ ibi non est intelligendum. βία καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ, Py. 8. 19, i. e. ἰσχὺς τοῦ σώματος σὺν ἀδικίᾳ· violentia etiam superbum labefactare solet cum tempore. χερῶν βίαν, Ne. 5. 34, manuum robur. ἐπὶ ἀδελφοῦ βίαν, Ne. 10. 138, i. e. ἐπὶ ἀδελφὸν, τὸν Κάστορα, ad fratrem. ἐν ἀέθλοις ἀριστεύων ἐπέδειξε βίαν, Ne. 11. 19, exhibuit robur spectandum. et 28, παιδὸς βίαν, i. e. παῖδα, filium. Μέμνονος ὑπέρθυμον βίαν, Ist. 8. 116, i. e. Μέμνονα ὑπέρθυμον, in bono sensu.

Βιάζω, fut. σω. *vi urgeo, cogo, viribus supero.* βιασθέντες λύῃ, Ne. 9. 34, violenter oppressi lue hâc: quam luem concitârat Amphiaraus regni nomine.

Βίαιος, α, ον. *magnis viribus præditus.* it. *violentus*, in malo sensu. βίαια πάντα ἐκ ποδὸς ἐρύσαις, Ne. 7. 98, violenta omnia, pede quasi arrepta et projecta, removens.

Βιαίως, adv. *per vim.* ἀποσυλᾶσαι βιαίως, Py. 4. 196, violenter et injustè deprædatum fuisse.

Βιατὰς, Dor. pro βιατὴς, οῦ, ὁ. *violentus in agendo, vires magnas adhibens, fortis.* Ἄρης, Py. 1. 18, Mars fortis, viribus agens, non verò illecebris et θέλκτροις. ergo τὰ θελκτήρια musica, potentiora sunt sæpè τῇ βίᾳ. βιατὰς ἀνὴρ ἐξεπόνησε τοῦτο, Py. 4. 420, strenuus vir, et vires omnes adhibens, laborando absolvit id. Ἀντίλοχος βιατὰς, Py. 6. 28, strenuus, fortis; in sensu optimo. βιατὰν ἀμπέλου παῖδα, fortem filium vitis, Ne. 9. 122, i. e. vinum generosum merum, potenter operans. Πατρόκλου βιατὰν νόον, Ol. 9. 114, i. e. ἰσχυρὸν, γενναῖον, ἀνδρεῖον. σοφοὶ, καὶ χερσὶ βιαταὶ, sapientes et manibus strenui, Py. 1. 81, fortes, ἀνδρεῖοι. ergo omnibus locis in sensu bono.

Βιάω, fut. ήσω. *vi afficio, vi ago;* in bono et malo sensu. *subigo, opprimo.* Πάρφασις τὸ λαμπρὸν βιᾶται, Ne. 8, 57, odiosa ista versutiloquentia invadit et deprimit quod splendidum est et verè gloriosum.

Βίος, ου, ὁ. *vita.* it. *victus, res familiaris.* βίον ἀπάλαμον ἔχει, Ol. 1. 95, vitam auxilio carentem, ἀπάλαμνον. βίον ἀθάνατον μὴ σπεῦδε, Py. 3. 109, ne affecta vitam immortalem. πεπρωμένον γονέων βίον, Py. 6.

27, vitam parentum a fatis concessam, i.e. quamdiu vivunt. σοφὸς βίον κορύσσειν, Py. 8. 106, doctus augere et servare rem familiarem; munire eam quasi galeâ, in statu integro retinere et defendere. βίον ἐπηετανὸν, Ne. 6. 18, victum annuum. βίου πόρον, vitæ cursum, Ist. 8. 29. τοῦ βίου τῶν βροτῶν conditio describitur, Py. 3. 145, sqq. quòd cum uno bono duo mala dantur.

Βιοτὰ, Dor. pro βιοτὴ, ῆς, ἡ. *vita, vitæ ratio.* βιοτᾷ ἑκατονταετεῖ, Py. 4. 503, centenni vitæ. βιοτὰν λαχόντες, Ne. 7. 80, quisque suam vivendi rationem sortiti, ὁ μὲν (κατὰ) τὰ, (κατὰ) τὰ δὲ ἄλλοι, alius secundum hæc, alii secundum alia.

Βιοτεύω, fut. εύσω. *vitam dego, perduro.* ῥῆμα ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει, Ne. 4. 11, narratio vivit diuturniùs quam facta; et ῥῆμα h. l. est ὁ ὕμνος, *celebratio poëtæ.*

Βίοτος, ου, ὁ. *vita.* it. *opes; facultates; victus.* βιότω (Dor. pro βιότου, nisi malis in dativo legere βιότῳ) φάος, χάρμα, Ol. 10. 27, vitæ lucem, gaudium. βίοτον ἀμφὶ λοιπὸν, Ol. 1. 157. i. e. τὸν βίον. βίοτον ἄφθιτον αὐτῇ τετάχθαι, Ol. 2. 53, vitam immortalem constitutam ei esse. et 112, ἀπονέστερον νέμονται, minùs laboriosam vitæ rationem habent. ἀπήμαντον ἄγων Ζεὺς, Ol. 8. 115, damnorum expertem vitam afferens tibi Jupiter. γλυκὺν ἑλὼν, Py. 2. 47, dulcem adeptus vitam. ἐμπεδοσθενέα, Ne. 7, 145, stabile robur habentem vitam.

Βλαστάνω, fut. βλαστήσω. *germino, fruticor, pullulo.*

Βλάπτω, (Atticè pro βλάβω,) fut. ψω. est propriè, ἐμποδίζω τὸν τρέχοντα, *pedes capto, et impedio currentem.* et quia ex ejusmodi ἐμποδισμῷ plerumque oritur damnum, hinc, per consequens, notat, *noceo, damno afficio.* est a λάβω, *capio;* præfixo β. λόγον βλάπτων γέροντος, Py. 9. 167, sermonem violans (i. e. non observans) senis; contra præceptum ejus agens.

Βλέπω, fut. ψω. est verbum factum ex λάω et λεύσσω; notatque idem. *video, specto.* βλέπειν ἑκόντι νόῳ, aspicere benevolo animo, Py. 8. 97. φθονερὰ βλέπων, Ne. 4. 64, invido oculo intuens. τὸ βλέπος, *vultus.*

Βλέφαρον, ου, τὸ. *palpebra.* in plurali verò τὰ βλέφαρα sæpè sunt et *cilia,* i.e. pili quibus palpebrarum oræ sunt obsitæ; in genere tamen, *palpebræ.* Dores ea vocant γλέφαρα. βλεφάρων ἡδὺ κλαῖστρον, i. e. ὕπνον, Py. 1. 15.

Βοὰ, Dor. pro βοὴ, ῆς, ἡ. *clamor:* ponitur sæpè et pro, μάχη, quia ibi valdè clamabatur. βοὰ ἡδύγλωσσος κηρύκων, vox et proclamatio dulcis præconum, quæ victorem proclamant, Ol. 13. 143. βοὰ πρέπει, sc. τῶν ὑμνεόντων νέων, clamor et vox excellit, Ne. 3. 117. ἀλάλαξεν ὑπερμήκει βοᾷ, Ol. 7. 69, valdè longè sonante clamore. ὅσῃ βοᾷ, quantâ et quali cum vociferatione, Ol. 9. 141, i. e. μετὰ ὅσων ἐπαίνων! σὺν καλάμου βοᾷ, cum sono fistulæ, Ne. 5. 71.

Βοάω, fut. ήσω. *vociferor, clamo.* βόασεν (ἐβόησεν) παῖδα ὃν, inclamavit filium suum, Py. 6. 36, i. e. opem filii sui imploravit sibi: collato Hom. Il. ψ. 402. εἰς εἰσέρχοντα βοάσας (pro βοήσας) Ol. 8. 52, vociferatus; ubi sermo est de dracone atrociter sibilante, μετὰ συριγμοῦ καὶ βοῆς.

Βόεος, η, ον. *bubulus.* βοέοις ἔντεσιν, Py. 4. 417, i. e. βοείοις λώροις.

Βοηθόος, ου, ὁ, ἡ. *celer ad opitulandum,* propriè, *in prælio: celer*

ad præliandum. βοηθόων τεθνακότων, Ne. 7. 48, et pertinet ad ὦν, mortuorum defensorum patriæ in bello.

Βοηλάτας, Dor. pro βοηλάτης, ου, ὁ. *boves agens.* σὺν βοηλάτῃ Διθυράμβῳ, Ol. 13. 26, quia bos præmium erat ei, qui Dithyrambicum, i. e. Bacchicum, carmen optimè cecinerat.

Βοιωτία, ας, ἡ. celebris regio Græciæ, dicta olim et ἡ Ἀονία. Βοιωτοὶ dicuntur Σπαρτοὶ, a satis dentibus draconis, ex quibus primi restitutores Thebarum erant orti, Py. 9. 145. Βοιωτία ὗς, Ol. 6. 152. Nam οἱ Ὕαντες, barbarica gens, aliquamdiu in Bœotiâ versata fuerat, et vicini hoc nomen corruptè efferebant ὕας, ὗς. Ex equivocatione igitur jocosâ mansit deinde id nomen apud posteros, maximè quia Bœotii putabantur crasso esse ingenio et ἀμούσῳ. Βοιώτιοι ἀγῶνες, Ol. 7. 155, quorum permulti fuere, præter Thebanos illos. τὰ παμβοιώτια fuere festi dies, concelebrari soliti ab omnibus Bœotiis.

Βορέας, ου, ὁ. Ventus a septentrionibus flans. ὄπιθεν πνοιᾶς Βορέα (genitivus Doricus) ψυχροῦ, Ol. 3. 56, i. e. ultra Thraciam, in quâ regnare Boreas fingitur.

Βοτάνα, Dor. pro βοτάνη, ης, ἡ. *herba ad pastum pecoris.* deinde in genere, *gramen.* βοτάνα λέοντος, Ne. 6. 71, i. e. τὸ σέλινον, quia Hercules, occiso leone Nemeæo, hac herbâ coronari voluit.

Βουβότας, Dor. pro βουβότης, ου, ὁ. *bubus pascendis additus vel deditus.* τὸν βουβόταν οὔρεϊ ἴσον, Ist. 6. 47, sc. gigantem Ἀλκυονέα, qui Solis boves abegerat. βουβόται πρῶνες, Ne. 4. 84, colles bubus pascendis idonei. hinc τὸ βουβόσιον, *locus ubi boves pascuntur*, vel et, *grex boum pascentium.*

Βουθυσία, ας, ἡ. *sacrificium bove factum.* Ol. 5. 13.

Βουλά, Dor. pro βουλή, ῆς, ἡ. *id quod agendo consequi studemus; scopus agendi; consilium.* in genere, *voluntas deliberata.* deinde et synecdochicè, *concilium Senatorum.* οὐ γνώμῃ διπλόαν θέτο βουλὰν, Ne. 10. 167, i. e. non diù dubitavit, aut in utramque partem causam secum disputavit. βουλαὶ πρεσβύτεροι, i. e. σοῦ τοῦ πρεσβυτέρου, Py. 2. 121. βουλᾶν (genit. plur. Doricus) καὶ πολέμων ἔχοισα κλαῖδας, ὦ Ἡσυχία, Py. 8. 3, nam ea est consiliorum proma, tempore pacis; et omnia consilia ad conservandum otium publicum spectare debent. eadem habet seras belli: nam ob otium tutum habendum, et reserantur Bellonæ fores, et occluduntur rursus. βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς, Ol. 2. 137, i. e. δικαίαις κατὰ κρίσεις. δαιμόνων βουλαῖς, Ol. 6. 77. Ist. 4. 32, voluntate deorum. κλέπτει μὲν, Apollinem fallit, οὐδεὶς ἔργοις οὔτε βουλαῖς, Py. 3. 54. ἐν βουλαῖς πρέσβυς, Py. 4. 502, i. e. senili est prudentiâ in consiliis. ἐπέχειν ἔργοις καὶ ἀμπέχειν βουλαῖς, Py. 5. 160, attendere factis et consiliis, i. e. circumspectè agere et consultare. πράσσει βουλαῖς φρὴν, Ne. 1. 40, auxiliatur ratio consiliis, συνεργεῖ, συμπράσσει· et βουλαῖς est dativus. ἀμφὶ Τειρεσίου βουλαῖς, sc. εὔφρανας θυμὸν τεὸν, Ist. 7. 11, ubi τὸ, πυκιναῖς, quod addunt nonnulli, est supervacuum.

Βουλαφόρος, ου, ὁ, ἡ. *consilia ferens.*

Βούλευμα, ατος, τό. *consilium, commentum*, Ne. 5. 52.

Βουλεύω, fut. σω. *consulo*, aliis vel mihi. βουλεῦσαι παῦροι δυνατοὶ, Ne. 9. 89, ubi sic est construendum: παῦροι ἐν τῷ βουλεῦσαι δυνατοί εἰσι

τρέψαι τὸ κακὸν πρὸς τοὺς δυσμενέας ἄνδρας, pauci ita consilio valent, ut possint pestem præsentem a se in hostes suos vertere. Neptunus a Minervâ in judicio illo celebri de urbe Atticâ victus, imprecatus esse dicitur Atheniensibus, ἀεὶ κακῶς βουλεύεσθαι. Minerva verò ita istam imprecationem correxit; κακῶς βουλεύεσθαι καὶ ἐπιτυγχάνειν, malè consulere, et tamen potiri bonâ fortunâ. vid. Aristoph. Eccles. 471, sqq.

Βοῦς, βοός, ὁ, ἡ. *bos* in genere. animal valdè honoratum priscis: hinc multa negotia humana cognominata a bubus. erant et νομίσματα quædam, maximè Athenis, figurâ bovis insignita, quæ βόες dicebantur: unde proverbium, βοῦν ἐπὶ γλώττης φέρει, i. e. δῶρα λαβὼν σιωπᾷ. μία βοῦς αὐτοῖς μήτηρ, Py. 4. 253, i. e. ex unâ eâdemque matre hi duo principes erant nati; μία γυνὴ, μία τοκὰς, quæ erat ἡ Ἐνάρεια, uxor Æoli, regis Elidis. et hinc liquet, quàm non ignominiosa fuerit appellatio ista metaphorica. ἀμφὶ βουσὶν χολωθεὶς, Ne. 10. 112, ubi fides historica ostendit fœminas principales sub his βουσὶν esse intelligendas. nam Castor et Pollux, invitati ab Idâ et Lynceo ad nuptias, capti amore sponsarum, Phœbes et Ilaïræ, rapuerant eas. hinc Lynceus occidit persequens Castorem; Pollux contra interfecit Lynceum.

Βοῶπις, ιδος, ἡ. *grandibus oculis prædita.* a βοῦς, quod *magnum* denotat, et ὤψ, *oculus.* est epitheton fœminarum majestate quâdam formæ conspicuarum. βοῶπιν Ἁρμονίαν, Py. 3. 162, i. e. μεγαλόφθαλμον. a parte formositatis istius ergo appellatur forma augusta et venerabilis.

Βραχὺς, εῖα, ὺ. *brevis.* ponitur de mensurâ spatii et temporis. βραχὺς ἐξικέσθαι θεῶν ἕδραν, brevis homo est ad pertingendum usque ad sedem Deorum, Ist. 7. 61. et est h. l. de mensurâ virium et potentiæ. μορφὰν βραχὺς, staturâ et figurâ brevis, Ist. 4. 89. ἐν βραχεῖ, sc. λόγῳ, Py. 1. 159, brevi oratione. βραχὺν οἶμον, Py. 4. 441, viam brevem et compendiariam. et 509, βραχὺ μέτρον, breve spatium, sc. temporis. sed Ist. 1. 87, βραχὺ μέτρον ἔχων ὕμνος, hymnus non longus. βραχύ τι τερπνὸν, Ol. 10. 112, brevem quandam delectationem. βραχύ μοι στόμα, arctum mihi os, Ne. 10. 35, non latè sonans aut multa eloqui valens. βραχεῖαι ὁδοὶ θεῶν, Py. 9. 120, viæ et methodi Deorum sunt breves. ἐν βραχίστοις, Ist. 6. 87, paucissimis verbis dicetur.

Βραχυσίδαρος, Dor. pro βραχυσίδηρος, ου, ὁ, ἡ. *brevi ferro armatus.* est epitheton jaculi.

Βρέμω, fut. μῶ. *fremo.* ἄφαντον βρέμει, Py. 11. 46, ubi conf. ἄφαντος; et sermo est de paupere et ignobili. βρέμεταί σφιν λύρα καὶ ἀοιδὰ, Ne. 11. 8, perstrepit apud eos: ut ergo et de *musico strepitu* ponatur.

Βρέφος, εος, τὸ. *infans.* et quidem apud Homerum est infans qui in utero materno formatur; sed apud Pindarum, aliosque Recentiores, est infans jam natus et alendus. Ol. 6. 55. Py. 9. 108, quibus locis est de infantulo humano.

Βρέχω, fut. ξω. *macero, rigo, pluo.* metaphoricè ponitur de *bibendo:* δεῖ φαγόντας δαψιλῶς βρέχειν, qui comederunt, eos oportet largiter bibere. ἔβρεχε Ζεὺς πόλιν χρυσαῖς νιφάδεσσιν, rigavit Jupiter urbem aureis nivibus, Ol. 7. 63, de Rhodiis. νώνυμος ἐβρέχετο πολλῇ νιφάδι, Ol. 10. 62, sine nomine macerabatur et obfundebatur multâ nive, i. e.

operta erat regio ignobilitate, silebatur de eâ. ut ergo βρέχεσθαι sit, *obfundi, superfundi, obtegi,* velut flumine exundante. ἀκτῖσιν ἰῶν βεβρεγμένος σῶμα, radiis violarum opertus corpore, Ol. 6. 92, madefactus, διαβροσισμένος; et sensus est, rore corpus madefactum erat, qui ros decidebat de violis, inter quas jacebat; et eædem violæ splendescebant rore, et radiabant.

Βρίθω, fut. βρίσω. *sum gravis et plenus.* it. *gravem me præbeo.* it. *præpondero, sum potentior.* συγγενεῖ δέ τις εὐδοξίᾳ μέγα βρίθει, Ne. 3. 70, ex congenitâ autem aliquis virtute magnum momentum et superpondium habet; plurimùm præcellit. naturalis indoles momentum addit viro. ἔβρισε πλούτῳ, Ne. 8. 31, auxit divitiis, ἐπλούτισε.

Βρόμιος, α, ον. *resonans.* βρομίαν φόρμιγγα, Ne. 9. 18, resonantem citharam.

Βρόμος, ου, ὁ. *fremitus.* ἀποθανοῦσα βρόμῳ κεραυνοῦ, Ol. 2. 45, fragore fulminis; de Semele.

Βροντὰ, Dor. pro βροντὴ, ῆς, ἡ. *tonitru.* quæ est quasi σάλπιγξ Διός. est a βρέμω, *fremo,* ejusque præt. perf. med. βέβρομα. Ol. 4. 1, ubi βροντὴ quasi ἵππος Διὸς fingitur. βροντᾶς φθέγμα, Py. 4. 351, sonus tonitru, quo Jupiter respondet precanti. sic Py. 4. 41.

Βρότεος, α, ον. *humanus, ad mortalem pertinens.* βρότεα σώματα, Ol. 9. 52, homines. βροτεᾶν πολίων, Py. 12. 2, urbium ab hominibus conditarum; in opp. ad divinas.

Βροτήσιος, ου, ὁ, ἡ. *mortalis.*

Βροτός, ἡ, ὀν. *mortalis, fluxus, instabilis, caducus.* est a ῥέω, ῥυτὸς, et Æolicè præfixo β. notat ergo τὸν ῥοῇ ὑποκείμενον, καὶ ἐν ῥοῇ, ἄνθρωπον, τὸν ῥυστὸν, i.e. φθαρτόν. τὸ παράμερον ἐσλὸν ὕπατον ἔρχεται παντὶ βροτῷ, præsens quovis die bonum summum venit omni mortali, Ol. 1. 162. βροτῶν κέκριται πεῖρας οὔτι θανάτου, terminus mortis mortalium nullus distinctè cognitus est; vel, nequaquam, Ol. 2. 56, scil. ante. διάπειρα βροτῶν ἔλεγχος, Ol. 4. 30, ἡ φανεροῦσα τοὺς ἀνθρώπους. βροτοῖς, Ol. 14. 8, in casu tertio.

Βῶλαξ, ακος, ἡ. *gleba, terra scissa.* idem ac βῶλος, quod est a βάλλω, notatque primario, *partem terream quam quis manu prehensam conjicit in altum*; vel, *quæ subversa procidit.* δέξατο βώλακα δαιμονίαν, accepit glebam fatalem, Py. 4. 66, i.e. θείαν, a deo porrectam; simul et fatalem, quia symbolum erat occupandæ olim Libyæ, ex quâ terrâ hæc erat gleba.

Βωμὸς, οῦ, ὁ. *basis.* it. *altare, ara.* et quidem ὁ προσβάσεις ἔχων, qualis semper τῶν δαιμόνων; ἐσχάρα autem est vel ἡ πρὸς βιωτικὴν χρῆσιν γινομένη ἐπὶ γῆς, vel, si consecrata, erat ἡρώων tantum. cæterùm βωμὸς est a βάω, nam est quasi βάσις, in quam imponitur sacrum. βωμὸς ἄναξ, Ol. 13. 154, ara princeps præ aliis. βωμοῖο θέναρ, Py. 4. 367, aræ superficies. βωμῷ παρὰ πολυξενωτάτῳ, Ol. 1. 150, i. e. ad aram Jovis in Pisâ, vel et ἐν σταδίῳ ad Pisam, ubi omnes hospites, accedentes ad certamen, sacrificabant. βωμῷ μαντείῳ, Ol. 6. 7, nam in arâ Jovis et Pelopis responsa data a sacerdote. ἀνὰ βωμῷ κοιτάξατο, Ol. 13. 106, ad aram dormierat per noctem. ὡς ἂν θεᾷ κτίσαιεν βωμὸν ἐναργέα, Ol. 7. 76, aram luculentam conderent Deæ. βωμὸν Αἰάντειον, Ajaci sacrum, Ol. 9. 168. βωμῶν ἀγιοθύτων πατρὶ, sc. Jovi, αὐτῷ, ab eo, sc. Hercule, Ol. 8. 34. βωμοὺς ἓξ διδύμους, Ol. 5. 10, i. e. τοὺς λεγομένους διδύμους ἐν Ἤλιδι, Hercules

enim duodecim statuas totidem Diis sacraverat ibi, et sex aras; in singulis aris binas ponens statuas. ergo semper duo Dii ibi σύμβωμοι, Jupiter, Neptunus; Juno, Minerva; Mercurius, Apollo; Gratia, Bacchus; Diana, Alpheus; Saturnus, Rhea. his duodecim Diis sacra faciebant pronuntiati victores.

Γ.

Γᾶ, Dor. pro γῆ, ῆς, ἡ. *terra.* τὰ ἀλιτρὰ (delicta) κατὰ γᾶς δικάζει τις, Ol. 2. 107, i. e. ὑπὸ γῆν, καθ' ᾅδου, sub terrâ, apud inferos: nam κατὰ sæpè est pro κάτω. ἀπὸ γᾶς Ἐπειῶν, ex terrâ eorum, Ol. 9. 86. γᾶς ἀλιπλάγκτου, Py. 4. 25, i. e. insulæ natantis in undis. γᾶς μέσος ὀμφαλὸς, Py. 4. 132, i. e. Delphi. γᾶς νῶτον, Py. 4. 407, i. e. jugerum. γᾶς κινητὴρ, Ist. 4. 33, Neptunus. κατὰ γᾶν, in terrâ, Py. 1. 28. γᾶν φράδασσε, Ne. 3. 45, terram notam fecit, quousque scil. esset πορεύτη. τελευτὴν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος, Ne. 11. 21, postremam omnium terram induturus. nam mors ultima est linea rerum.

Γαθέω, Dor. pro γηθέω, fut. ήσω. *lætor, gaudeo.* est a γαίω, *gestio.* ἦν περὶ ψυχὴν γάθησε (Dor. pro ἐγήθησε) ἐξαίρετον, Py. 4. 218, suo in animo lætatus est eximiè, ἥσθη. παλαιαῖς ἐν ἀρεταῖς γέγαθε Πηλεὺς, Ne. 3. 56, gavisus est Peleus in antiquis virtutibus, i. e. ipse homo antiquâ virtute et fide. χαίρεσθαι est vehementius quiddam. a γαθέω est Romanorum *gaudeo.*

Γαῖα, ας, ἡ. *terra.* γαῖα ἐν Θήβαις, Ne. 10. 14, terra Thebis. ὑπὲρ νώτων γαίας, Py. 4. 46, super terga (i. e. juga) terræ. et Py. 8. 85, γαίας ὀμφαλὸν, i. e. Delphos. γαίας θυγάτηρ, Py. 9. 31, terræ filia. γαίᾳ καυθεῖσα πυρὶ, Ne. 10. 64, ubi omissum ἐν, i. e. in vase fictili. πολύβοσκον γαῖαν, Ol. 7. 115, multialtricem. γαῖαν διαδασάμενοι τρίχα, Ol. 7. 138, trifariàm dispertiti terram insulæ Rhodi. γαῖαν διδόντι ξένια, Py. 4. 38, terram, i. e. glebam, dante loco doni hospitalis. γαίας πάσας, Ist. 4. 95, terras omnes.

Γαιάοχος, Dor. pro γαιήοχος, ου, ὁ. est epitheton Neptuni; *habens et circumdans terram.* nam Neptunus physicè est Oceanus, imò aqua marina in genere: Oceanus verò non solum complectitur terram habitatam et continet, (unde Neptunus etiam ἀσφάλιος dictus) sed et imperat certo respectu terræ, dum causa motuum terræ creditur; et regiones connectit per navigationes. est ergo a συνέχειν γῆν.

Γάλα, ακτος, τὸ. *lac.* et hic genitivus est vel per intersertum κ pro γάλατος; vel ab inusitato τὸ γάλαξ, cujus genitivo intersertum τ, pro γάλακος. μέλι λευκῷ σὺν γάλακτι μεμιγμένον, Ne. 3. 135, ubi per γάλα allegoricè naturalem poëtæ facultatem candidam et splendidam intelligit; per μέλι verò, artem elaborantem dextrè: utrumque in se est dulcissimum et gratissimum. γαγαλίζειν est quidem vox barbara, recepta tamen a Græcis, et huc commodè referenda. significat enim, *suavia et dulcia edere cupidè,* vel et, *suavia condire.*

Γαμβρὸς, οῦ, ὁ. *gener.* est ab ὁ γάμος, quasi γαμηρός. apud Recentiores autem id nomen et ad alios affines extenditur, ut iis in genere notet *affinem.* γαμβρὸς Ἥρης, gener Junonis, i. e. Hercules, Ist. 4. 103. γαμβροῦ θεῶν, Ist. 6. 37. i. e. Pelei: ubi est latior ille Recentiorum significatus. sic et Ne. 5. 67, γαμβρὸν Ποσειδᾶνα πείσαις Ζεὺς, cum persuasisset Neptuno, ut consentiret fieri

affinis Pelei: nam Neptunus et Peleus habuere duas sorores in matrimonio; ille Amphitriten, hic Thetidem, filias Nerei dei marini. ὅσοι ἦλθον γαμβροὶ, Py. 9. 206, sc. futuri, et esse generi cupientes. ἔθος ἦν τοῖς ἀρχαίοις, ἐπιλέγεσθαι τοὺς ἀρίστους τῶν ξένων, καὶ γαμβροὺς αὐτοὺς ποιεῖσθαι· ὡς καὶ ἐπὶ Βελλεροφόντου, καὶ Τυδέως, καὶ Πολυνείκους, ἐγένετο. ἐπέκρινον δὲ, οὐκ εἰς πλοῦτον ἀφορῶντες, ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν τυχὸν βασιλεῖ ἀνδρὶ ἐῴκει, οἱ δὲ γενῇ Διὸς μεγάλου εἴκτην, καὶ παῖδες ἀνάκτων ἦσαν, καὶ ὅλως τοιοῦτοι, οἵους οὐκ ἂν κακοὶ τέκοιεν. sic et Moses gener factus.

Γαμέω, fut. ήσω. a. 1. ἐγάμησα, et per sync. ἔγημα. *uxorem duco.* ἔγαμεν (Dor. pro ἔγημε) μίαν Νηρεΐδων, Ne. 4. 105. γᾶμε pro ἔγημε, Py. 3. 162.

Γάμος, ου, ὁ. *nuptiæ.* ἕτοιμον ἀνεφρόντισε γάμον, Ol. 1. 111, paratas animo reputavit nuptias. πατρὸς ἀντία θεμένην τὸν γάμον ἑαυτῇ, Μήδειαν, Ol. 13. 76, parantem sibi nuptias contra patris commodum. γάμον αἴνησε, Py. 3. 25, aliis assensit nuptiis. καταίνησαν κοινὸν γάμον γλυκὺν ἐν ἀλλήλοις μίξαι, Py. 4. 396, constituerunt et consenserunt, communes nuptias dulces contrahere. ξυνὸν ἁρμόζουσα γάμον αὐτοῖς, Py. 9. 22, jungens sponso sponsæque communes inter se nuptias, i. e. congressum maritalem. γάμον δαίσας, Ne. 1. 111, nuptias celebrans epulo, epulum nuptiale dans. συναλέγειν γάμον Θέτιδος, Ist. 8. 103, unà curâsse. τερπνὴν γάμου κραίνειν τελευτὴν, Py. 9. 118, jucundum nuptiarum conciliare finem. ὤπασε γάμου γέρας, Ist. 8. 85, nuptiarum honorem præbuit. γάμον, Py. 9. 195, coll. 200.

Γὰρ, conjunctio, plerumque causalis, reddens rationem præcedentis: *nam, enim. denn.* γὰρ, nam, Ol. 11. 19. scilicet, Py. 2. 46. sæpè γὰρ causale omittitur, e. c. Ol. 9. 85. Py. 1. 169. ἀλλὰ γὰρ, attamen, Ol. 1. 87, et al. at enim, *objectioni* inserviens, Ist. 4. 25, et al. γὰρ, sed, Py. 4. 263. καὶ γὰρ, siquidem et, Ol. 7. 49, et al. γὰρ eleganter intersertum, Py. 4. 124. γὰρ οὖν, sed enim, Ist. 2. 29.

Γαρύω, Dor. pro γηρύω, fut. ύσω. *sono, cano, loquor clarâ voce, celebro, garrio.* κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον, Ol. 2. 158, ubi dualis est pro plurali γαρύουσι, velut corvi, vana garriunt: nisi fortè duos in mente habuit obtrectatores suos, in aulâ Siculâ, quos quidam enarratores perhibent fuisse Bacchylidem et Simonidem. γάρυον (pro ἐγήρυον) τοιαῦτα, Py. 4. 166, sermocinabantur talia. γαρύων τοῦτο εὖχος, Ne. 6. 100, celebrans cantu et voce meâ hoc decus et hanc victoriam. μῆτιν, Ol. 13. 70, laudans prudentiam eorum. γαρύειν τὸν Δία, Ne. 7. 122, Jovem prædicare voce elatâ. γαρύεμεν (pro γαρύειν) γλυκύ τι, Ne. 3. 55, canere dulce quid. γαρύεν (pro γαρύειν) ἄεθλα, Ol. 1. 5, celebrare cantu certamina, φωνεῖν, ὑμνεῖν, διακηρύσσειν, et est infinit. Doricus. γαρύοιτο κλέος ἐμὸν, Py. 5. 97, dicatur, narretur jam a me. et conf. κλέος. γαρύσομαι πατρὸς αἶσαν, Ist. 1. 48, celebrabo cantu.

Γαστὴρ, έρος, ἡ. *venter.* est a χάω vel χάζω, *capio, recipio.* γαστρὸς πολιᾶς, ex cano ventre, i. e. ex gravido [illegible], Py. 4. 176, qui vel a c[illegible]re pariturarum mox mulierum s[illegible]c dicitur; vel est, ut Scholia mal[illegible]t, pro τιμίας, venerando ex utero.

Γαστρίμαργος, ου, ὁ, ἡ. est μάργος τὴν γαστέρα, *insano modo ventri operam dans, vorax sine more.* Ol. 1. 82. *un gourmand,* ἀκρατὴς τῆς γαστρὸς, μαινόμενος κατὰ τὴν γαστέρα.

Γάω, vel γίω, contr. γῶ. *gigno, capio.* fut. γήσω. præt. act. γέγηκα, et Dor. γέγακα, et Ion. γέγαα. quanquam hoc ultimum et possit esse perfectum medii. inde est inf. γεγακέναι, et per dialectum, γεγάκειν, quasi a præt. γεγάκα novum sit verbum formatum γεγάκω. Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ (ἔφη) γεγάκειν πατρὸς, Ol. 6. 83, Phœbo enim eum dicebat genitum esse patre. τόνδε ἀνέρα δαιμονίως γεγάμεν, divinitùs natum et genitum esse, Ol. 9. 164, pro γεγαέναι, ex Ionicâ formâ γέγαα; et terminatione Ionicâ infinitivi, γεγαέμεν, per syncopen, γεγάμεν.

Γὲ, particula, elegantiæ serviens plerumque: et notat, *quidem, tamen, sanè.* sæpè etiam sanat intersertа σκληρὰν χασμωδίαν, i.e. durum concursum vocalium. γὲ, sanè, Ol. 1. 127, et al. avulsum ab οἵ, pro οἵγε, Py. 7. 10. cæterùm κὲ et γὲ cum καὶ sunt unius originis. cæterùm, ut nulla alia particula, sic nec hæc, omninò abundat: maximè post ὁ, ὃς, ἐγὼ, σὺ, αὐτὸς, &c. emphasin habet.

Γεγωνέω, *ita clamo vel loquor ut audiar procul.* est et in genere, *sonitu aliquo facto significo.* ἅτε Πίσα με γεγωνεῖν, sc. ἀπαιτεῖ, Ol. 3. 17, quæ Pisa a me poscit ut clarè enuntiem. γεγωνεῖν, proclamare, Py. 9. 3. Θήρωνα γεγωνητέον ὀπὶ, Ol. 2. 10, celebrandum est clarâ voce eum, ἐνδέχεται μέλεσιν ὑμνεῖν αὐτόν.

Γείνω, cujus medium γείνομαι in usu frequenti est; est a γέω, unde fit γείω et γείνω, *gigno, pario.* αἰὼν (ἡ ζωὴ) ἀσφαλὴς οὐκ ἔγεντ', pro ἐγένετο, Py. 3. 154, vita calamitatis omninò expers non fuit. ἔγεντο νόημα τοῦτο φέρων, Py. 6. 28, fuit hâc mente præditus. ὑπέρτατος υἱέων ἐγένετο, Ne. 6. 37, natu maximus filiorum fuit. κείνου ὄμμα γένετο ὀξύτατον, Ne. 10. 117, visus acutissimus erat. ἀγαθοὶ καὶ σοφοὶ ἄνδρες κατὰ δαίμονα ἐγένοντο, Ol. 9. 43, divinitùs ii fieri solent. et 129, ἄλλαι ἐγένοντο χάρμαι, evenerunt alia gaudia. ἱπποτρόφοι ἐγένοντο, Ist. 4. 23, equorum altores fuere. δίδυμαι γένοντο θύγατρες, Ist. 8, 38, geminæ sunt filiæ. et 56, σώφρονες ἐγένοντο, fuerunt. ἀφθόνητος γένοιο, Ζεῦ, Ol. 13. 36, ne invidens sis, μὴ νεμεσήσῃς. γένοιο, οἷος εἶς, Py. 2. 131, sis qualis es, sc. naturâ et indole. λήθη γένοιτο ἄν, Ol. 2. 34, oblivio existere potest. ὄφρα μὴ ἀτελὴς γένοιτο μαντεύμασιν, Py. 5. 84, ne irritus fieret in oraculis suis. εἰ μὴ θεὸς κυβερνητὴρ γένηται, Py. 4. 489, gubernator sit et fiat. ὧν τις ἐξοχώτερος γένηται, Ne. 3. 124, in quibus quis excellentior fuerit. οἳ σὺν νεότητι γένωνται, Ne. 9. 104, unà cum juventute suscepti. μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι, Ol. 5. 57, ne quærat deus fieri, i. e. ne velit omnes felicitates in summo gradu habere. sic et Ist. 5. 18, μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι, ne cupias summa omnia. λέγει ἕτερον γενέσθαι ὑπέρτερον, Py. 2. 111, alium fuisse superiorem. γενέσθαι, fieri, Py. 4. 35. λόγον πλέονα, Ne. 7. 31, famam majorem factam fuisse. πρὶν γενέσθαι ἔριν, Ne. 8. 86, antequam fieret bellum.

Γείτων, ονος, ὁ, ἡ. *vicinus.* est ab ἡ γέα, pro γεῖτων. ὁ πλησιαστὴς, *cujus terra prope meam est.* γείτων ὅτι μοὶ, Py. 8. 82, vicinus siquidem mihi. γείτονι ἐν πόντῳ, Ne. 9. 103, in vicino mari, ubi in pugnis navalibus strenuè rem gessit. γείτονα πόλιν, Py. 1. 60, vicinam urbem, sc. monti. Σεισίχθονα γείτονα, Ist. 1. 77, nam Thebis colebatur Neptunus ἱπποδρόμιος; et Onchestus, urbs Neptuno sacra, vicina erat Thebis. Τυνδαριδᾶν βαθύδοξοι γείτονες, Py. 1. 128, i. e. σύνοικοι, quia οἱ Διόσκουροι Spartæ magnoperè culti. intelliguntur ergo Lacedæmonii nobiles.

Γελανὴς, έος, ὁ, ἡ. est Doricè

idem quod γαληνής. *serenus, tranquillus.* καρδίᾳ γελανεῖ, Ol. 5. 5, corde hilari, φαιδρῷ προσώπῳ. θυμῷ γελανεῖ, sereno et tranquillo et læto animo, Py. 4. 322, ψυχῇ προσηνεστάτῃ. a γάλα. minus benè quidam hoc verbum a γέλαω deductum opinantur.

Γελάω, fut. άσω. *rideo, renideo.* est ab ἡ ἕλη, *calor et splendor Solis,* mutato aspero in γ: nam risus oritur ex lætitiâ quâdam, quæ calorem spirituum animalium et habet et facit; cùm contrà tristitia sit frigori similis. ridens blandè, cœlo sereno et tepido jure comparatur. γελᾷ δὲ ὀρθῶν, Py. 10. 55, Apollo asinos sacrificandos. ἄλλοις ἐμπίπτων γελᾷ, Ist. 1. 98, aliis insultans ridet, aliis non ita divitibus. γελάσαις χλιαρὸν, Py. 9. 66, blandum ridens.

Γέλως, ωτος, ὁ. *risus.*

Γενεὰ, ᾶς, ἡ. *generatio.* nonnunquam et *certum quoddam temporis spatium* hæc vox indicat: et Herodotus ait, centum annos habere tres γενεάς. Τυρεῦς γενεὰ, Py. 4. 242, filius ejus. παλαίφατος γενεὰ, antiqua familia, Ne. 6. 54. κρίτοῦ γενεὰ πατραδελφεοῦ, Ist. 8. 143, eximii genus patrui. γενεᾶς ὀρφανὸν, Ol. 9. 92, i. e. ἔρημον παίδων, ἄτεκνον. εὐάθλου γενεᾶς ὕπερ, Ist. 6. 4, pro strenuè certante progenie Lamponis. γενεᾷ ἑβδόμῃ καὶ σὺν δεκάτῃ, Py. 4. 16, cum septimâ et decimâ generatione. κοινὴν γενεᾷ νίκην, Py. 6. 15, communem generi. γενεᾷ εὐρυσθενεῖ, Py. 7. 3, latè potenti stirpi. γενεᾷ ἱερᾷ οὐ κέκραται γῆρας οὔτε νόσοι, Py. 10. 65, sacræ genti non admixta est senectus nec morbi. γλυκυτάτῃ, Py. 11. 88, dulcissimæ soboli. κλυτᾷ ἐπάρχειν τέγε, Ne. 6. 104, generi inclyto. sed alii ibi legunt in nominativo, κλυτὰ γενεὰ, genus inclytum exhibuit hoc. γενεᾷ, Ist. 4. 36, generi. γενεᾷ, Ist. 7. 42, ubi est dativus commodi. τοῖς ὁπλοτέροις γενεᾷ, Py. 6. 40, ætate junioribus. γενεὰν οὔποτε ἐκλείψειν, Ol. 6. 86, nunquam defecturam stirpem ejus. κόρης γενεὰν ἐξερωτᾷς, Py. 9. 78; ubi est syntaxis: ἐρωτᾷς γενεὰν κούρης, ὁπόθεν sc. ἦ ἡ γενεά. γενεὰν ἐς Διὸς, Ne. 10. 25, in Jovis affinitatem. γενεὰν αὐτοῦ ἐκμαθὼν, Ist. 5. 71, familiam ejus ubi cognoverit. γενεαῖς ἀνδρῶν ἀλλασσόμεναι, Ne. 11. 49, ætatibus et generationibus hominum vices alternantes.

Γενέθλιος, ου, ὁ, ἡ. *genitivus, ad generationem conducens.* γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ, Ol. 7. 129, i. e. Sol. nam activè notat hoc adjectivum. γενεθλίῳ Ζηνὶ, Ol. 8. 20, i. e. τῷ τῆς γεννήσεως αἰτίῳ. δαίμων γενέθλιος, Ol. 13. 148, i. e. Genius, fortuna data a nascendo, ὁ θεὸς ὁ διοικῶν τὸν βίον τινὸς ἀπὸ γενέσεως, Deus qui nos producit in lucem, et fata hominis statim a nascendo ordinat. Ζεὺς ὁ γενέθλιος, Py. 4. 298, Jupiter auctor generis, et qui benè vult posteritati horum. et ἀμφοτέροις ibi rectiùs refertur ad, μάρτυς ἔστω.

Γενέτειρα, ας, ἡ. *genitrix.*

Γένειον, ου, τὸ. *maxilla, gena,* it. *barbà.* tradunt quidam, in singulari notari *locum barbæ,* in plurali verò, *pilos* ejus loci. οἱ φλόγα ἀπὸ γενύων ἔπνεον, de tauris ignivomis, quos domuit Jason, Py. 4. 401. γένειον μέλαν ἔρεφον λάχναι, Ol. 1. 110, i. e. ὅτι αἱ τρίχες αὐτοῦ τὸ γένειον ἐστεφάνουν μελαίνουσαι. et γένειον ibi est μέρος, νὺν verò (αὐτῷ) est ὅλον.

Γέννα, ας, ἡ. *generatio.* idem quod suprà, γενεά. εὐρυσθενεῖ γέννᾳ, Ol. 7. 40, latè potenti stirpi. εἰπὲ γένναν, Py. 4. 178, dic mihi genus tuum. hinc οἱ γενναῖοι sunt *generosi, nobiles.*

Γενναῖος, α, ον. *generi conveniens.* deinde et, *generosus, ab antiquâ stirpe.* sed quando Plato dicit γενναῖα σῦκα, non solùm dicit τὰ εὐγενῆ, sed et τὰ ἐπιγεγεννημένα ἐξ ἐπεμβεβλημένων συκιῶν. sic et γενναία σταφυλὴ, generosa uva. γενναῖον λῆμα, Py. 8. 62, generosus impetus, τὸ εὐγενές.

Γεννάω, fut. ήσω. *gigno, pario.* ὅθεν γεγενναμένοι, unde nati, sc. ex Spartâ, Py. 5. 99; Dor. pro γεγεννημένοι. scribitur et per unicum ν, Ol. 6. 89, γεγεναμένον πεμπτᾶῖον, quod poëta addit miraculi causâ.

Γένος, εος, τὸ. *genus, origo.* πρὸς γένος, Ol. 6. 40, perveniam ad primam originem virorum. ἀμὸν, Py. 3. 72, genus meum. κριτὸν, Py. 4. 90, i. e. ἔκκριτον, selectum genus virorum; et est nominativus, sequente οἱ, ad sensum. γένος, sc. κατὰ, Py. 9. 26. θεσπέσιον, Py. 12. 24, sc. Medusam. ἓν ἀνδρῶν ἓν θεῶν γένος, Ne. 6. 1, unum genus est hominum, alterum Deorum. πολύγνωτον, Ne. 10. 70, ubi meliùs legitur πολυγνώτῳ γένει. γένει λοιπῷ, Ol. 2. 29, i. e. cognatis et posteris. (ἐν) γένει, Ol. 8. 110. γένει σὺν φίλῳ Ἀτρέος, Ol. 13. 81, i. e. Agamemnone et Menelao. γενεί τε, Ne. 3. 48, generi ejus. γένει Σπαρτῶν, Ist. 1. 41, generi satorum, i. e. Thebanis. et conf. σπαρτός.

Γένυς, υος, ἡ. *mala, maxilla.* it. *mentum.* a curvitate sic dicta, ab ἄγω, *curvo.* οὔπω γένυς ἔφαινε τέρειναν ματέρ᾽ οἰνάνθας, nondum maxilla vel mala ostendebat teneram matrem florentis vitis, Ne. 5. 10, i. e. imberbis erat. φάρμακον πραῢ τείνων ἀμφὶ γένυν, pro γένυϊ, Ol. 13. 121, de equo cui frænum in os injicitur, quo mansuetus redditur. δράκοντος λαβροτατᾶν γενύων, Py. 4. 435; ubi deest ὑπὸ, sub, vel a, vehementissimis genis: nam morsu pugnat draco. ἐκ καρπαλιμᾶν γενύων, ex rapacibus maxillis, Py. 12. 36.

Γεραιὸς, ὰ, όν. et γηραιός. *senior.* it. *princeps, nobilis.* est a τὸ γῆρας, et η sæpè transit in ε. cæterùm utraque notio, *senis* et *principis*, plerumque est jungenda; imò sæpè et juniores principes hoc honorifico titulo insigniuntur; nam senex in orbe antiquo erat θεῖόν τι. γεραιὸς προπάτωρ, Ne. 4. 145, senex et excellens progenitor.

Γεραίρω, fut. αρῶ. *præmio præcipuo honoro aliquem.* γεραίρων τὴν πόλιν, Ol. 3. 3, i. e. τιμῶν. ἐγέραρε βωμοὺς, Ol. 5. 11, i. e. ἐκόσμησε. γέραρέ τέ μιν, Ist. 8. 136, honoravitque eum impetus meus poëticus, vel hymnus: ubi alii legunt γεραῖραι, infin. a. 1.

Γέρας, ατος, τὸ. *pars præcipua, donum præcipuum, principi præ aliis datum.* est ergo ab ὁ γέρων, quatenus ea vox notat *virum senatorem* seu *principem.* ἐν Ὀλυμπίᾳ γέρας ἔδεκτο, Ol. 2. 88, i. e. præmium victoriæ, coronam. ἑᾷ κεφαλᾷ γέρας ἔσσεσθαι, Ol. 7. 124, ubi ἑᾷ κεφαλᾷ est pro αὐτῷ, sibi: γέρας verò h. l. est insula, ex mari surrectura, et danda Apollini donum honorarium. ᾧτινι σὸν γέρας ἕσπηται ἀγλαὸν, ὦ Ὀλυμπία, Ol. 8. 15, ubi γέρας est ipsa victoria. et 86, νῦν αὐτῷ γέρας, ἐστὶ, sc. ubi sermo est de discipulo, qui honori et ornamento est doctori suo. γέρας τοῦτο αἰδοιέστατον ἔχει, Py. 5. 23, sc. τὴν βασιλείαν, regiam dignitatem. et 41, ἀριστοδάρματον γέρας ἀμφέβαλε κόμαις, i. e. præmium τῷ ἀριστεύειν ἅρματι reportatum, coronam lauream, ob victoriam curulem. et 168, Ὀλυμπίᾳ τοῦτο δοῦναι γέρας, i. e. νίκην τοιαύτην, καὶ τιμὴν ἀπὸ τῆς νίκης, ἐν Ὀλυμπίᾳ. Μεγάροις ἔχεις γέρας, Py. 8. 112, in Megaris (τὰ Μέγαρα, urbs Attica,) habes

hoc præmium honoris; sc. nomen tuum insculptum columnæ lapideæ, ut victoris. sic Ist. 5. 40, ἐν Θήβαις. ἀεὶ ἔφερε τοῦτο γέρας, Ne. 7. 58, genus ejus semper habuit hoc decus; regium scilicet in Epiro, per annos septingentos. et 149, παίδων δὲ παῖδες ἔχοιεν αἰεὶ γέρας, τόπερ νῦν, nati natorum habeant hanc dignitatem, quæ nunc est. μέγιστον αἰόλῳ ψεύδει γέρας ἀντίταται, Ne. 8. 43, maximus sæpè honor picto mendacio datur. αὐτοῦ ἅρματι τεύχων γέρας, Ist. 1. 18, currui ejus fabricans hoc honorarium præmium, hunc hymnum. Πηλεῖ θεύμορον ὤπασε γάμου γέρας, Ist. 8. 85, destinavit jam Peleo hoc fatale munus honorificum nuptiarum, ut sc. Thetidem Deam habeat.

Γερασφόρος, ου, ὁ, ἡ. *qui præmium honoris causâ datum fert;* ὁ γέρας ἀποφερόμενος. a τὸ γέρας, *honorificum donum.*

Γέρων, οντος, ὁ. *senex ætate,* it. *præstans dignitate. senator* in significatione prisci orbis, i. e. *princeps.* ponitur et ut adjectivum, ὁ, ἡ, γέρων, τὸ γέρον. γέρων τράποι δῆμον υἱῷ, Py. 1. 135, senex tradat filio populum. precatur ergo hâc voce Hieroni longam vitam. γέροντος Μεσσηνίου, Py. 6. 35, i. e. Nestoris. ἁλίοιο, Py. 9. 168, i. e. Nerei.

Γεύω, fut. γεύσω. *gustare facio. gusto.* est a γέω, quatenus notat *capio;* interserto υ. γεύεται δὲ ἀλκῆς ἀπειράντου, Py. 9. 61, specimen infiniti roboris edit; periculum roboris facit; experitur quid robur valeat. γεύεται γὰρ ἀέθλων, Py. 10. 11, experitur ipse se in certaminibus. μυρίαν ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται, Ne. 3. 74, innumeras virtutes insufficiente animo degustat. εἰ δὲ γεύεται ἀνδρὸς ἀνήρ, Ne. 7. 127, si verò fruitur viro vir: ubi alii legi jubent δεύεται, Æolicè pro δεῖται indiget; et judicabit acutus lector ex contextu, utra lectio sit melior. κίνδυνον ὕμνων γεύεται, Ist. 5. 25, periculum facit hymni componendi, attingit hymnos. γευόμενοι στεφάνων νικηφόρων, Ist. 1. 29, gustantes coronas victrices, μεταλαμβανόμενοι, fruentes gustu earum. οἵτε πόνων ἐγεύσαντο, Ne. 6. 41, qui et labores experti sunt.

Γέφυρα, ας, ἡ. *pons.* est compositum ex ἡ γέα, *terra,* et φορέω vel φέρω, quia pons ex terrâ in terram transmittit viatorem, et ripas jungit. Isthmum Corinthiacum vocat Pindarus πόντου γέφυραν, Ne. 6. 67. et γέφυραν ποντιάδα, Ist. 4. 34.

Γεφυρόω, fut. ώσω. *ponte jungo, ponte munio iter.* γεφύρωσεν Ἀτρείδαις νόστον, ὁ Ἀχιλλεύς, Ist. 8. 111, quasi ponte munivit iis reditum, suâ virtute scil. tollendo hostes, et superabilem faciendo Trojam, ut tuti redire inde possent. ergo h. l. valdè metaphoricè.

Γηραιός, et γεραιός, ά, όν. *senior.* it. *princeps, nobilis.* ἤδη με γηραιὸν μέρος ἡλικίας ἀμφιπολεῖ, Py. 4. 279, jam me senilis pars ætatis circumdat. est a τὸ γῆρας, et η sæpè transit in ε, e. c. ξηρός, ξερός.

Γηραλέος, α, ον. *senilis.* ἐξεπομφόλυξαν δάκρυα γηραλέων βλεφάρων, Py. 4. 216, ebullierunt lachrymæ senilibus palpebris.

Γῆρας, ατος, τό. *senectus.* est ab ἡ γέα, *terra,* a quo est adjectivum γηρός, *terreus:* quia senectus et colore propinqua est terræ, et morte quoque. quia autem nihil honorabilius senectute habebatur in prisco orbe, hinc ὁ γέρων et τὸ γέρας suas habet notiones. Ol. 1. 132, ubi vide ἀνώνυμος. τελέθει πρὸς γῆρας αἰών, Ne. 9. 106, est ad senectutem

vita. γῆρας ἀντίπαλον μένος, Ol. 8. 94, robur oppositum senis.

Γίνομαι, est ex usu scribendi Recentiorum compendioso, pro antiquo γίγνομαι. notat *nascor*; it. *sum*. et editiones vulgares variant oscitanter his locis, modo γ antiquum exhibentes, modo omittentes. γίνεται πάντα γλυκέα σὺν Χάρισιν, Ol. 14. 8, efficiuntur, eveniunt. χόλος οὐκ ἀλίθιος γίνεται παίδων Διὸς, Py. 3. 22, non irrita aut vana est ira. δυσπαλὲς δὴ γίνεται, Py. 4. 487, difficile sanè est. Sic Latini ponunt suum *existere* pro *esse*. ὑμνητὸς γίνεται, Py. 10. 35, celebratus fit. τιμὰ γίνεται τοῖς, Ne. 7. 46, honor contingit illis. θαρσαλέα φωνὴ γίνεται, Ne. 9. 118, vox audax est. προσάντης κέλευθος γίνεται, Ist. 2. 48, via ardua est. τέρμα ἀέθλων γίνεται, Ist. 4. 116, terminus fit certaminum.

Γιγνώσκω, *nosco, video, intelligo*. minùs accuratè scribitur γινώσκω, nam est verbum cum reduplicatione præfixi γ, a γνόω. τοὺς γιγνώσκομεν, illos novimus, Py. 3. 202. γιγνώσκοντί μιν, Doricè pro γιγνώσκουσιν αὐτὸν, noverunt eum, Ol. 6. 163, i. e. celebrant eum, ob κατορθώματα ejus multa. similis phrasis est Ol. 7. 152. γίγνωσκεν ἐπειγομένους, animadvertebat nos festinantes, Py. 4. 59, συνιώρα καὶ αὐτός. et 152, τὸν μὲν οὐ γίγνωσκον, eum non agnoscebant, sc. οἱ ἐνοικεῦντες. γιγνώσκοντα καλὰ, i. e. εἰδότα, Py. 4. 513. γνώσομαι (a γνόω) τὴν ὀλβίαν Κόρινθον, Ol. 13. 3, ubi habet notionem activam, εἰς γνῶσιν ἄξω, nobilem et celebrem faciam hymno, ὑμνήσω, εἰς ἀνάμνησιν ἀνάξω. καιρὸς εὖ αὐτὸν ἔγνωκε, occasio benè eum cognovit, Py. 4. 510, i. e. αὐτὸς πάντα τὰ καίρια γιγνώσκει, omnia opportuna. νόω ergo, a quo est γνόω, est cum νέω fermè idem, non tamen omninò. ἔγνων (a γνῶμι) Ἰόλαον, viderunt eum, cognoverunt, intellexerunt, pro ἔγνωσαν, Py. 9. 137. ἔγνω μιν, novit eum æs, datum victoribus præmium, Ol. 7. 152; coll. Ol. 6. 163. nisi malis dicere, his locis esse sensum activum, pro ἐγνώρισεν αὐτὸν, notum et celebrem fecit eum. ἔγνω, vidit et agnovit, Py. 4. 213. et 467, γνῶθι νῦν, cognosce nunc sapientiam ejus. γνῶναί τι, Ol. 6. 151, i. e. ut cognoscant audientes, et discant auditores tui ex tuis veris verbis: ποίησον γνῶναι τοὺς ἀκούοντας ἀληθέσι λόγοις (est ablat. instrumenti) διὰ τοῦ ὕμνου. γνοὺς ξενίαν κοίτην, sciens concubitum cum hospite, Py. 3. 55. et 108, τὸ παρὰ ποδὸς γνόντα, cognoscentem quod ante pedes est.

Γλαυκὸς, ἡ, όν. notat *colorem ex cæruleo et albo commixtum*. talem colorem habent arbores, oleæ et ficus; ut ergo et *viride* quid insit huic colori. Sed color maris, Il. π. 34. respicit simul τὸ φοβερόν: nam per tenebras variè lucet mare suis undis. hinc γλαυκοὶ δράκοντες, Ol. 8. 48, sunt οἱ* φοβεροὶ, ab aspectu eorum terribili. nam nomen est a γλαύσσω et γλαυκιάω. ut ergo non *coloris* solùm nomen sit, sed potiùs *obtutum acrem et perturbantem* connotet.

Γλαυκῶψ, ῶπος, ὁ. *glaucos oculos habens*, γλαυκόφθαλμος. est epitheton draconis. γλαυκῶπες δράκοντες, Ol. 6. 76, λαμπροὺς καὶ στίλβοντας ἔχοντες ὀφθαλμοὺς, et hinc et, φοβεροί.

Γλαυκόχροος, ου, ὁ, ἡ. *eo colore, qualem habent oleæ et folia earum*. γλαυκόχροα, Ol. 3. 24, ubi adjectivum in casu quarto etiam terminationem tertiæ declinationis assumit, sicut ὁ χρόος, a quo descendit.

Γλαφυρὸς, ὰ, όν. *cavus, exca-*

vatus. est a γλάφω, i. e. κοιλαίνω. γλαφυροῖς ἅρμασι, cavis curribus, Ne. 9. 28.

Γλέφαρον, ου, τὸ. est Doricè pro βλέφαρον.

Γλυκερὸς, ὰ, όν. *dulcis.*

Γλυκὺς, εῖα, ύ. idem. est a λάω vel λαύω, *fruor jucundè.* cujus præt. act. est λέλαυκα. notatque propriè, *suavem cibum;* deinde tropicè, *quamvis suavitatem quâ cum voluptate aliquâ fruimur.* τῶν (δένδρων) γλυκὺς ἵμερος, Ol. 3. 58. ἀοιδὴ, Ne. 5. 5, et ibi est vocativus. γλυκείας Ἀφροδίτης, i. e. ἱμερτῆς, Ol. 6. 57.

Γλῶσσα, ης, ἡ. *lingua.* it. *dialectus, sermo.* est pro κλῶσσα, a κλάω, nam tota lingua est volubilis et flexibilis. τὰ μὲν ἡμετέρα γλῶσσα πριμαίνειν ἐθέλει, Ol. 11. 9, hæc, quæ de hymnis dixi, vult lingua mea administrare et οἰκονομεῖν. ῥῆμα, ὅ, τι γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας, Ne. 4. 13, verbum (i. e. hymnum,) quod lingua protulerit ex mente profundâ: i. e. accuratè expensum et expolitum. πολλὰ μὲν ἀρτιεπὴς γλῶσσά μοι τοξεύματα ἔχει, Ist. 5. 59, rectiloqua lingua, quæ non fingit mendacia, et quæ dextrè loquitur. et carmina sua vocat metaphoricè jaculationes. γλῶσσα δὲ οὐκ ἔξω φρενῶν, Ist. 6. 105, i. e. verba et animus non dissentiunt; loquitur quæ cogitat et sentit; linguam quoque non imprudentem et incogitantem habet. γλώσσης ἄωτον, Ist. 1. 75, linguæ florem. ἀτιμοτέραν γλῶσσαν, Ol. 8. 92, honore minùs præditam linguam. φέροις ἄστει γλῶσσαν, Ol. 9. 64, admoveas civitati linguam, i. e. loquere de eâ. τόλμα δέ μοι ὀρνύει γλῶσσαν λέγειν, Ol. 13. 15, audacia mihi incitat linguam ad dicendum. ἀψευδεῖ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν, Py. 1. 168, i. e. φιλαλήθης ἴσθι. ὀρφανίζει κακὴν γλῶσσαν φαεννῆς ὀπὸς, Py. 4. 504, privat linguam maledicam voce suâ clarâ: i. e. prohibet linguam suam candidam a maledicentiâ, non malè meminit tui. γλῶτταν σφιν ἀπένειμεν ὑπερποντίαν, Py. 5. 78, attulit illis linguam peregrinam. et 148, γλῶσσαν δὲ, sc. κατά. γλῶσσαν ἐμὴν κελαδῆτιν, Ne. 4. 140, linguam meam decantatricem. ὄρσαι θοὰν γλῶσσαν, Ne. 7. 106, incitare celerem linguam. γλώσσαις ἀλλοτρίαις καλύψαι τὸ, Py. 11. 43, alienis linguis occultare id, ne alii de eo loqui possint.

Γνάθος, ου, ἡ. *maxilla.* ὠκείας γνάθους, avidas maxillas, Ne. 1. 63, ἀρπαλέας. reperitur alibi et ὁ γνάθος. unde est ὁ γνάθων, ωνος, *magnis genis præditus.*

Γναμπτὸς, ὴ, όν. *quod curvatur et flectitur.* γναμπτοῖς ἐν δρόμοις, Ist. 1. 82, in inflexis curriculis. nam vel octies vel duodecies idem curriculum percurrendum erat curru, et circa metam circum agendum.

Γνήσιος, α, ον. *legitimus, germanus, non spurius.* quasi γενήσιος. γνησίαις ἀρεταῖς, Ol. 2. 21, ταῖς ἐκ γένους συγγεγεννημέναις αὐτοῖς.

Γνώμα, Dor. pro γνώμη, ης, ἡ. *sententia, consilium, animus.* ἔστάθη, γνώμας ἀταρβάτου πειρώμενος, Py. 4. 149, stetit, animi imperterriti periculum faciens et specimen exhibens. ἔμπαλιν γνώμας, non ex sententiâ, contra expectationem, Py. 12. 56, ἐναντία τῆς γνώμης, conf. Ol. 12. 14. εὐσεβεῖ γνώμᾳ φυλάσσοντες τελετὰς θεῶν, Ol. 3. 73, i. e. συνειδήσει ἀγαθῇ, religiosâ mente observantes sacros ritus deorum. γνώμᾳ καθαρᾷ, Ol. 4. 27, sincerâ mente, puro proposito. ἀποτρόπῳ γνώμᾳ, Py. 8. 134, præpostero

consilio, stultâ mente. *οὐ γνώμᾳ διπλόαν θέτο βουλὰν*, Ne. 10. 167, non in sententiâ duplicem fecit deliberationem: i. e. non diù dubitavit. *κυβερνατῆρος γνώμᾳ πεπιθὼν πολυβούλῳ*, Ist. 4. 122, consilio obsecutus prudentissimo gubernatoris. *μέτρα μὲν γνώμᾳ διώκων*, Ist. 6. 103, mediocritatem animo sectans. *πολλὰ ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν*, Ol. 12. 14, multa hominibus præter sententiam cadere solent. *γνώμαν πιθὼν*, Py. 3. 51, cùm persuasisset suæ sententiæ vel scientiæ, i. e. pro certo statuens id sibi. *γνώμαν κενεὰν κυλίνδει*, Ne. 4. 65, consilium inane volvit. *φθονεραῖς γνώμαις*, invidis animis, Ist. 1. 61, et est casus sextus.

Γνωτὸς, ὴ, όν. *notus, cognitus.* in specie notat *fratrem*, in genere, *quemvis notum benè.* *γνώτ' ἀείδω*, nota cano, Ne. 10. 57, pro *γνωτὰ*, accentu retracto ob apostrophum, et quidem acuto.

Γονεὺς, έος, ὁ, ἡ. *parens.* *τιμᾶς ἀμείρειν γονέων βίον*, Py. 6. 27, honore privare parentum vitam. *ἐλπίδες γονέων*, Ne. 11. 28, spes parentum.

Γονὴ, ῆς, ἡ. *progenies, soboles.* *γονὴν φερτάτην ἀτίταλλε*, Ne. 3. 98, sobolem præstantissimam educavit, sc. Achillem: ut ergo et de *unico nato* ponatur. Sed alii ibi legunt *γόνον φέρτατον*. præterea *γονὴ* notat *semen* ipsum, ex quo generantur liberi. *ὑπὸ ματροδόκοις γοναῖς*, Ne. 7. 124, seminibus a matre exceptis. *ἄλοχον τοῦ μετῆλθεν Ἡρακλείοις γοναῖς*, Ist. 7. 10, ingressus est ad uxorem ejus cum semine Herculeo; i. e. generaturus ex eâ Herculem. *γοναῖς ἐν τρίταις*, in tertiâ generatione, Py. 4. 255.

Γόνος, ου, ὁ. *natus, soboles.* sæpè ponitur in abstracto pro *γονὴ*, *semen, stirps.* *γόνος Θέτιος*, filius Thetidis, Ol. 9. 115. *κλέπτοισα θεοῖο γόνον*, Ol. 6. 60, in occulto portans semen Dei; i. e. gravida facta a Deo. *κτισσάσθην λίθινον γόνον*, Ol. 9. 70, condiderunt sobolem ex lapidibus, sc. Deucalion et Pyrrha. *τέκε γόνον ὑπερφίαλον*, Py. 2. 79, sobolem superbam peperit. *γόνον Κρόνου*, Py. 3. 5, i. e. Chironem. *γόνον*, Py. 4. 219, i. e. *υἱόν*. *γόνον φέρτατον*, Ne. 3. 98, i. e. Achillem. *γόνον φέρτερον πατρὸς ἄνακτα*, Ist. 8. 70, filium regem præstantiorem patre suo.

Γόνυ, τὸ. *genu.* genitivus cum reliquis obliquis variat. deberet esse *τοῦ γόνυος, τῷ γόνυϊ*, &c. Sed transponit literas et accentum, *γουνὸς, γουνὶ*, &c. aut formatur quasi a *τὸ γόνας, τοῦ γόνατος*, &c. cui poësis interserit *τὸ υ, γούνατος, γούνατι*, &c. et in plurali *τὰ γούνατα* et *γοῦνα, τῶν γουνάτων* et *γούνων*, &c. est ab *ἄγω, ἄγνυμι*, *curvo, inflecto.* *ἐμπιτνῶντα γούνασι νίκης*, Ist. 2. 39, innitentem genibus victoriæ, i. e. incedentem pedibus victoriosis. a *γόνυ* est et *ἡ γωνία*, *angulus.*

Γόος, ου, ὁ. *luctus, ploratus fractâ et lugubri voce.* *ὦρσεν γόον ἐκ Δαναῶν*, concitavit planctum, editum a Danais, Py. 3. 182. *σὺν ἔντεσι μιμήσαιτο ἐρικλάγκταν γόον*, instrumentis cavis imitaretur valdè sonantem luctum, Py. 12. 38, i. e. *θρῆνον*, ubi duo vel quasi substantiva, *ὁ ἐρικλάγκτης, ου.* ab eodem fonte verbi *γοᾶν*, est et *γογγύζειν*, per reduplicationem et paragogen; quod potest construi cum genitivo objecti; *γογγύζειν τινὸς*, *murmurare contra aliquem vel aliquid.*

Γοργὼ, όος, contr. *οῦς, ἡ.* vel et *Γοργὼν, όνος, ἡ.* Est in poësi *δαιμόνιον τι καταπληκτικὸν καὶ ἐκ μόνης ὄψεως.* in lapides vertebat obvios: et id, vel *διὰ κάλλος ἀμύθητον, ἐκπλῆττον τοὺς θεωμένους*, vel ob aliam ejus admirationem. *Historiæ* multa

præclara de eâ narrant; *Fabulæ* verò horribile monstrum eam fingunt, et ad has partes adjungit se poësis. De historiâ ejus vide Athenæum. *Allegoricè*, si quis id amat, quod tamen nemo, Poëseos gnarus, facit, sumitur ἐπὶ τῆς κατὰ σῶμα καὶ ψυχὴν γοργότητος: hinc et caput ejus in clypeo Minervæ, in quo tamen simul *fabula* respicitur. Γοργόνος υἱὸν, i. e. Pegasum, Ol. 13. 90.

Γουνὸς, οῦ, ὁ. est τόπος γόνιμος καὶ κάρπιμος, significatu activo: *locus fertilis, gignens multa; arvum frugiferum; fœcundum solum.* εἶν γουνοῖς Ἀθανᾶν, Ist. 4. 42, in fœcundis locis Athenarum; quæ loca non nimis multa erant in montanâ Atticâ.

Γραμμὰ, Dor. pro γραμμὴ, ῆς, ἡ. *linea.* sic dicitur et *locus, ad quem cursuri contendebant.* ποτὶ γραμμᾷ ἔστησεν αὐτὴν, ad lineam, i. e. ad ultimam metam, constituit eam, Py. 9. 208, nam sæpè meta designabatur solâ lineâ ductâ in solo. et sermo ibi est de filiâ, propositâ in præmium ei, qui primus cursu ad eam pervenisset.

Γράφω, fut. ψω. *sculpo, insculpo, fodio, vulnero.* est a γράω, i. e. ἐσθίω, καὶ φθείρω; et id a ῥάω. is erat vetustissimus scribendi mos, ut figuræ literarum insculperentur in tabulam ligneam; cui deinde superponebatur alia tabula: et hæ firmiter colligatæ obsignabantur, dabanturque ferendæ. hinc apud Eurip. in Phædrâ, πεύκη vocatur ἡ δέλτος in manu Phædræ contra Hippolytum; nam ex eâ arbore facta erat tabula, cui insculpta erat accusatio. post, reperto commodiore scribendi modo, vocabulum tamen antiquum est retentum, ut γράφειν deinde significaverit, *scribere.* ἔγραψεν ἱερὰν, scripsit eam cervam sacram Dianæ, Ol. 3. 54, inscripsit, dedicavit. πότμος ἔγραψε, fatum scripsit, i. e. destinavit, Ne. 6. 13. γέγραπται πόθι φρενὸς ἐμῆς, scriptus est quâ in parte mentis meæ, Ol. 10. 3. apud Atticos οἱ γραψάμενοι sunt accusatores; sicut οἱ φεύγοντες, accusati.

Γύαλον, ου, τὸ. *cavitas.* κοίλωμα. est a τὸ γυῖον vel γύον, *artus*, manus vel pes, eo respectu, quo *vola manûs* non tantum, sed et *media brachii junctura*, et *flexum genu ad poplitem* facit concavitatem curvam. Πυθῶνος ἐν γυάλοις, in convallibus Delphicis, Py. 8. 90. ἐν γυάλοις Θεράπνης, in convallibus Therapnæ, Ne. 10. 106. ut ergo τὸ γύαλον, *vola, çavitas*, et *vallem* notet. conf. Hesiod. Theog. 499.

Γυιαρκὴς, έος, ὁ, ἡ. *membra defendens a malo, membris sufficienter valens.* ἀνωδυνίας γυιαρκέος, Py. 3. 12, indolentiæ sufficientis membris, i. e. valetudinis perfectæ.

Γυιοδάμης, ου, ὁ. *membrorum domitor.* epitheton ejus qui corpus probè exercet.

Γυῖον, ου, τὸ. propriè est, *pes totus, cum tibiâ, genu, et femore.* deinde notat majores illos artus, *pedes* et *manus* cum suis partibus. et hi artus sic dicti, quia curvitates suas crebras habent; ab ἄγω, *curvo.* imo et totum corpus ab his principalibus membris vocatur γυῖον. πρὶν ἁλίῳ αἴθωνι γυῖον ἐμπεσεῖν, Ne. 7. 108, antequam corpus ardentem in Solem incideret; i. e. antequam æstus meridiani Solis ingrueret. μαλθακὰ τεύχει γυῖα, Ne. 4. 8, emollit membra, rigentia præ lassitudine. χθονὶ γυῖα καλύψαιμι, Ne. 8. 65, terrâ operire optarem corpus, i. e. εὐχοίμην τεθνάναι. δέδεται ἐλπίδι γυῖα, vincta sunt spe corpora, Ne. 11. 59, i. e. mortales nimium sperant. γυίων ἀέθλοις, exercitiis corporis, Py. 4. 450. ἐν τέτρασι παίδων γυίοις, i.e. in quatuor pueris, Ol. 8. 90;

ut ergo γυῖα hîc posita, ut in Homero κάρηνα, ἢ κεφαλαὶ, i.e. *personæ.* γυίοις θνητοῖς ἁρμόζουσα ἐσθὴς, Py. 4. 142, corpori apta vestis.

Γυιοπέδη, ης, ἡ. *vinculum quo artus vinciuntur, compes.* ἀφύκτοις γυιοπέδαις ἐμπεσὼν, Py. 2. 76, vinculis non effugiendis.

Γυμνὸς, ἡ, όν. *nudus, solo corpore, sine tegumentis.* est a τὸ γύον, quatenus et *corpus* notat. sed non semper omninò *nudum, sine omni veste,* significat γυμνὸς, sed et, *nudatum eo tegumento quo nunc opus erat:* e. c. si quis est sine armis. τούτων (φυτῶν) γυμνὸς κᾶπος, Ol. 3. 43. γυμνὸν κολεοῦ φάσγανον, Ne. 1. 80, gladius evaginatus.

Γυναικεῖος, α, ον. *muliebris; a muliere veniens vel ad eam pertinens.* στρατὸν, Ol. 13. 127, i. e. Amazonas.

Γυνὰ, Dor. pro γυνὴ, ἡ. *mulier, fœmina:* et est nomen sexûs; deinde in specie, *uxor.* est a γείνω, *gigno,* quasi γονὴ, γουνὴ, et abjecto ο, γυνή. ex se hæc forma nominis nullos format obliquos casus, nisi fortè accusativum singularem alicubi reperias, γυνὴν, ut antiqui Grammatici observant: sed mutuatur omnes casus ab inusitato recto γυναὶξ, αικός. νηλὴς γυνὰ, Py. 11. 34, Clytæmnestra, occidens maritum. θυμὸν γυναικὸς θαύμασον, Py. 9. 51, admirare animum fœminæ. et 184, ἀμφὶ Λιβύσσης, ob fœminam Libyssam. γυναῖκα δόντες αὐτῷ, Ne. 9. 39, dantes ei in uxorem.

Δ.

Δάημι, fut. δαήσω. id. ac δαίω et δαέω. perf. med. δέδαα. a. 2. pass. ἐδάην, cujus inf. δαῆναι, Atticè δαήμεναι. *doceo, disco, intelligo.* nam benè qui discernit et dividit, is et docet et discit benè. δαεὶς σάφα, Ol. 7. 168, i. e. σαφῶς γνοὺς, sc. ὁ Διαγόρας. et 98, δαέντι, gnaro, sc. τῆς ἀνδριαντοποιήσεως, artis statuariæ. et est part. a. 2. pass.

Δάζομαι, fut. άσομαι. *divido, distribuo.* est a δάω, *divido.* δάσασθαι τιμὴν, Py. 4. 263, i. e. βασιλείαν διαμοιράσασθαι.

Δαιδαλέος, α, ον. *doctus, peritus, doctè et peritè factus, artificiosus.* est a δαίω, repetito δ, *scio, disco, doceo;* a quo et magnus ille artifex, ὁ Δαίδαλος, nomen habet. scribitur et δαιδάλεος, et est ergo, τεχνικὸς, ingeniosè et peritè elaboratus, ὁποῖον ἂν ὁ Δαίδαλος ἐποίησεν. et quatenus hoc adjectivum ab ὁ Δαίδαλος factum creditur, rectiùs scribitur δαιδάλειος, et Ionicè δαιδάλειος; per syncopen verò, δαίδαλος, η, ον. fuit et fœmina artificiosa, ἡ Δαιδάλη, μήτηρ τῆς Μήτιδος, παρ' ἧ, φασὶν, ἐτράφη ἡ Ἀθηνᾶ.

Δαίδαλμα, ατος, τὸ. *ornamentum, ornatus, opus artificiosum.* Py. 5. 48.

Δαιδάλλω, fut. αλῶ. *artificiosè et peritè effingo.* δαιδάλλειν πόλιν, Ol. 5. 48, ornare urbem.

Δαιδαλόω, fut. ώσω. idem. δαιδαλώσειν, Ol. 1. 169, i. e. κοσμήσειν, ποικίλλειν, exornaturum me esse.

Δαΐζω, fut. ΐξω. *divido, lacero, discerpo.* de luctu et tristitiâ ponitur, Py. 8. 125, συμφορᾷ δεδαϊγμένοι, calamitate et casu adverso confixi animis. δαϊχθεὶς ἐκ βελέων, i. e. τρωθεὶς ὁ ἵππος, vulneratus, Py. 6. 33.

Δαιμόνιος, α, ον. *divinus, ad deum pertinens, admirandus et venerabilis, mirus. fato vel bono vel adverso singulariter fruens; quem fata vel bona ducunt in primis, vel adversa agitant insigniter.* est ergo vox plerumque honorifica, sæpè tamen admixtâ aliquâ admiratione

fortunæ vel animi insignioris in utramque partem. δαιμόνιον πόδα, Ol. 6. 13, felicem pedem. δαιμονίοις ἐν φόβοις, Ne. 9. 64, in divinitùs immissis terroribus. δαιμονίαν κίονα, columnam divinam, Ol. 8. 36; et hinc sequitur parenthesis usque ad κάμοι. δαιμονίαν βώλακα, Py. 4. 66, fatalem glebam, a Deo porrectam. δαιμόνιαι τροφοὶ, Py. 2. 5, felices altrices. δαιμονίαις ἀρεταῖς ἀνδρὸς σὺν, Ne. 1. 12, cum naturalibus virtutibus.

Δαιμονίως, adv. *divinitùs.* τόνδε ἀνέρα δαιμονίως γεγάμεν, Ol. 9. 164, divinitùs natum esse.

Δαίμων, ονος, ὁ, ἡ. primariò notat *peritum omnium; qui omnia novit, et qui docere potest omnia, valdè intelligens.* a δαήμων. deinde in genere est, *numen,* utpote quod est doctor et cognitor omnium. in specie verò est et, ἡ τύχη, sive ea sit ἀγαθὴ sive φαύλη. δαίμων φαυσίμβροτος, i. e. ἥλιος, Ol. 7. 71. γενέθλιος, i. e. ἡ τύχη, Ol. 13. 148, τὸ συγκληρωθὲν δαιμόνιον, genius a nativitate attributus. ἕτερος, Py. 3. 62, i. e. κακὸς, malus genius. nam binos genios attribuebant Prisci singulis, unum ἀγαθοποιὸν, quem Callimachus δεξιὸν vocat; alterum κακοποιὸν, qui h. l. ἕτερος, alter; ab Homero στυγερὸς, καὶ κακὸς, dicitur. οἰοπόλος, Py. 4. 49, numen solum, solivagum, sine comitibus; quod h. l. erat ὁ Τρίτων. δαίμων, i. e. θεὸς, Py. 8. 108. ἐκτελευτάσει δαίμων, Py. 12. 52, fortuna perficiet. ἄϊστος, Ist. 7. 60, fortuna incognita est. ὀρνύντος, Py. 10. 16, i. e. αὔξοντος αὐτήν. ἀμφὶ δαιμόνων, de diis, Ol. 1. 56. δαιμόνων, i. e. deorum, Py. 1. 22. παρὰ, Py. 3. 106, apud deos. πρὸς, Ne. 9. 107, a diis. δαιμόνεσσι, diis, Ist. 8. 49. διὰ δαίμονας, Ist. 5. 13, secundum fortunas. conf. Aristoph. Pac. 584. δαίμονα βουλόμενοι εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι, ubi est pro δαιμονίως, valdè cupientes in agrum reverti.

Δαίνυμαι, et δαινύομαι. *epulor, convivor;* intransitivè. πάντων δαινυμένων, Ist. 6. 52, cùm omnes epularentur. est ergo δαίνυμαι, *vescor in convivio et unà cum aliis.* ὁ Δαίτων et ὁ Δαίτης fuere heroës consecrati et culti.

Δάϊος, Ionicè, δήϊος, η, ον. *hostilis, ardens hostili odio:* it. *secans, dividens, concidens.* ab ἡ δαῒς, quatenus notat *pugnam* et *prælium.*

Δαὶς, δαιτὸς, ἡ. *epulum, convivium.* estque nomen generale, *quando cibi conviviis parantur;* cæterùm de solis hominibus ponitur. ἐν δαιτὸς μοίρᾳ, Py. 4. 226, in convivii participatione. δαιτὶ Ὀϊλιάδου νικᾶν, Ol. 9. 166, vincens in festis diebus illius. ἐν δαιτὶ σεβίζομεν πόλιν, Py. 5. 106, convivio sacro colimus urbem. δαῖτα κλυτὰν ἐποψόμενος, Ol. 8. 69, i. e. θυσίαν. δαῖτα πορσύνοντες τῷ, Ist. 4. 105, adornantes. δαῖτας, Ol. 14. 13, i. e. θυσίας, εὐωχίας. Proverbium antiquum de auxilio seriùs veniente: ἥκει ἐς δαῖτα, οὐ παρὼν κυνηγέταις αἴρουσι λείαν, Eurip. Rhes. 325, venit ad epulum, quum non adfuerit venatoribus capientibus prædam.

Δαΐφρων, ονος, ὁ, ἡ. est in genere, ὁ συνετὸς, δαῆμος καὶ φρόνιμος, *prudens, intelligens, benè doctus et cogitans.* deinde in specie, ὁ ἀνδρεῖος, *fortis, pugnax.* nam est a δαίω, *scio, disco; divido, pugno.* notat tamen et, *mentem lacerans et scindens et in lacrimas ciens.* Ἀλκμήνη δαΐφρων, Py. 9. 148, prudens et cordata Alcmena. et si de fœminis hoc nomen ponitur, maximè notatur *prudentia earum œconomica et maritalis.*

Δαίω, fut. σω. *epulum instruo, ebu-*

lor; cibos dividi facio et apponi. nam plerùmque divisæ jam carnes apponebantur, et cuique portio sua semel dabatur. γάμον δαίσαντα, Ne. 1. 111, nuptias celebrantem epulo: epulum nuptiale celebrantem. παρὰ οἷς Περσεὺς ἐδαίσατο, Py. 10. 50, apud quos epulatus est. δαίσαντο πυραὶ φῶτας, Ne. 9. 56, rogi, quasi in epulo, absumserunt viros.

Δάκος, εος, τὸ. *morsus aut ictus bestiæ.* deinde et, *animal morsu aut ictu venenato nocens.* φεύγειν δάκος ἀδινὸν, κακαγοριᾶν, Py. 2. 97, fugere morsum frequentem et nimium, maledicentiam: ubi primum est metaphoricè, cui subjungitur res propriè dicta, ἡ κακηγορία, quæ, velut venenata bestia, crebrò mordere aut pungere solet.

Δάκρυ, υος, τὸ. *lacrima.* est a δάκω seu δάκνω, interserto ρ, quasi inesset τὸ, ῥέον, *fluens.* nam oritur lacrima ex compuncto animo. habetur δάκρυ a quibusdam, pro apocopato ex δάκρυον, τὸ. sed quia dativus pluralis δάκρυσι frequens est; apparet, τὸ δάκρυ quoque ut declinabile in usu fuisse. δάκρυα τέγγων, Ne. 10. 141, adspergens.

Δαμάζω, fut. άσω. *domo, subigo.* ὃς ἐδάμασας γίγαντας, Ne. 7. 133, O Jupiter. ἀγῶνα δάμασσας, pro ἐδάμασας, Py. 8. 116, superâsti certamen. πώλους, domuit, Py. 2. 15, i. e. ὑπέζευξε. ἥβην οὐ, Ist. 8. 154, adolescentiam suam non subjugavit et fregit. δαμάσας, superans, cursu scil. Ol. 9. 139. πῆμα δαμασθὲν, Ol. 2. 36, malum superatum, ἀναιρεθέν. δαμασθέντες αὐτῇ, Py. 1. 142, victi ab eâ, ἀναιρεθέντες.

Δαμαῖος, πατὴρ, est denominatio Neptuni, et quidem Equestris, domitoris equorum. Ol. 13. 98; alibi ἵππιος et ἱπποκούριος dictus. δαμαστικὸς ἵππων.

Δαμαλίζω, fut. ίσω. *more juvencæ lascivè peto; lascivio.* μὴ ἀνέμων φθινοπωρὶς χειμερία καταπνοὴ δαμαλίζοι χρόνον, Py. 5. 163, petulcè incessat vitam ejus; et notatur seditio: ne seditio incurset tempus vitæ ejus. ἑτέρῳ τινὶ δαμαλιζομένην ἐννύχιοι ἀπῆγον κοῖται, Py. 11. 38, nocturni concubitus seduxerint eam, lascivientem.

Δάμαρ, αρτος, ἡ. *uxor.*

Δαμασίμβροτος, ου, ὁ, ἡ. *homines domans,* i. e. occidens. a δαμάζω, *domo, neco.* αἰχμῆς (cuspidis) Ol. 9. 119. μ est euphonicum.

Δαμασίφρων, ονος, ὁ, ἡ. *domans animum.* sic frænum appellat Pindarus δαμασίφρονα χαλινὸν, Ol. 13. 111; τὸν δαμάζοντα τὸ φρόνημα ἄγριον ἵππου, καὶ ἀναγκάζοντα φρονεῖν ἥμερα.

Δαμάτηρ, Dor. pro Δημήτηρ, τερος et τρος, ἡ. Ceres, i. e. *terra frugifera;* pro, γῆ μήτηρ. ἄλσος, Ist. 1. 81, i. e. Eleusin, vicum Atticæ. φοινικόπεζαν, Ol. 6. 160, i. e. ἐρυθρὸν πόδα ἔχουσαν, i. e. καλὸν, vel, καλὴν ipsam.

Δαμάω, fut. ήσω. notat τὸ, ταπεινοῦν, *subigo, domo.* est a δάω et δαίω, *doceo, intelligere et discernere facio.* δμᾶθεν (Doricè pro ἐδμηθήσαν, subacti sunt) κεραυνῷ, Py. 8. 23. δαμέντα (τὸν Ποσειδῶνα) Ol. 1. 65, i. e. μαλαχθέντα. δαμεῖσα, Py. 3. 16, interfecta.

Δᾶμος, Dor. pro δῆμος, ου, ὁ. *populus, civitas.* est a δέω, fut. δήσω: nam est societas hominum, colligata certis institutis, et nitens legibus. deinde etiam, per usum, δῆμος opponitur principibus et nobilioribus, ut sit, *plebs.* denique pars aliqua totius alicujus populi vocatur δῆμος, maximè Athenis, ubi δῆμοι erant iidem, qui Romæ *curiæ,* vel et *tribus.* hinc et pro ipso *agro* poni-

tur δῆμος, et *regione certâ* illius populi.

Δαμότας, Dor. pro δημότης, ου, ὁ. *popularis, civis.* ἐν δαμόταις δἔρχομαι λαμπρὸν ὄμματι, Ne. 7. 96, vultu sereno sum inter cives.

Δαπάνα, Dor. pro δαπάνη, ης, ἡ. *sumtus, impensa.* δαπάνα μάρναται ἀμφὶ ἀρεταῖς, Ol. 5. 34, sumtus circa virtutes militat, i. e. virtutum nervi sunt sumtus; sine sumtu nulla magna qualitas et præstantia acquiritur. ὁπόσαι ἐλπίδων δαπάναι, Ist. 5. 73, quanti sumtus spei. sic ἐλπὶς δάπανος apud Thucyd. *spes quæ impensam habet.* δαπανᾶν λυτήριον, Py. 5. 143, nam multa impenderat antè, ut nancisceretur hoc decus. δαπάναις καὶ πόνοις, Ist. 1. 59, sunt ablativi.

Δάπεδον, ου, τὸ. propriè est, τόπος ἐγγὺς οἰκημάτων, αὐτὸς μὴ ἔχων οἰκήματα: τόπος ἐν πόλει ψιλὸς οἰκημάτων, *area:* et hoc δάπεδον est αἴθριον. est verò et aliud ὑποφόριον, *pavimentum in domo.* est a δᾶ, quod Doricè est pro γῆ, et τὸ πέδον, quod etiam notat γῆν. solent enim Græci ex synonymis composita facere, e. c. ὀροθύνω, *concito*, ex ὄρω et θύνω, quorum utrumvis idem notat. δάπεδον ἀνὰ τόδε, in hoc solo, Ne. 7. 121, in hac terrâ, in Æginâ. δαπέδοις (ἐν) Πυθίοις, Ne. 7. 50, in Pythiis campis. sic, δαπέδοις (ἐν) σεμνοῖς, Ne. 10. 51, i. e. in Olympiâ.

Δάπτω, fut. άψω. *dilacero, discerpo.* it. *voro discerpendo.* est a δάω, vel δαίω, *divido*, interserto π. hinc est et ἡ δαπάνη. δάψεν αὐτὸν, Ne. 8. 40, absumsit eum.

Δαρὸς, Dor. pro δηρὸς, ὰ, ὸν. *diutinus, diuturnus.*

Δατέομαι, *divido, partior. cerno, decerno.* δατέοντο χθόνα, Ol. 7. 102, i. e. μερισμὸν ἐποιοῦντο.

Δάφνα, Dor. pro δάφνη, ης, ἡ. *laurus.* it. *frons ex hac arbore.* est quasi δαφωνὴ, per syncopen, quia in igne valdè crepat, ex δαίω uro, et φωνὴ, vel ex particulâ intensivâ δὰ: et eò magis verisimilè est pertinere hoc nomen huc, quia vatibus et oraculis Apollineis propria est laurus. δάφνα χρυσέα κόμας ἀναδήσαντες, Py. 10. 61, coronâ laureâ pulchrâ comas revincientes.

Δαφοινὸς, οῦ, ὁ, ἡ. *valdè ruber, rufus.* a syllabâ intensivâ δά. δαφοινὸν ἄγραν, Ne. 3. 142, cruentam venationem et prædam, quam aquila corripit.

Δὲ, conjunctio. notat plerùmque *sed;* quod vel ἀπόδοσιν format, vel hortantis est. sæpè notat *nam;* sæpè est *et;* sæpè etiam, *tunc.* sæpè, *igitur;* sæpè et, *tamen.* et ponitur non rarò pro δή. δὲ, et, Ol. 1. 48, 114.—8. 76, et al. δὲ, nam, Ol. 1. 165.—4. 34, et al. δὲ, sed, sed potius, Ol. 11. 19. Ne. 3. 74, ubi tamen potest esse, *et.* δὲ, autem, Py. 2. 102. Ne. 9. 70. δὲ, etiam, Ist. 1. 83. cæterùm, Py. 2. 171. tamen, attamen, Py. 4. 518.—10. 15. sed, Ol. 12. 15. tunc, Ne. 5. 34. εἰ δὲ ἐγὼ, Ol. 8. 71, pro, εἰ οὖν καὶ αὐτός. δέ γε, sanè, Py. 8. 17. δὲ καὶ, atque etiam, Py. 8. 81. δὲ, præcedente μὲν, Py. 2. 34.—6. 26. partim, partim, Py. 5. 22, 24. δὲ, sed nunc, Py. 2. 113. verò, ut sæpè apud Latinos, Py. 5. 60. δὲ intersertum, Py. 8. 79. post vocativum, sicut alibi ἀλλὰ vel γὰρ, Ist. 3. 6, et al. δὲ paragogicum, motum ad locum signans, avulsum a suo accusativo, Py. 4. 239, pro μέγαρονδε. ergo pro contextu vertendum, nec semper per ineptum illud *autem* reddendum.

Δεῖ, tertia persona verbi δέω, fut. δεήσω; impersonaliter poni solet, *opus*

est, sequente accusativo cum infinitivo. δεῖ ἐλθεῖν, Ol. 6. 47.

Δείδω, (pro δείω, a δίω) a. 1. ἔδεισα, et ob metrum ἔδδεισα. præt. med. δέδια, a fut. 2. διῶ, a δίω: et ob metrum, δείδια, etiam δέδοικα. *timeo, horreo*. it. *revereor*. Ne. 5. 62, δείσαις, reveritus. δείσαντες ὕβριν, Py. 4. 199, veriti injuriam ab eo.

Δεικνύω, et δείκνυμι. fut. δείξω. fit a δέκω, unde est δείκω, et δείκνω (per insertum ν) et δεικνύω, (per insertum υ). propriè est, *manui insero*; manui dextræ capiendum aut palpandum præbeo. metaphoricè est, *ostendo, manifesto, monstro*; qui significatus obtinuit. ἐδείκνυε, Py. 4. 392, i. e. ὑπετίθετο, proponebat, demonstrabat. δεῖξεν, Ol. 13. 105, i. e. ἐδήλωσεν. ἔδειξεν ἀγλαΐαν, Py. 6. 46, visendam exhibuit præstantiam suam.

Δεῖμα, ατος, τὸ. *terror*, it. *metus*. δεῖμα παροιχομένων, Ist. 8. 24, per hypallagen pro, τὸ παροιχόμενον δείματος, finis timendorum. δεῖμα (i. e. δέος) κλέπτων θυμῷ, Py. 4. 172, occultans animo pavorem. περὶ δείματι, præ timore, Py. 5. 77.

Δεινομένης, εος, ὁ. Pater Hieronis, Regis Siciliæ. Py. 1. 154. et 112, ubi est filius Hieronis, cui optatur similis victoria. Nimirum Genealogia est hæc: ὁ Δεινομένης, senior: ejus quatuor filii, ὁ Γέλων, ὁ Ἱέρων, ὁ Πολύζηλος, ὁ Θρασύβουλος: et Hieronis filius, ὁ Δεινομένης, junior.

Δεινὸς, ἡ, όν. *timendus, reverendus*. est vox media, *timorem mali* innuens, aut *reverentiam*. et est quasi δεῖνος, a τὸ δέος. *timoris et reverentiæ plenus*; etiam φοβερὸς, ἀπολλύων, *qui perdere potest*: κρουνὸς, Py. 1. 48, igneos nimirum. οὐδὲν δεινὸν, μὴ γένηται τοῦτο, non est periculum, ne fiat tale quid; Plato in Phæd. s. 34. ed. Fisch.

Δεῖπνον, ου, τὸ. *jentaculum*; *cibus matutinus antequam exirent ad opus faciendum*. παρὰ τὸ, δεῖ πονεῖν, laborandum est. et hic significatus ferè apud Homerum obtinet. apud Recentiores, unà cum moribus, etiam nomina sunt mutata. δεῖπνον ἁρμόδιον, Ne. 1. 31, conveniens mihi epulum.

Δειρὰ, ᾶς, ἡ. *collum*. propriè est τῶν ζώων, et censetur ab osse pectoris usque ad fauces: deinde autem est et quævis ἐξοχὴ et *prominentia*, maximè montium; *cacumen*. collum apud antiquos erat omninò nudum, sine ullâ veste; et in mactatis incipiebat ibi τὸ δέρειν. δειρᾶν (gen. plur. Doricus) ἀπὸ Ἀρκαδίας, a jugis Arcadiæ, Ol. 3. 48. δειραῖς ἐν Μαιναλίαις, Ol. 9. 88, i. e. ἐξοχαῖς, jugis montanis Mænaliis.

Δειρὰς, άδος, ἡ. idem. Ist. 1. 11; ubi notat longum illum tractum Isthmi inter duo maria. δειράδα, Ol. 8. 68, i. e. ἐξοχήν.

Δέκω, fut. ξω. *capere facio*. et medium hujus verbi frequens est in Herodoto. pro eo est et δείκω. propriè δέκω est, *do in manus*, et δέκομαι, *capio manu*. deinde in genere, *excipio, ich empfange*. σὺν καλάμοιο βοᾷ θεὸν δέκονται, Ne. 5. 71, cum fistularum claro sono excipiunt advenientem Deum. αὐτὸς γέρας ἔδεκτο, Ol. 2. 88, per syncopen pro ἐδέκετο, imperf. med. præmium accipiebat. αὐτὸν ἔδεκτο, excepit eum, Py. 8. 26. et semper inest notio, datâ dexterâ, et quasi amplexu lacertorum. ἐπεί νιν ἔδεκτο, Ist. 8. 151, siquidem eum excipiebat amicè. Imperativus præsentis med. est δέκεσο, per syncopen δέξο. sic et δέκευ, Ionicè pro δέκεσο; et extruso sigma, δέκεο; contractè, δέκου, pro quo Iones habent δέκευ, excipe, Ol. 4. 14, et al. Sed quia recentior usus hoc verbum facit δέχομαι, quæ forma et in Homero occurrit; reliqua ab ejus futuro descendentia tempora eo referemus. cæterùm hinc est verbum δι-

κάζω, fut. σω, *facio ut accipiat quis quid a me, corrumpendi ejus causâ;* unde in genere est, *corrumpo.* unde est ὁ ἡ ἀδέκαστος, *incorruptus, sincerus.*

Δελφὶν, vel δελφὶς, ῖνος, ὁ. *delphinus;* habet nomen, quia cum porcâ nonnihil similitudinis habet, a δέλφαξ, ακος, ἡ. porca; quod a δελφὺς, *uterus.* perhibetur hoc animal esse συνετώτατον, καὶ φιλανθρωπότατον, καὶ χάριν ἀποδοῦναι ἐπιστάμενον. prætereà hoc nomen etiam ponitur de *machinâ navali,* quæ erat ad demergendas hostiles naves, gravi plumbo armata. δελφῖνι (κατὰ) τάχος ἴσον αὐτὸν εἴποιμι, dixerim eum velocitate similem esse delphino, Ne. 6. 108. θαλασσαῖον παραμείβεται δελφῖνα, antevertit celeritate delphinum, Py. 2. 94, qui in aquis est velocissimus. ἀντὶ δελφίνων ἐλαχυπτερύγων, Py. 4. 29, i. e. loco rerum marinarum. ἐλαχυπτερύγας verò delphinos vocat ob pinnas suas. sed ἡ Δελφὶς, ίδος, est sacerdos Apollinis Delphici, dicta μέλισσα Δελφὶς, Py. 4. 107; vide μέλισσα.

Δέμας, τὸ. cujus obliqui casus non occurrunt. *corpus benè et aptè ædificatum, proportione membri cujusque; bona habitudo corporis.* et est simul Romanorum *instar:* notans structuram debitam corporis vivi. nam de mortuo corpore ponitur σῶμα. nonnunquam *corpus* in genere notat; et ex sensu Romanorum, quibus *corpus* sæpè est *habitudo, caro.* δέμας ἀκέντητον, Ol. 1. 32, corpus non stimulatum: de equo spontè currente. δέμας πεφθόμενοι, Py. 3. 88, vastati quod attinet corpus, qui corpus amiserant laboribus et fame. δέμας θαητὸν, Ne. 11. 15, egregium et spectabile corpus, i. e. heroïcam habitudinem et structuram. nam ad aptam membrorum proportionem non minimum confert succulentia corporis justa.

Δέμνιον, ου, τὸ. *lectus ille ligneus, cui injiciuntur mollia.* est a δέμω, nam ejusmodi lectus est nobis domicilium ad tertiam totius vitæ partem, si minimum computes: ipse etiam est ædificatus quoque et colligatus ex lignis. δέμνιον Ἀρτέμιδος, Ne. 1. 3, cubile Dianæ. lectus ex mollibus condensatus dicitur generali nomine, ἡ στιβὰς, a στείβω.

Δένδρεον, ου, τὸ. *arbor.* οὐ καλὰ δένδρεα θάλλε χῶρος, Ol. 3. 40, non pulchras arbores producebat locus. et 57, θαύμαινε, mirabatur. πάντοτε, omni tempore, Ne. 11. 51. δενδρέων ἀπὸ ἀγλαῶν ἄνθεμα, Ol. 2. 133, flores a pulchris arboribus.

Δένδρον, ου, τὸ. idem. est a τὸ δὲρ, idem quod δέρυ, et δένω vel δήνω, *protendo,* compositum nomen; notatque semper *arborem proceram.* ὡς ὅτε δένδρεον ἀΐσσει, Ne. 8. 69, veluti arbor in altum surgit. δήνω vel δένω autem pertinet ad τείνω.

Δεξιόγυιος, ου, ὁ, ἡ. *dexter et promptus artubus et corpore.* ἡ δεξιογυΐα, ας, est *dexteritas et promptitudo omnium membrorum.*

Δεξιὸς, ὰ, όν. *dexter.* est a δέχω, fut. ξω. nam hâc manu aptiùs et dare et capere possumus. δεξιὸν χερσὶ, dextrum, i. e. agilem et aptum, manibus, Ist. 5. 77. δεξιωτάτην ὀπαδὸν, Ne. 3. 13, dexterrimum comitem.

Δέος, εος, τὸ. *timor.* it. activè, *terror.* [at Dammius, Ne. 1. 71, legit βέλος.]

Δέρκω, fut. δέρξω. fut. 2. δρακῶ. a. 2. ἔδρακον. perf. med. δέδορκα pro δέδρακα. *video, specto, intueor.* est a δράω vel δρέω. forma media activè occurrit. κλέος τηλόθεν δέδορκε, gloria

ex longinquo conspicitur, Ol. 1. 152, ubi passiva est notio perfecti medii; βλέπεται, ὁρᾶται, ὡς δεῦξιν πίπτει, περιφανὴς ἐστι. σοὶ ἀπὸ Νεμέας δέδορκε φάος, Ne. 3. 148, tibi a Nemeâ conspicuum est lumen, conspicitur lux victoriæ tuæ. δέδορκε παιδὶ τοῦτο φέγγος ἐν ἡλικίᾳ πρώτη, Ne. 9. 98, refulget a puero hic splendor in ætate primâ. οὐ φάος οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόνην, Ne. 7.4, non diem, non nigram videntes noctem, i. e. non qui die, non qui nocte nascimur: ut ergo hoc partic. a. 2. pass. positum sit deponentialiter. δρακεῖσα perperam legitur pro δραμεῖσα, i. e. δραμοῦσα, currens, Py. 2. 38. δέρκομαι λάμπρον ὄμματι, Ne. 7. 97, intueor serenè oculo, i. e. quemlibet possum recto et benè sibi conscio vultu intueri. δέρκεται πότμος τύραννον, Py. 3. 151, fatum et providentia divina respicit et tutatur oculo suo principem populi.

Δέρμα, ατος, τὸ. *corium*. est a præt. pass. verbi δέρω, euphonicè pro δάρμα. δέρμα κριοῦ βαθύμαλλον, Py. 4. 286. et 429, λαμπρόν; nam sermo est ibi de aureo vellere arietis. τόδε δέρμα θηρὸς, Ist. 6. 69, hoc exuvium leonis.

Δεσμὸς, οῦ, ὁ. *vinculum*. dicitur et ἡ δέσμη, et τὸ δέσμιον. δεσμὸν τετράκνημον, Py. 2. 74, ubi rota, quatuor radios habens, cui Ixion apud Inferos alligatus est, sic vocatur.

Δέσποινα, ης, ἡ. *domina, hera*. sive respectu servorum et ancillarum, sive quà conjux herilis. δέσποινα, regina, Py. 4. 19. ἀληθείας, Ol. 8. 3, ob Oraculum Iamidarum ibi. δέσποιναν, Py. 9. 13, reginam.

Δεσπόσυνος, η, ον. *herilis*. κιόνεσσι, Py. 4. 476, herilibus columnis.

Δεσπότας, Dor. pro δεσπότης, ου, ὁ. -rus, *faciens sibi reverentiam*; *rex, rector*. est quidem vox composita ex τὸ δέος, et ποιέω. proximè ex hâc origine fluit δεσπόζω, fut. όσω. *facio mihi reverentiam*. Py. 4. 94; ubi intelligitur Βάττος πρῶτος. δεσπόταν ναῶν, Py. 4. 369, i. e. Ποσειδῶνα. ἵππου, Ol. 1. 34, i. e. Hieronem, cujus equus vicerat. δεσπόταν, i. e. Bellerophontem, Ist. 7. 65. δεσπότᾳ, sc. Ἰσθμοῦ, Ist. 6. 7. ὦ δέσποτα ποντόμεδον, O Neptune, Ol. 6. 176.

Δεῦρο, adverb. vocantis hortantisque: sæpè et *locum* simpliciter designans. *huc, age*. commodè refertur ad θέω, quod et olim θεύω fuit, ut ex futuro apparet: et ρ inest ex particulâ ρα, ἄρα, *igitur, tamen*: ut vi etymi notet, θεῦε ἄρα, propera tamen, veni igitur; quod deinde per usum immutatum paululum. δεῦρο, huc, Ol. 6. 107.—8. 67, in Æginam.

Δεύτερος, α, ον. *qui secundas fert partes, inferior, qui non est primus dignitate aut tempore, cui desunt primæ partes*. deinde in genere, *alter*. est enim comparativus pro δευότερος, factus a δεύω, i. e. ἐλλείπω, *deest mihi quid*. propriè ergo dicitur de iis, qui in certamine secundas ferunt partes, in opposito ad πρῶτος; deinde et de *numero* in genere adhibitum. nam, qui ab ὁ ἕτερος, interserto υ, et præfixo δ, dictum putant, ambages nimis amant. δευτέρῳ χρόνῳ, postea, alio tempore, Ol. 1. 69. ἐξ Ὠκεανοῦ (κατὰ) γένος δεύτερος, Py. 9. 27, secundus. δεύτερον ἦμαρ, Ist. 4. 114, dies sequens hanc noctem. δευτέρα μοῖρα, Py. 1. 192, secunda post primam felicitas, cui tamen principalis pars deest. potest tamen et ibi de solo numeri ordine intelligi. δευτέραν ὁδὸν, Py. 8. 60, posteriorem expeditionem.

Δέχομαι, fut. δέξομαι. *accipio datum, excipio manibus. observo, expecto, excipio* etiam *hostiliter*. δέχεται κέρδος, lucrum accipit, Ist. 1. 74. δέχονται τὸν φάτναι, Ol. 13. 132, præsepia accipiunt eum equum. οὐδέ μιν φόρμιγγες δέχονται, Py. 1. 190, citharæ eum non excipiunt. δέξεται νύμφην, Py. 9. 97, excipiet nympham ea terra. et 130, αὐτὸν, excipiet eum. ὄρνιν, Py. 4. 40, accepit omen. et 66, βώλακα, glebam datam. et 124, ἀρχὴ τοὺς Ἀργοναύτας, initium excepit eos. et 454, ἀκτῖνας ὄλβου δέξατο ἦμαρ, radios felicitatis accepit dies, διεδέξατο. πολλὰ ἐδέξατο πτερὰ νικᾶν, Py. 9. 220, multas accepit alas victoriarum. ἅ νιν δέξατο, quæ terra eum excepit, Ist. 1. 54. δέξαντο στεφάνους, acceperunt coronas, Ol. 6. 44. ὄν, Py. 1. 155, acquisiverunt. ἔδνα, dotes, Py. 3. 168. δέξαι, accipe, Ol. 8. 14. δέδεξαι, accepisti, Py. 5. 27. δέδεκται, accepit, Py. 1. 195.

Δέω, fut. δήσω et δέσω. *vincio, ligo, facio stare et consistere ne progredi possit*. hinc est alterum illud δέω, quod *necessitate et indigentiâ constringere* notat. δήσαις αὐχένας, Py. 4. 417, postquam alligaverat colla eorum. δέδεται καὶ σοφία κέρδει, constringitur et sapientia lucro, Py. 3. 96, irretiri solet, ἡττῆται. munera etiam sapientes excæcant. δέδεται γυῖα ἀναιδεῖ ἐλπίδι, Ne. 11. 59, sunt enim ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεῳ ἀσκοί, utres repleti vanâ expectatione.

Δέω, fut. δεήσω. et in mediâ formâ, δέομαι, fut. δεήσομαι. *egeo, indigeo, opus habeo; absum*. μεγάλαι ἀλκαί, δεόμεναι ὕμνων, ἔχουσι πολὺν σκότον, Ne. 7. 19, magnæ fortitudines, si carent vate sacro, caliginosâ premuntur nocte; collato Horat. IV. 9. 25—30. tenet ergo hoc verbum notionem ligandi, quatenus *desiderium* colligationis innuit.

Δὴ, conjunctio vel adverbium. *sanè, quidem, certè, etiam, nunc, nam, attamen*. variè enim exprimendum est pro contextu. δὴ τότε, ecce tunc, Ol. 3. 45. inseritur δὴ nonnunquam voci compositæ, ut in ἐπιδήτουτοις, quæ est una vox ex tribus facta.

Δηριάω, fut. άσω. *pugno, certo*. sive id cruentâ fiat pugnâ, sive certamine alio. κάλλιον ἂν δηριώντων ἐνόστησεν ἀντιπάλων, Ne. 11. 32, pulchrius, quam pugnantes adversarii in certamine, rediit.

Δηρίω, fut. ίσω. idem. δηρίομαι πολλοῖς, Ol. 13. 63, certo cum multis, i. e. referens ego facta egregia familiæ tuæ, possem superare numerum rectè factorum multarum aliarum familiarum.

Δία, præpositio. aptè ad δίω refertur. regit genitivum et accusativum. cum *genitivo* est, *per, durch*. διὰ αἰθέρος, sc. φερόμενον, Ol. 1. 10, per ætherem. διὰ ἀμφοῖν, Py. 3. 102, i. e. per Æsculapium, et per eum quem is ex morte suscitavit. διὰ φρενῶν, Ne. 7. 38, per pectus. ἀνθρώπων, Ist. 4. 64, per homines latè. Cum *accusâtivo* διὰ notat quoque, *per, in*. διὰ τεὰν δύναμιν, Py. 2. 38, propter tuam potentiam. δι' ὅμιλον, Py. 9. 217, per agmen. δι' Ὅμηρον, Ne. 7. 31, propter Homerum. διὰ πόντον, per mare, Ist. 4. 70. τεὰν τιμὴν, Ist. 5. 6, propter tuum honorem. et 13, δαίμονας, per fortunas. διὰ Ὑπερβορέους, Ist. 6. 34, per eos. διὰ avulsum, Ol. 7. 138.

Διαβολία, ας, ἡ. *calumnia*. propriè notat *jaculum quo quis trajicitur*. διαβολιᾶν (Dor. genit. plur.) ὑποφάτιες, Py. 2. 140, calumniarum et criminationum oblocutores et interpretes.

Διαγγέλλω, fut. ελῶ. *annuntio.* **διαγγέλλοισα,** Dor. pro **διαγγέλλουσα,** Ne. 5. 7. et inest notio *divulgandi ubique.*

Διαιθύσσω, fut. ξω. *per aliquid moveo me vel alium.* **ἄλλοτε ἀλλοῖαι διαιθύσσοισιν αὖραι,** Ol. 7. 175, aliàs aliæ ingruunt auræ, **ὁρμῶσι.** innuit poëta triste aliquid accidisse tempore tam læto; sed non indicat quid.

Δίαιτα, ης, ἡ. *victûs ratio. circa cibum et potum ratio.* deinde in genere et ab hac parte, *vitæ ratio, conversatio.* **κεινὰν (κενὴν) παρὰ δίαιταν,** Ol. 2. 116, propter inopem victum, propter deficientem et inanem victum: **διὰ τὴν πενίαν. ἀνδρῶν δίαιταν μηνύει,** Py. 1. 182, virorum vitam actam indicat, vitæ rationem moralem. vox est a **δαίω.** notat et, *sententiam judicialem arbitri.* hinc **ἐμμένειν τῇ διαίτῃ,** stare sententiâ arbitri, Aristoph. Vesp. 522.

Διαιτάω, f. ήσω. *præscripto victu alo.* et in genere, *rego, guberno.* **πόλιν ἅπασιν λαῶν τε διαιτᾷν,** Ol. 9. 100, i. e. **διοικεῖν,** administrare velut medicus. **κεῖνο κείνα ἁμέρα διαίτασεν,** Py. 9. 121, arbitri instar et medici illud disposuit illa dies.

Διακρίνω, fut. ινῶ. *discerno, separo.* **ἄλτιν** (i. e. **ἄλσος,** lucum sacrum, ex dialecto Eleorum) **ἐν καθαρῷ (τόπῳ) διέκρινε,** Ol. 10. 56, segregabat a communi usu, seligebat. **διακρίνειν ὀρθᾷ φρενί,** Ol. 8. 32, rectâ dijudicare mente, **κατορθῶσαι. διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων,** Py. 1. 133, ut recta et vera ratio hominum dijudicet et intelligat, i. e. ut quivis sanæ mentis agnoscat, sc. **αἶσαν τοιαύτην** fuisse qualis fuit, ob **εὐνομίαν. ἐκέλευσεν ἀέθλοις ποδῶν διακρῖναι,** Py. 9. 204, jussit certaminibus pedum dijudicare et decernere, -m quis ex filiabus sit habiturus.

Διαλλάσσω, fut. άξω. *permuto, immuto.* **οὔτε λέοντες διαλλάξαιντο ἦθος,** Ol. 11. 22, leones non sanè mutaverint unquam ingenium suum.

Διανέμω, *guberno, administro.* **ναὸν διανέμων,** templum administrans, Py. 8. 89.

Διανίσσομαι, *transeo.* **διανισσόμενον χαλκοῦ,** transeuntem per æs; et sermo est de cantu tibiarum, quando vox transit per æream tibiam, Py. 12. 43.

Διαντλέω, fut. ήσω. *exhaurio per.* **διαντλήσαις νόσον,** Py. 4. 522, cum morbum exantlasset; qui morbus erat civilis, exilium nimirum.

Διάπειρα, ας, ἡ. *exploratio, specimen.* **διάπειρα, βροτῶν ἔλεγχος,** experientia est mortalibus index veritatis, Ol. 4. 29, experimentum.

Διαπλέκω, *connexum facio, me vel aliud.* **πάγχυ διαπλέκει,** omninò innectit se omnibus, Py. 2. 152. **διαπλέκοις βίοτον ἐμπεδοσθενέα ἥβῃ καὶ λιπαρῷ γήραϊ,** utinam intertexas vitam feliciter firmam juventuti et senectuti vegetæ, Ne. 7. 146. **διαπλέξαισα θρῆνον,** Py. 12. 14, lamentationem contexens et internectens, concinnans.

Διαπρεπὴς, έος, ὁ, ἡ. *valdè insignis, excellens.* **νᾶσον,** i. e. Æginam, Ist. 5. 56. eodem sensu dicitur **ἐκπρεπής.**

Διαπρέπω, *excello præ aliis.* **διαπρέπει πῦρ (ἐν) νυκτὶ,** Ol. 1. 3, i. e. **ἐκπρεπὲς μόνον δοκεῖ εἶναι,** nam noctu ignis solus est pulcher, et præ omnibus aliis conspicitur solus, omnibus aliis obscuratis.

Διαπρύσιος, ου, ὁ, ἡ. *latè penetrans et transiens,* **εἰς μακρὸν διαπεράσιμος καὶ διήκων.** est a **περάω,** et per dialectum **περύω,** fut. ύσω, unde est **περύσιος,** per syncopen **πρύσιος,** *transiens*: et a composito **διαπερύω,**

διαπρύσιος et διαπρύσιος. Ἀπείρῳ διαπρυσίᾳ, per universam Epirum, Ne. 4. 83, ubi etiam peculiare fœmininum Ionicum et Doricum vides, nam commune genus est Atticum.

Διαρκέω, fut. έσω. *prorsùs satis sum.* εὐώνυμον ἐς δίκην τρία ἔπεα διαρκέσει, Ne. 7. 71, honestam ad causam tria verba sufficient, i. e. pauca.

Διασιγάω, *reticeo.* διασιγάσομαι αὐτᾶ (Dor. pro αὐτοῦ) μόρον, reticebo ejus fatum, Ol. 13. 130. ubi tamen alii, meliùs fortasse, legunt διασωπάσομαι, Dor. pro διασιωπήσομαι, prorsùs silebo. nam σωπάω illis est pro σιωπάω, *sileo.*

Διαυλοδρόμας, Dor. pro διαυλοδρόμης, ου, ὁ. *qui duplicato cursu certat.* Py. 10. 14, παίδων, puerorum sic certantium.

Διαυλοδρόμος, ου, ὁ. est ὁ τοῦ διαύλου δρόμος, quando cursus a metâ circumactâ usque ad carceres revertitur, et sic duplicatur. Py. 10. inscr. et hic cursus similis erat scriptioni, quæ olim βουστροφηδὸν fiebat, sicut in arando boves, exacto uno sulco, redeunt conversi ad alterum sulcum retrò arandum.

Δίαυλος, ου, ὁ, ἡ. est ab ὁ αὐλὸς, quatenus *longum illud et arctum stadium* notat, et δὶς, *bis: stadium cursorium duplex, a carcere ad calces, et inde, brevi inflexione factâ, iterum ad carceres.* in genere αὐλὸς est *meatus longus et angustus quilibet; convallis;* Ol. 13. 50.

Διαφαίνω, *perlucere facio.* διαφαίνομαι, *pelluceo, distinctè luceo;* prima notio activi est, *perostendo.* καιομένη πυρὰ διέφαινε αὐτῷ, ardens rogus perostendit ei, Py. 3. 78; ubi sermo est de Coronide mortuâ, vivum puerum in utero gestante adhuc; et Apolline accedente, ut eriperet puerum; tunc ἡ φύσις τοῦ πυρὸς οἷον διεσχίσθη, καὶ διάστημα τοῦ πυρὸς ἐγένετο, ut solum corpus appareret. est quasi pro διέχαινε, dishiabat. ἐν πείρᾳ τέλος διαφαίνεται, Ne. 3. 123, per experientiam perfectio apparet et dispicitur.

Διαφέρω, *differo.* διαφέρεσθαι sæpè est μάχεσθαι. cæterùm est verbum in usu πολύσημον: sicut et simplex φέρειν, quod sæpè est ὑπομένειν, et λυσιτελεῖν, et κινεῖν; unde ἡ φορὰ, ἡ κίνησις. ὅτι αὐτὸν διαφέρει, quæ eum differt, i. e. celebrat, celebrem facit, Py. 11. 92. ἕκαστος διαφέρομεν, singuli differimus, i. e. diversa studia sequimur, Ne. 7. 79.

Διδακτὸς, ἡ, όν. *doctrinâ perceptus, doctus.*

Διδάσκω, fut. άξω. *doceo, discernere facio.* est a δάω vel δαίω, *doceo,* unde fit Ionicè δάσκω, et cum reduplicatione Ionicâ, διδάσκω. τὸν δίδαξε φαρμάκων νομὸν, Ne. 3. 95, docuit eum medicamentorum administrationem. διδάξαι τὸν, ἰᾶσθαι νόσους, Py. 3. 80, ut doceret eum sanare morbos. τὸ διδάξασθαι εἰδότι ῥαΐτερον, Ol. 8. 77, docere facile est scienti: benè docet, qui ipse benè didicit. reperitur et futurum διδασκήσω, a διδασκέω.

Διδασκαλία, ας, ἡ. *doctrina.* Χείρωνος, Py. 4. 180, quâ ita sum institutus, ne mentirer.

Δίδυμος, ου, ὁ, ἡ. *geminus, duplex.* it. *germanus.* a δὶς, *bis,* et δύω, *subeo;* οἱ ὄντες δύο ἐκ γαστρὸς καταδύντες μιᾶς. διδύμῳ σὺν κασιγνήτῳ, Ne. 1. 56, i. e. cum Iphicle. nam Hercules et Iphicles gemelli fuere, Hercules unâ nocte senior altero. δίδυμον θησαυρὸν, Ol. 6. 111, i. e. διπλοῦν. οἰωνῶν βασιλῆα δίδυμον, Ol. 13. 30, i. e. aquilam duplicem; sic in fastigio templi collocatas duas

aquilas, ut terga contingerent se. δίδυμον ἄχθος, Ne. 6. 98, duplex onus. δίδυμοι ἔσαν, Py. 4. 371, duæ erant petræ. διδύμων υἱῶν, Py. 9. 149, gemellorum. διδύμων ἀέθλων μοῖρα ἐστὶ τῷ, Ist. 3. 15, geminorum certaminum sors. σὺν διδύμοις, Ol. 3. 63, i. e. σὺν Διοσκούροις, Castore et Polluce. διδύμοις παίδεσσιν, Ne. 9. 9, Apollini et Dianæ. διδύμους βωμοὺς, Ol. 5. 10, duas aras. υἱοὺς, Py. 4. 316, duos filios. διδύμᾳ χειρὶ, geminâ manu, Py. 2. 17. διδύμας χάριτας φέρων, i. e. διπλασίας, Py. 3. 127. est ergo et δίδυμος, η, ον. et ἡ Διδύμα vocari solita Diana, quia cum Apolline uno partu edita.

Δίδωμι, factum ex διδόω, quod per reduplicationem factum est ex δόω. fut. δώσω, *do.* καιρὸν, Py. 1. 111, opportunitatem. διδόμεν (Ionicè pro διδόναι) tradere, Ist. 8. 132. δώσειν (a δόω) νὶν μόρον, Ne. 1. 99, daturum ei mortem: ubi μὶν vel νὶν pro αὐτῷ. δέδωκε κόσμον Ἀθήναις, dedit ornamentum Athenis, Ne. 2. 11. μάτρωϊ (avunculo materno, quamquam alii ibi legant πάτρωϊ, patruo) δέδωκε κοινὸν θάλος, Ist. 7. 34, dedit commune decus. ἔδωκε θῆρας φόβῳ, tradidit feras timori, Py. 5. 80. οὐκ ἔδωκαν καρπὸν, Ne. 11. 50, non dare et ferre solent fructum. τράφειν (Dor. pro τραφεῖν, educare) δῶκαν, tradiderunt, Py. 4. 205. ἄρουραι βίον ἄνδρεσσιν ἔδοσαν (a δῶμι idem quod δόω) victum dare et proferre solent, Ne. 6. 19. δόμεν pro δοῦναι, Ol. 6. 54. δόμεν νὶν, sc. τὸν Δία, Py. 5. 167. et ibi ἐπὶ est avulsum, pro ἐπιδοῦναι.

Διέπω, *exsequor studiosè, administro, ordino, curo.* διέποντι (Doricè pro διέπουσι, tertia plur. præs.) μοῖραν, Ne. 10. 99, administrant officium suum. διέπων σκήπτρῳ, Ol. 6. 158, sceptro et regimine regens.

Διείργω, *distineo, discrimino.* διείργει, Ne. 6. 4, discriminat, discernit.

Διέρχομαι, *pertranseo.* διήρχετο κύκλον, Ol. 9. 140, percurrit stadium, διέβαινε τὸν κύκλον τοῦ σταδίου. διέρχονται τέλος βίου, Ist. 4. 7, pertranseunt vitæ terminum. λόγον διελθεῖν, Ne. 4. 117, narrationem exsequi omnem.

Διθύραμβος, ου, ὁ. Genus cantûs et χοροῦ κυκλίου. Corinthi inventa est hæc saltatio Bacchica, ab Ἀρίονι Lesbio; [sic appellata fuit ἀπὸ τοῦ Διονύσου τοῦ ἐκ δύο θυρῶν ἐξέλθοντος, *a Baccho duabus foribus egresso*, utero scil. materno, et Jovis femore; vel quod ab eodem Nisæ in *bifori* antro fuerit educatus. Ben.]

Δίκα, Dor. pro δίκη, ης, ἡ. *mos, jus, fas.* est a δίκω ortum nomen. sicut Germanorum phrasis *es shicket sich, æquum est, decet,* a *shicken, mittere, jacere,* orta est. δίκη enim dirigitur ad scopum rectum et recepto mori bono consentaneum. inest simul notio *reverentiæ* et *pudoris*, ex δίω, et τὸ δέος. κώμῳ δίκα παρέστηκε, Py. 8. 100, justitia meo hymno constare solet, i. e. ἀλήθεια. πρὸ δίκας, Py. 4. 248, præ jure. δίκας ἄωτος, Ne. 3. 49, justitiæ flos, i. e. veritas. ἐν δίκᾳ καὶ παρὰ δίκαν πεπραγμένα, Ol. 2. 30, i. e. quocunque modo, δικαίως ἢ ἀδίκως. nam reges, Hiero et Thero, cognati, breve bellum inter se gesserant ex mutuis suspicionibus. ἐν δίκᾳ, justè, Ol. 6. 19. ἐν δίκᾳ ἐρχόμενον, Py. 5. 18, i. e. βαδίζοντα καὶ ζῶντα δικαίως. δίκᾳ ξυναρκέϊ, Ne. 4. 19, est ablativus. δίκαν Φιλοκτήτου ἐφέπων, Py. 1. 97, morem illius secutus: nam sicut Philoctetes ægrotus expugnavit Trojam, sic Hiero morbis vexatus superavit hostes. δίκαν λύκοιο, Py. 2. 155, more lupi.

Δικάζω, fut. άσω. *jus statuo.* κατὰ γῆς, i. e. apud inferos, Ol. 2. 107.

Δικαία, *ας*, *ἡ*. eadem quæ ἡ δίκη. δικαίαν, Py. 4. 499, i. e. δικαιοσύνην.

Δίκαιος, *α*, *ον*. *justus, æquus, moris justi et humani observans.* δικαίῳ πηδαλίῳ, Py. 1. 166, i. e. justis legibus. δίκαιον ξένον, Ol. 2. 11, i. e. δίκαιον ὄντα κατὰ τὴν φιλίαν τῶν ξένων. ἐν δικαίοις ἀνδρῶν, Ne. 8. 70; Attica phrasis, pro, ἐν δικαίοις ἀνδράσιν.

Δικαιόπολις, *ιος*, *ὁ*, *ἡ*. *justitiam colente civitate florens.* νῆσος, insula Ægina, civitatem habens justitiâ florentem, Py. 8. 31.

Δίκω, *jacio, jaculor, dejicio.* est a δίω, interserto κ. ἔδικε πέτρῳ (εἰς) μῆκος, Ol. 10. 86, jaculabatur saxo in longitudinem, i. e. longè. πολλὰ φύλλα καὶ στεφάνους ἔδικον ἐπὶ αὐτὸν, Py. 9. 218, conjiciebant in eum, gaudii et honoris causâ. aor. 2. ferè solus in usu est.

Δινέω, fut. ήσω. *in orbem circumago.* it. *moveo, agito.* est a δίω, *agito.* ἐδινήθην κατὰ τρίοδον, Py. 11. 59, circumactus sum per trivium.

Διόνυσος, *ου*, *ὁ*. et ob metrum Διώνυσος et Διώνυσσος. Bacchus. nomen est quasi Διὸς οἶνος, Jovis vinum, cum aliquâ mutatione literarum. Διόνυσος circumscriptus, Ol. 2. 50. Διωνύσου χάριτες, i. e. ὕμνοι χαρίεντες καὶ πανηγύρεις τοῦ Διονύσου, Ol. 13. 25.

Διορθόω, fut. ώσω. *erigo, dirigo.* ξυνὸν λόγον διορθῶσαι, Ol. 7. 38, i. e. ἀκριβῶσαι, διασημῆναι, ὀρθῶς εἰπεῖν.

Δῖος, *α*, *ον*. est pro δίϊος contractum, a διὸς genitivo τοῦ, Ζεύς. et notat *maximè venerabilem et suspiciendum*, deinde et, *valdè timendum et horrendum.* propriè autem notat *filium Jovis*, τὸν ἀπὸ Διός.

Διόσδοτος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*. *a Jove datus.* διόσδοτος αἴγλη, Py. 8. 137, splendor (felicitas) a Jove datus.

Διπλόος, *οῦς*, διπλόη, ῆ, διπλόον, οῦν. *duplex.* est a δὶς, cum terminatione πλόος, sicut ab α unitatis fit ἁπλόος, a τρὶς τριπλόος, &c. et διπλοῦν dicitur κατὰ τὸ μέγεθος, sed διπλάσιος κατὰ ἀριθμὸν dicitur.

Δὶς, adv. *bis.* Py. 10. 22, sc. ὃς ἐνίκησε δίς. δὶς δὴ δυοῖν, Ne. 8. 82, i. e. τεσσάρων, sc. νικῶν, ob quatuor victorias cursu. δὶς ἔπραθον, Ist. 5. 46, bis expilârunt. μὴ δὶς, ne bis, Ist. 8. 92.

Δισκέω, fut. ήσω. *disco jacio, certo disco.*

Δίσκος, *ου*, *ὁ*. *discus.* est a δίκω, interserto sigma. erat aliàs ἐκ σιδήρου, aliàs ξύλινος, aliàs χαλκοῦς. δίσκοις λιθίνοις, sc. ἀκοντίζοντες, Ist. 1. 34. et ejusmodi disci dicebantur ἀποτομάδες, quia victori tantum agri ἀπετίμνετο in patriâ, quantum spatium jaciendo emensus esset; et quidem figurâ quadrilaterâ equilaterâ.

Δισσὸς, *ἡ*, *όν*. *duplex.* δισσῶν σταδίων, Ne. 8. 26, duplicium stadiorum, i. e. cùm pater semel, et filius semel, stadio vicerunt. δισσαῖς χερσὶν ἑαῖς, Ne. 1. 67, ambabus manibus suis. ut ergo δισσὸς sit *duplex numero.*

Διφρηλασία, *ας*, *ἡ*. *agitatio curruum dextra*, Ol. 3. 67.

Διφρηλάτας, Dor. pro διφρηλάτης, ου, ὁ. *currûs agitator.*

Δίφρος, *ου*, *ὁ*. propriè est *currus militaris*, cui superstabant semper duo, unus regens equos, qui ἡνίοχος, (habenas habens,) alter pugnans, qui παραιβάτης (juxta stans) dictus. et hi duo stabant juxta se, prior ille a sinistrâ, hic a dextrâ. est ergo δίφρος per syncopen pro δίφορος, a δύο φέρειν, a ferendo duos viros. ἐν Μουσᾶν δίφρῳ, in curru Musarum, i. e. in re poëticâ, Ol. 9. 121. sic, οἱ ἐς δίφρον Μουσᾶν ἔβαινον, Ist. 2. 3,

i. e. poëtæ. ἤνεγκε παρθένον, vexit eam, Py. 9. 11. sic χρύσεον, Ol. 1. 140, i. e. inauratum. ξεστὸν, politum benè, Py. 2. 20. ὅλον, non diffractum, ἄθραυστον, Py. 5. 66. καμπύλον, Ist. 4. 48, nam erat rotundus. in plurali dicitur et τὰ δίφρα, sellæ, apud Callim. Di. 135.

Δίχα, adv. *dupliciter, bifariam.* in Homero nunquam est pro χωρὶς καὶ ἄνευ, hæc enim notio Recentiorum est. In Pindaro est recentior illa notio, *seorsum, non inter reliquos.* πρυμνοῖς ἀγορᾶς ἔπι, δίχα κεῖται, Py. 5. 126, seorsum, non inter reliquos reges, sed loco singulari, honoris causâ, in extremâ parte fori.

Διχόβουλος, ου, ὁ, ἡ. *diversa cogitans et volens.* Νέμεσιν διχόβουλον, Ol. 8. 114, τὴν ἐπιφθονοῦσαν καὶ ἐναντία ποιοῦσαν οἷς βουλευόμεθα· τὴν ἐναντία βουλευομένην τοῖς ἤδη προκατωρθωμένοις ἀφ' ἡμῶν.

Διχόμηνις, ιδος, ὁ, ἡ. *in medio mense existens, mensem dividens in duas æquales partes.* Ol. 3. 35, ubi sermo est de plenilunio.

Δίψα, ης, ἡ. *sitis.* est ab ἴπτω, (quod verbum de quovis onere quo quid premitur, vel quod incidit in aliquem, poni solet.) metaphoricè ponitur de *magnâ aliquâ cupiditate et desiderio.* δίψαν ἀοιδᾶν ἀκειόμενον, Py. 9. 180, carminum siti medentem.

Διψάω, fut. ήσω. *sitio.* διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου, res alia aliud desiderat, ἐπιθυμεῖ, Ne. 3. 10, alia aliis rebus conveniunt et debentur.

Διώκω, fut. ξω. *pello, impello, persequor.* est a δίω, per paragogen. qui enim a δίω et ὤκα *celeriter*, compositum esse fingunt, aptè quidem explicant vim vocis, sed præter necessitatem ex simplici verbo compositum faciunt. Atticè dicitur id verbum διωκάθω. διώκων φόρμιγγα πλήκτρῳ, Ne. 5. 44, ubi apta phrasis de celeritate digitorum plectro armatorum in chordis citharæ pulsandis; simul exprimit industriam psallentis. ἦλθε διώκων, Ne. 10. 123, persequens hos hostes, et superveniens celeriter iis. διώκων μέτρα, mediocritati studens, Ist. 6. 103. διώκων ἐφάμερον τερπνὸν, Ist. 7. 57, oblectationem diurnam venans. οὔ μὴν διώξω, sc. τὸ ἄβατον καὶ ἀδύνατον, Ol. 3. 81, i. e. οὐ ζητήσω: et est tacita admonitio; sic nec tu ulteriorem felicitatem aut majorem quærito, sicut ego non pluribus te laudo, utpote summas tres laudes persequi non valens. διώξει χερὶ βέλος, Ist. 8. 73, agitaturus est telum. διώκειν ἀρετὰς ὕμνῳ, Ist. 4. 5, virtutes hymno prosequi et persequi.

Διώξιππος, ου, ὁ, ἡ. *equos agitans celeriter.* a διώκω, *insequor currentem.* διωξίππου Κυρήνης, Py. 9. 5, quæ est laus urbis illius et regionis.

Δνοφερὸς, ὰ, όν. *tenebricosus, niger*, μέλας. δνοφερὸν κᾶδος, atrum funus, Py. 4. 200.

Δοιοὶ, αὶ, ά. *duo, æ, o.*

Δοκέω, fut. ήσω. et per syncopen δόξω. *puto*, it. *videor, existimor*, mihi vel aliis. et ponitur sæpè quasi dubiè: sæpè autem et ad veritatem, unde οἱ δοκοῦντες sunt, *qui verè magni æstimantur et haberi debent.* tertia persona ferè impersonaliter ponitur, δοκεῖ, *videtur*; ut Romanorum *videtur* est plerùmque modestiæ verbum. δοκεῖ σοφὸς πολλοῖς, Py. 8, 105, sapiens putatur. τὸν δοκέοντα, Ne. 7. 46, expectantem, opinantem quòd id venturum sit. ἐδόκησεν ὁπλοτέροις, Py. 6. 39, visus est junioribus; et confer πάλαι. ἐδόκησαν, visi sunt, Ol. 13. 79. δεδόκηται, visum est, Ne. 5. 36. δόξομεν, videbimur, Ne. 4. 61. ἔδοξαν, videri solent, Ol. 5. 38. δοκεῦν, neu-

trium participii, sæpè absolutè ponitur de omni genere, numero, et casu, sicut et δόξαν vel δικῆσαν. e. c. ἔχεις ἀδελφὸν, οὐ δοκοῦν ἕξειν ποτὲ, habes fratrem, de quo nulla erat opinio te habituram esse eum unquam, Eurip. Iphig. in Taur. 802.

Δόκιμος, ου, ὁ, ἡ. *probatus, benè exceptus a plurimis.* ὕμνον, acceptum hymnum, sc. κρίθεντι τῷ Διί, Ne. 3. 18.

Δόλιος, α, ον. *dolosus, clandestinus, simulans.* in bono et malo sensu. δόλιος αἰὼν, Ist. 8. 27, dolosum ævum, facilè decipiens spem. δόλιον ἀστὸν, civem mali consilii plenum, Py. 2. 150. δόλιον κέρδος, Py. 4. 248, lucrum iniquum. δολίων ἑρκέων ἄνευ, Ne. 3. 89, sine dolosis septis: et ibi de venatione sermo est. δολίαις τέχναις, Ne. 4. 93, dolosis artibus. est ergo δόλιος, *qui alios captat, et in errorem vel fraudem illicit*; sæpè laudabiliter.

Δολιχήρετμος, ου, ὁ, ἡ. est epitheton hominum nauticorum, ὁ εἰς δολιχὸν πλοῦν ἐξαρκῶν ἐν τῷ ἐρέσσειν, *qui idoneus est ad longam navigationem remigando.* Αἴγιναν, i. e. ναυτικὴν, Ol. 8. 27.

Δόλος, ου, ὁ. *dolus, calliditas*; in bono et malo sensu *simulatio* et *dissimulatio*. τὸ κέρδος sæpè est idem quod ὁ δόλος. *ars* Romanis dicitur. ἐκ δόλου δυσπενθέος, Py. 11. 27, ex dolo luctuoso; ubi sic vocatur insidiosa cædes Agamemnonis, et insidiæ ejus filio factæ, cùm intelligeretur necem Orestæ esse paratam. φῶτας ὀξυρεπεῖ δόλῳ ἀπτῶτι δαμάσας, Ol. 9. 138, viros celeri arte non labente cùm superâsset, ὀξυτάτῃ καὶ ἐπιμελεῖ τέχνῃ, in bono sensu; ut notetur *cursus celerrimus et nihil titubans in certamine.* αὐτὸν δόλῳ πεδῆσαι ἤθελεν, Ne. 5. 50, dolo irretire voluit. ἧντε (εἰς) δόλον αὐτῷ θέσαν Ζηνὸς παλάμαι, Py. 2. 71, quam nubem ei in dolum et deceptionem fecerant Jovis manus. ἄθεμιν δόλον, Py. 3. 56, injustum dolum, κακουργίαν ἄδικον, ex parte Coronidis, quæ patrem quærebat infanti concepto jam ex Apolline. est ergo a δέλω, *capio*, a quo est τὸ δέλεαρ, et ἡ δέλτος, ου, *tabula scripta*, occulens sensa scribentis.

Δολοφραδὴς, έος, ὁ, ἡ. *qui dolum meditatur, dolosæ mentis.* πάρφασις δολοφραδὴς, Ne. 8. 56, allocutio dolosa.

Δολόω, fut. ώσω. *in fraudem illicio.* μὴ δολωθῇς, ὦ φίλε, κέρδεσιν εὐτραπέλοις, Py. 1. 178, ne decipiaris, O amice, lucris urbanè nugacibus, i. e. lucris quæ in jocum vertuntur a sordidis.

Δόμος, ου, ὁ. *domus, habitatio, ædificium.* it. *conclave.* it. *familia.* nam τὸ δῶμα semper de *ædificio*, δόμος verò nonnunquam et de *domesticis, ad domum pertinentibus hominibus*, ponitur. μελαντειχέα Περσεφόνης, nigram domum Proserpinæ, Ol. 14. 28. τεὸν θαητὸν ἔτευξαν, tuam admirandam domum, Py. 7. 10. ἐν τεμενέσσι τεοῖς, prope tuam, Ne. 7. 138. πρὸ δόμων, Py. 2. 35, ante ædes, προελθοῦσα τῶν οἴκων. δόμοις ἀρωγὸν, Ol. 2. 81, i. e. τῆς αὐτοῦ βασιλείας.

Δόναξ, ακος, ὁ. *arundo tenuis.* a ῥᾶον δονεῖσθαι, quia facilè a ventulo moventur. est εἶδος καλάμου, et δόνακες sunt λεπτοὶ καλαμίσκοι, δονάκια a Recentioribus dicti: et ἐκ δονάκων fiebant σύριγγες, contra οἱ αὐλοὶ ἐκ καλάμων. χαλκοῦ ἅμα καὶ δονάκων, Py. 12. 44, ubi αὐλοὶ describuntur, quorum duplex materia, ex ære et ex calamis; maximè ἡ γλωσσὶς (orificium) fiebat ἐκ δονάκων, ad formam ferè nostrorum *haut-bois.*

Δονέω, fut. ήσω. *moto, agito*, maximè

per lineam curvam. ὄφρα ποθεινὴ Ἑλλὰς δονέοι Μηδείαν, Py.4.390, versaret et impelleret Medeam, διακινοίη, καὶ παρασκευάσῃ συναπᾶραι (proficisci navibus unà cum) τοῖς Ἀργοναύταις. θρόον ὕμνων δόνει, Ne. 7.119, sonum hymnorum volvito. τοῦτο λέγεται μάλιστα παντὶ θυμὸν δονεῖν, Ne. 6.96, cuique maximè perturbare et agitare animum. παλάμῃ δονέων ἄκοντα, Py. 1.85, manu vibrans jaculum. δονέονται, Py. 10.60, agitantur, κινοῦνται. δονηθεῖσα φρὴν, Py. 6.36, perculsa, terrore agitata, mens.

Δόξα, ης, et Dor. ας, ἡ. est ἡ δόκησις, οἴησις, ἔννοια κατὰ ψυχὴν, ὑπόληψις. *opinio.* notio τῆς τιμῆς Recentiorum est, ut *opinio honorifica* connotetur, et *gloria*, et *existimatio magna*. δόξα τῶν ἐπιφλέγει, Py. 11.69, gloria eorum splendet ut ignis. δόξας αὔχημα, Py. 1.180, prædicatio gloriæ. ἄνευθεν δόξας, Ist. 1.100, sine gloriâ. ἀπλέτου δόξας, Ist. 4.17, immensæ gloriæ. ἐν δόξᾳ θέμενος, Ol. 10.74, in honore constitutus. δόξαν ἔχω τινὰ ἐπὶ γλώσσῃ ἀκόνας, habeo in linguâ aliquam opinionem cotis, Ol. 6.140, i.e. de linguâ meâ est ea existimatio, quasi sit cos quædam, acuens ad virtutem alios. ποθεινοτάτην δόξαν φέρειν, Ol. 8.85, desideratissimam gloriam reportare, et existimationem. δόξαν φέρει, affert opinionem, Py. 1.70. ubi antiquus ille significatus. παλαιὰν, Py. 9.182, nisi ibi est, δόξα παλαιᾶν προγόνων. ἐμὴν (κατὰ) Ne. 11.30, juxta meam opinionem et sententiam. verbum δοξάζω sæpè est, *opinor, conjicio, puto.*

Δόρπος, ου, ὁ. *cœna vespertina*, capta eo tempore, quando, ob accedentem noctem, δόρυ παύεται; nam a δόρυ et παύω compositum est nomen. deinde est in genere, *cibus ordinarius qui sumitur.* idem dicitur τὸ δόρπον, ου. aliis tamen est is cibus quem Latini *merendam* vocant, *das vesperbrodt.* δόρπου λύσιν, Ol. 10.57, i.e. locum ubi hospites diversari possent ad cibum capiendum.

Δόρυ, τὸ. genit. τοῦ δουρὸς et δορὸς, et δόρατος et δούρατος, quasi nominativus esset τὸ δὸρ, vel τὸ δόρας, cum interjecto vel transposito υ. *hastile*; it. *hasta tota.* propriè est *lignum longum, a cortice liberatum, trabs, lignum teres*; deinde et *arbor* ipsa ex quâ fieri possunt trabes aut hastilia. est a δέρω, *nudo, decortico*, διὰ τὸ ἤδη ἀποδαρῆναι τοῦ φλοιοῦ, ἢ διὰ τὸ χρῆναι παθεῖν τοῦτο. δόρυ εἰνάλιον, lignum marinum, i.e. navis, Py. 4.47. ἐκ δούρατος, ex trabe, i.e. ἐκ νηὸς, Py. 4.68. δουρὶ μάρνασθαι, sc. ἀγαθὸν, Ol. 6.29. δορὶ, a nominativo τὸ δὸρ, Ist. 5.53. δορὶ ἐκταμὼν, Ist. 8.113, exscindens et perdens hastâ.

Δορίκτυπος, ου, ὁ, ἡ. *hastâ*, i.e. *pugnando, strepens graviter.*

Δόσις, εως, ἡ. *donum, munus.* in genere, *quodcunque datur*, etiam honoris causâ. δόσις κούφα, Ist. 1.62, leve, facile donum. δόσιν Μοισᾶν, Ol. 7.13, i.e. hymnum. πολέμου, Ol. 10.68, i.e. τὰ λάφυρα. κτεάνων, Py. 1.88, elargitionem bonorum. ἁρπαλέαν, Py. 8.94, avidè prehensum donum.

Δουλεία, ας, ἡ. *servitus.* δουλείας βαρείας ἐξέλκων τὸν, Py. 1.147, ex servitute gravi eripiens eum.

Δουλοσύνα, Dor. pro δουλοσύνη, ης, ἡ. idem.

Δράκων, οντος, ὁ. *draco, anguis major.* est a δέρκω, ὡς τῇ ὄψει καταπλήττων, *visu suo terrens*; fortasse et, ὁ ὀξὺ βλέπων. δράκοντος δὲ εἴχετο, (custodiebatur vellus illud aureum) λαβροτάτων γενύων, (impetuosissimis

maxillis) ὃς πήχει μάκει τε (crassitie et longitudine) πεντηκόντορον ναῦν ἐκράτει, navem quinquaginta remorum superabat, Py. 4. 434—437. δράκοντα ποικίλον ἐπὶ ἀσπίδος, Py. 8. 65, draconem vario colore pictum in clypeo. δράκοντες γλαυκῶπες, Ol. 6. 76—79, qui ibi dicuntur aluisse puerum recens natum et expositum: et hi emittunt aliàs ἰὸν lethalem; sed nunc, deorum voluntate, salubrem et dulcem, sicut mel est. δράκοντες γλαυκοὶ, τρεῖς, Ol. 8. 48—52, ad muros Trojanos accedentes. δρακόντων φόβαις ποίκιλον κάρα, Medusam, Py. 10. 74, draconum jubis, i. e. serpentibus loco comarum, variegatum et oppletum caput. δράκοντας ἔπεμπε, Ne. 1. 60—70, Juno ad cunas Herculis.

Δράστας, Dor. pro δράστης, ου, ὁ. *fugitivus, fugiens.* idem dicitur ὁ δραπέτης. θεράπων τῷ καιρῷ οὐ δράστας ὀπηδεῖ, famulus non fugitivus et desertor comitatur et sequitur occasionem et opportunitatem temporis, Py. 4. 511. sed dubium tamen est ibi, an τὸ οἱ, ei, ad καιρὸν, an ad Δημόφιλον, sit referendum: ut hoc posteriori sensu esset, occasio et opportunitas comitatur eum ut minister minimè cessans et fugitivus. alibi ὁ δράστης, est et, *acer ad res gerendas*, ὁ δραστήρ.

Δρέμω, fut. 2. δραμῶ. perf. m. δέδρομα. perf. act. δεδράμηκα. *circumverto me ad currendum vel fugiendum, curro.* est a τρέω, a quo est et τρέχω. ἀθρόοι ἔδραμον, crebri accurrerunt, Ne. 1. 78. δραμεῖν πρὸς στάθμην, Ne. 6. 13, currere ad metam. δραμεῖσα (part. a. 2. pass. deponentialiter,) ἀσφαλὲς, currens securè et sine lapsu, Py. 2. 38, pro δραμοῦσα, et pertinet ad ἀπύει, celebrat clarâ voce; ubi Schmidius, minus commodè, legit δρακεῖσα, videns securitatem.

Δρέπω, fut. ψω. *decerpo, recido, carpo, fruor.* propriè de *arbore.* et est verbum a τὸ δὸρ, vel ἡ δρῦς, *arbor*; cui fortasse simul inest τὸ ἕπω, *sequor*, quasi περὶ δρῦν ἕπειν, i. e. ἐνεργεῖν, circa arborem operari quid. τιμὴν, οἵαν οὔτις δρέπει, carpit, i. e. fruitur, Py. 1. 95. οὐδὲ ἥβην ὑπέροπλον δρέπων, Py. 6. 48, neque lætitiam insolentem decerpens, ubi ἥβη est, *lætitia et exultatio juvenilis: ὑπέροπλος* autem in malo sensu, *arrogans, illicita sibi sumens*: δρέπειν verò est ἀπολαύειν, *frui velle.* δραπὼν, (a. 2. partic.) εὐζωῆς ἄωτον, Py. 4. 231, carpens hilaris vitæ florem. δρέπεσθαι κάλλιστον ἄωτον, Ne. 2. 13, decerpere pulcherrimum florem.

Δρόμος, ου, ὁ. *cursus, curriculum.* hinc ἔξω δρόμου φέρομαι, est proverbium de errante animo, apud Æschyl. Prom. 882. δρόμου τέρμα δωδεκάγναμπτον, Ol. 3. 59, sc. τοῦ σταδίου ἱππικοῦ, in quo duodecies circumagendum erat ad metam. sic, περὶ δωδέκατον δρόμον, Ol. 6. 127, qui erat ultimus, et victoriæ judex. ἐν δρόμῳ, ἅρμασι, in curriculo, curribus, Py. 1. 61. σὺν δρόμῳ ποδῶν, Ne. 10. 89, cursu. δρόμον νικῶν ἐν ἔντεσι, Ol. 4. 35, nam decurrebant armati. λαιψηρὸν φύγε, Py. 9. 215, rapidum cursum emensus est. πληγᾶν, Ist. 5. 76, cursum plagarum, i. e. plagas equis infligendas in cursu. δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοις παρέχων ἵππος, corpus non stimulatum, sed sponte currens, Ol. 1. 33. et 153, ἐν δρόμοις Πέλοπος, ubi ipsum stadium, a Pelope primùm institutum ad certamina cursuum, vocatur οἱ δρόμοι. nam cursuum fuere antiquissima certamina, post accesserunt et alia.

Δρόσος, ου, ἡ. *ros.* est a ῥέω, *fluo.* δρόσῳ ἀμπέλου, Ol. 7. 3, i. e.

vino. δρόσῳ μαλθακῇ, molli rore, Py. 5. 133, i. e. ὕμνοις. χαρίτων δρόσῳ καλλίστῃ ἄρδουσιν, Ist. 6. 94, Gratiarum pulcherrimo rore irrigant eum.

Δρῦς, υὸς, ἡ. *arbor* in genere, nam oritur hæc vox ex τὸ δόρυ. deinde, in specie et κατ' ἐξοχὴν, *quercus, fagus,* sic tamen ut notio quercûs ut plurimùm prævaleat. δρυὸς ὄζους μεγάλης εἴ τις ἐξερείψαι πελέκει, Py. 4. 469, et pertinet id similé ad Demophilum solum. δρυὸς, arboris, Ne. 10. 115.

Δύναμαι, est per syncopen pro δυνάομαι, a δύνω, *intro, immergo me;* a quo est δυνάω et δυνάομαι, *fortiter ingero me; subire aliquam rem valeo potenter; sum potens et valens in aliquâ re.* hinc est et fut. δυνήσομαι in usu. et a. 1. ἐδυνησάμην, et a. 1. pass. formæ ἐδυνάσθην, quasi a δυνάζω pro δυνάω. Py. 4. 282, et al. possis hoc verbum etiam sic concipere formatum, a δύνω, δυνάω, δύνημι, δύναμαι.

Δύναμις, εως, ἡ. *vis, valor, potentia.* δύναμις ἀμφιλαφὴς, pro ἀμφιλαβὴς, Ol. 9. 122. δύναμιν, Ol. 1. 168, i. e. ἰσχὺν σώματος.

Δύνασις, εως, ἡ. *potentia.* δύνασιν ἀγασθεὶς, Py. 4. 424, i. e. δύναμιν θαυμάσας.

Δυνατὸς, ἡ, ὸν; et Ionicè, ὁ ἡ δυνατὸς, *potens, valens; quod fieri potest.* δυνατὸς λῦσαι, qui valet solvere, Ol. 10. 11. θρέψαι δυνατὸς φῶτα, Ne. 2. 21, i. e. ἱκανὴ, quæ valuit educare virum talem. ἐν δυνατῷ, in possibili, quæ fieri et effici possunt, Py. 4. 163. οὔ μοι δυνατὸν, Ne. 8. 77, non est virium mearum. εἰ δυνατὸν, si fieri potest, Ne. 9. 66. οὐ δυνατὸν, fieri non potest, Ne. 10. 84. δυνατοὶ παρέχειν, Ne. 6. 57, valent suppeditare. χερσὶ καὶ ψυχῇ δυνατοὶ, Ne. 9. 92, manibus et animo idonei. δυνατὰ μαιόμενος, Py. 11. 77, possibilia quærens et cupiens.

Δύο, *duo.* ponitur Atticè et communiter ut indeclinabile: ob metrum scribitur δύω. Attici tamen id δύω habent ut duale, cujus gen. et dat. fit δυοῖν, nonnunquam et δυεῖν. Ἴωνες verò habent pluralem genitivum, δυῶν, dat. δυοὶ, quem Æoles faciunt δύεσι. cæterùm vox est conflata ex δὲ, quatenus notat *et,* et ἶον *unum;* ut notetur *unum, et iterum unum,* mutato ι in υ. Attici scribunt σύνδυο, per unam vocem: sic et σύντρεις, *simul tres.* οἱ δύο μὲν κάππετον, Ol. 8. 50, duo ceciderunt, Doricè pro κατέπεσον. αἱ δύο δ' ἀμπλακίαι, Py. 2. 55, duo peccata. σὺν δύο, vel σύνδυο, Py. 3. 146. δύο δὲ μοῦνα, nam hæc duo sola, Ist. 5. 14.

Δύσβατος, ου, ὁ, ἡ. *ubi procedi vix potest.* ἀμηχανιᾶν δυσβάτων, Ne. 7. 143, difficultatum inextricabilium.

Δύσερις, ιδος, ὁ, ἡ. *acerbus et pertinax in concertando.* δύσερίς τις ἄγαν, nimis rixosus, Ol. 6. 33.

Δύσθροος, ου, ὁ, ἡ. *malè sonans, ingratè loquens.* δυσθρόον φωνῆς, Py. 4. 111, i. e. κακοφώνου καὶ τραχείας. opp. est εὔθροος, καὶ ἡδύθροος.

Δυσμενὴς, έος, ὁ, ἡ. *viribus malè et ad incommodum alterius agens; malum propositum firmum contra nos fovens; cujus fortitudo tristis nobis est.* δυσμενέων κράτει, hostium potentiæ, Py. 8. 12. πρὸς δυσμενέων ἀνδρῶν στίχας, in aciem hostium, Ne. 9. 91.

Δυσμὴ, ῆς, ἡ. *occasus;* maximè, solis. et plerumque pluralis forma, αἱ δυσμαὶ, in usu est. ἐν δυσμαῖς αὐγᾶν, Ist. 4. 110, in occasu radiorum solis. Heroïbus enim circa occasum solis sacra fiebant: diis autem manè.

Δυσπαλὴς, έος, ὁ, ἡ. *difficilis cui quis obluctetur.* ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ, δυσπαλὲς, res multi laboris est dijudicare ea rectè, Ol. 8. 33. ἐπὶ χώρας αὖθις ἔσσαι, δυσπαλὲς, in sede rursùs collocare, id opus difficile est, Py. 4. 486, δυσχερές ἐστι.

Δυσπενθὴς, έος, ὁ. ἡ. *luctuosus.* ἐκ δόλου δυσπενθέος, Py. 11, 28, ex insidiis luctuosis. δυσπενθεῖ σὺν καμάτῳ, sc. λειβόμενον, Py. 12. 18, threnum fusum cum luctûs plenâ solicitudine.

Δύστανος, Dor. pro δύστηνος, ου, ὁ, ἡ. *infelix, ærumnosus.* est a δὺς, (particulâ inseparabili,) *malè,* et στένος, *angustus:* ut notet *versantem in miseris angustiis.* δύστανον ἄλλοις μόχθον, Py. 4. 478, laborem aliis difficilem et non tolerandum.

Δύσφαμος, Dor. pro δύσφημος, ου, ὁ, ἡ. *mali rumoris.* ὡς θανὼν κλέος δύσφαμον παισὶ μὴ προσάψω, Ne. 8. 62, ut moriens, famam malam liberis meis ne adjungam. alibi est et, *mali ominis et augurii.*

Δύσφορος, ου, ὁ, ἡ. *difficilis portatu, gravis.* θάμβει, gravi stupore, Ne. 1. 85.

Δύσφρων, ονος, ὁ, ἡ. *cui malè est in animo; it. quod animum malè habet.* τοῦτο παραλύει δυσφρόνων, Ol. 2. 95, ubi est in sensu activo; hæc res exsolvit a curis mentem molestantibus, ἀπολύει τῶν δυσκόλων φροντίδων. tale δύσφρον est oppositum τῷ εὔφρονι.

Δυωδεκαδρόμος, ου, ὁ. *cursus duodecies repetitus.* et id fiebat curru quatuor equis juncto, ut duodecies circumageretur currus circa metam, cursibus toties repetitis continuis, Ol. 2. 92. Py. 5. 44, ubi genitivus pluralis pendet a τέμενος. coll. Ol. 3. 59. Ist. 1. 82.

Δώδεκα, *duodecim.*

Δωδέκατος, η, ον. *duodecimus.*

Δωδεκάγναμπτος, ου, ὁ, ἡ. *circa quod duodecies circumagitur.* τέρμα, Ol. 3. 59, terminum, metam.

Δωδεκαδρόμος, id. quod δυωδεκαδρόμος, suprà.

Δωδεκάμηνος, ου, ὁ, ἡ. *per duodecim menses durans, annuus.* τέλος, Ne. 11. 11, dignitatem magistratûs annuam.

Δῶμα, ατος, τὸ. est pro δόμημα, extruso μ, et factâ contractione. *domus,* it. *conclave.* δώματι ἐν πολυχρύσῳ, Py. 4. 95, i. e. in templo Delphico. πρὸ δωμάτων, Py. 5. 129, i. e. πρὸ πυλῶν τοῦ ἄστεος.

Δωρέω, fut. ήσω. *dono.* ἐδώρησαν θυσίαις Ἑρμᾶν εὐσεβῶς, Ol. 6. 131, donârunt Mercurium sacrificiis piè. δωρήσεται φιάλην, donaturus est phialam, Ol. 7. 4. χθονὸς αἶσαν δωρήσεται, terræ portionem donabit, Py. 9. 101. ut ergo media forma activè notet.

Δῶρον, ου, τὸ. *donum, munus.* τὸ δῶρον in genere est, τὸ διδόμενον, sive sit donum, sive merces, sive præmium, sive quo alio nomine datum. δῶρα φίλια, i. e. προσφιλῆ, Ol. 1. 120. Ψαύμιός τε δῶρα, Ol. 5. 7, quæ in sequentibus enumerantur. ποιμένες δώρων Κυπρίας, Ne. 8. 12, conservatores et gubernatores τῶν συνουσιῶν, sunt honesti amores.

Δωροφόρος, ου, ὁ, ἡ. munera ferens, Py. 5. 116.

E.

Ἐάω, fut. άσω. *sino.* οὐκ εἴασεν, sc. ὁ Ἥλιος τὸν Δία, Ol. 7. 112. ἔα (imper. pro ἔαε,) πόλεμον, i. e. μὴ μέμνησο, Ol. 9. 61.

Ἕβδομος, η, ον. *septimus.*

Ἐγγενὴς, έος, ὁ, ἡ. *ingenitus.* οὐ θαῦμα, σφίσιν ἐγγενὲς εἶναι, Ne.

10. 95, non mirum est, si ingenitum illis est, esse bonos luctatores.

Ἐγγυαλίζω, fut. *ίξω*. *do quasi in cavam manum*, ἐγχειρίζω. δὶς ἐγγυαλιζέτω ἡμῖν, Ist. 8. 92, bis exhibeat nobis.

Ἐγγυάω, fut. *ήσω*. *sponsionem facio, in manus promitto.* media forma ἐγγυάομαι activè notat, *spondeo.* ἐγγυάσομαι (Dor. pro ἐγγυήσομαι), Ol. 11. 16, spondebo. *ich will dafür gut seyn.*

Ἐγγύς. adv. *propè.* est ab ἐν, et τὸ γύον, *manus.* notat ergo propriè, τὸ ἐν ὑπογύῳ, τὸ πρόχειρον, τὸ ἐν χερσί. ἐγγὺς μὲν Φέρης, ex propinquo Pheræ, Py. 4. 221, ἐγγύθεν.

Ἐγείρω, fut. ερῶ, *excito.* ἔγειρε αὐτοῖς οἶμον, Ol. 9. 72, excita eis cantum. ἀγλαΐαν, Ne. 1. 16, splendorem excitavit. ἐγεῖραι αὖτις, rursùs excitare et erigere, Py. 9. 181.

Ἐγκαταβαίνω, *ingredior, introëo.* σπάργανον ἐγκατέβη, Ne. 1. 58, cunas ingressus fuit.

Ἐγκαθίζω, *insideo.* ἐγκαθίζων θρόνῳ, Py. 4. 272, pro, καθίζων ἐν θρόνῳ, insidens throno.

Ἐγκίρνημι, *infundo.* ἐγκιρνάτω τις κρητῆρα, Ne. 9. 119, impleat aliquis et propinet craterem.

Ἐγκονητὶ, adv. *cum pulvere excitato, cum labore multo.* Θέτιν κατέμαρψεν ἐγκονητὶ, Ne. 3. 61, prensavit et amplexus est cum multâ operâ. conf. Ovid. Met. 11. 217 —265.

Ἐγκρύπτω, *occulo in.* ἐγκέκρυπτο σχοίνῳ, occultatus erat in juncis, Ol. 6. 90.

Ἐγκύρω, fut. *σω*. *incido.* ὃς δὲ ἂν ἀνὴρ ἀμφοτέροισιν ἐγκύρσῃ, καὶ ἕλῃ, Py. 1. 194, qui in utrumque inciderit, et acceperit, sc. τῷ εὖ παθεῖν καὶ τῷ εὖ ἀκούειν, qui utrumque nactus et consecutus fuerit, et tenebit. ἐγκύρσαις ἑκατονταετεῖ βιοτῇ, Py. 4. 502, quasi consecutus esset vitam centennem. est et, *versor in aliquâ re.*

Ἐγκώμιος, ου, ὁ, ἡ, *cantu laudatorio et festivo plenus.* ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον, secundum morem et ritum laudatorium, Ol. 10. 93. στεφάνων ἐγκώμιον τεθμὸν, Ol. 13. 39, coronarum laudatorium ritum. ἐγκώμιον (sc. μέλος, carmen, cantilenam,) ζεῦξαι ἔργμασι, Ne. 1. 10, adjungere factis egregiis. ἐγκωμίων προφήτην, Ne. 9. 120, præconem laudatorii carminis. ἐγκωμίων μελέων τυγχάνειν, Ol. 2. 85, ubi vides ellipsin suppletam ad id neutrum.

Ἐγχείβρομος, ου, ὁ, ἡ. *hastifremus, hastâ minitans.* Κόρᾳ ἐγχειβρόμᾳ, Ol. 7. 79, Minervæ, quæ statim galeata et hastata nata est, prælium hastâ minans.

Ἐγχεικέραυνος, ου, ὁ. epitheton Jovis, *cujus telum et hasta* (ἔγχος) *est fulmen*; ὁ τῷ κεραυνῷ ἀντὶ ἔγχους χρώμενος· βέλος γὰρ τοῦτο Διός.

Ἐγχεσφόρος, ου, ὁ, ἡ. *hastam gerens.*

Ἔγχος, εος, τὸ. *hasta.* πέδασον χάλκεον ἔγχος, Ol. 1. 122, impedi hastam ferream. κραταιὸν ἔφεπε, Py. 6. 34, immisit validam. ἔγχεος ζακότοιο αἰχμῇ, Ne. 6. 89, hastæ periracundæ cuspide. Φοινικοστόλων, Ne. 9. 68, a Phœnicibus, i. e. Carthaginiensibus, immissarum, belli causâ.

Ἐγχώριος, ου, ὁ, ἡ. *in regione.* ἐγχωρίαν λίμνην, lacum, Ol. 5. 26, ubi Ionicè et Doricè est peculiare fœmininum adjectivi. ἐγχώριοι βασιλῆες, Ol. 9. 83, indigenæ reges.

Ἐγὼ, pronomen, *ego.* est ab ἔω, *sum; is qui sum.* οὗτος ἐγὼ, iste

ego, Ol. 4. 37, talis sum, inquit Erginus canus, cùm cursu armatus vicisset, quod desperaverant et jam ante riserant alii. νῷϊν, Py. 4. 261. i. e. οὐ δίκαιον ἡμῖν ἀμφοτέροις.

Ἑδνὸν, ου, τὸ, *donum quod sponsus dat sponsæ suæ.* in genere, *dona nuptialia, quæ sponsus et sponsa sibi invicem dant.* Pindarus in sensu latiori posuit vocem: nam, Py. 3. 167, ἕδνα vocantur munera quæ convivæ in nuptiis offerebant sponso, exhilarandi ejus causâ. ibi enim Neptunus donabat sponso Peleo equos, Vulcanus gladium. Sicut Cadmo, ducenti Harmoniam, Venus donavit in nuptiis χρυσοῦν ὅρμον. ἑδνὸν κάλλιστον Ἱπποδαμείας, Ol. 9.16, ubi notat dotem, quam sponsa adfert marito novo. sunt quasi ἑδανὰ vel ἡδανὰ, *delectantia fœminam.*

Ἕδος, εος, τὸ, *solum,* it. *sedile.* ἕδος Ὀλύμπου νέμων, Ol. 2. 23, i. e. οὐρανὸν κατοικῶν.

Ἕδρα, ας, ἡ, *sedes, sedile.* ἕδραν τὴν νέοικον, Ol. 5. 19, recens habitatam sedem. ἕδραν καλλίπωλον ναίετε, Ol. 14. 2, inhabitatis regionem pulchris equis nobilem. εὔκυκλον, Ne. 4. 107, consessum rotundum, in nuptiis nimirum: ergo ejusmodi consessus erant figuræ rotundæ. χαλκόπεδον θεῶν ἕδραν, Ist. 7. 63, sedem Deorum æneum pavimentum habentem. ἕδραι, i. e. πόλεις, urbes, coloniæ, vocatæ sunt ex nominibus auctorum, Ol. 7. 140. Βασιλῆας χρυσέαις ἐν ἕδραις, Py. 3. 167, in throno majestatis quemque suæ. ἕδραισι Θεράπνας, in sedibus ejus urbis, Py. 11. 95.

Ἐέρσα, Dor. pro ἕρση, ης, ἡ, *ros.* ἐέρσης ποντίας, Ne. 7. 117, roris marini florem.

Ἕζω, fut. ἕσω. *sedere facio, colloco, pono.* ἕσαι ἐπὶ χώρας, i. e. καταστῆσαι, constituere, Py. 4. 486; quod ob metrum scribitur ἕσσαι.

Ἔθειρα, ας, ἡ. *coma, juba.* ἔθειραν ἀνέδησαν τὸν στέφανοι, coronæ redimierunt eum, quod attinet comam, Ist. 5. 11.

Ἐθέλω, *volo, cupio.* ἐθέλω, cupio, Py. 3. 137. 9. 1. Ist. 1. 20. ἐθέλεις Οὔλυμπον, sc. κατοικῆσαι, Ne. 10. 157. ναίειν ἐν σοὶ, Ne. 7. 132, cupit habitare juxta te. ἐθέλοντι (Dor. pro ἐθέλουσι), Ol. 13. 12. sc. hæ tres filiæ: et ἐθέλειν ibi est Atticè pro δύνασθαι, valere. ἐθέλοντι μάλα, valdè cupiunt, Ne. 7. 14. ἤθελον ζώειν αὐτὸν, Py. 3. 1, cuperem ut viveret ille. ἥβης καρπὸν ἀποδρέψαι ἔθελον, Py. 9. 193, cupiebant eam virginem ducere. ἤθελον πείθεσθαι ἀξίαις αὐτῷ, Ne. 8. 17, libenter volebant parere majestati ejus. αὐτὸν πεδῆσαι ἤθελε, Ne. 5. 50, cupiit irretire eum. ἐθέλων ἀείσεται αὐτὸν, libens canet eum, Ne. 4. 144. ἐθελοίσας (Dor. pro ἐθελούσης) Κλειοῦς, Ne. 3. 145, i. e. βουλομένης αὐτῆς, volente Musâ. ἐθελήσω, volam libenter, Ol. 7. 36. ἐθελήσαις (a. 1. opt.) ταῦτα νόῳ τιθέμεν, Py. 1. 77, velis hæc libenter meminisse. Cæterùm in Pindaro quibusdam locis videtur dissyllabum θέλω usitatum esse: θέλοντι (Dor. pro θέλουσι), studiosè volunt, Py. 1. 121. θέλοι, velit propitius, Ol. 8. 111. τὸ Καστόρειον θέλων, probans, Py. 2. 129. θέλων ἑκάτερος, cupiens uterque, Ist. 8. 62.

Ἔθνος, εος, τὸ. *populus.* ἔθνος ἀνέρων ταχύποτμον, Ol. 1. 108, celeri morti obnoxiam gentem hominum. ἐλάσιππον, Py. 5. 113, sc. οἱ Ἀντηνορίδαι. βρότειον, mortale, Py. 10. 43 Ne. 3. 129, ubi est nominativus. ὁμόσπορον, Ne. 5. 80, consanguineum.

Εἰ, conj. *si, cùm.* εἰ, si, Ol. 1. 5. εἴ τινα, Py. 3. 152, si quemquam alium. et quando, Ol. 11. 4. si tamen,

Py. 3. 111. cùm autem, Py. 3. 141. nam cùm, Ne. 3. 32. εἰ δὲ ἐγὼ, si igitur ego, Ol. 8. 71, εἰ οὖν καὶ αὐτός. εἴ τι, quando quid, Ol. 1. 28. εἰ γὰρ, optativè pro εἴθε, utinam, Py. 1. 87. εἰ ἔχει, an habeat, Ol. 8. 6. εἰ, εἰ, pro εἴτε, εἴτε, Ol. 14. 9. εἰ, pro ὅτι, quòd, Ol. 6. 152. εἰ δὴ, si sanè, Ol. 6. 129.

Εἰδέω, fut. ήσω, *scio, cognosco.*

Εἶδος, εος, τὸ. *aspectus exterior.* εἶδος οὐ κατελέγχων ἔργῳ, formam non turpans facto, Ol. 8. 25. εἶδος γὰρ, sc. κατὰ, Py. 2. 69.

Εἴδω, fut. εἴσω, *video, scio.* εἶδον ἑκὰς ἐὼν, videbam e longinquo, Py. 2. 98. φέγγος, splendorem, Py. 4. 197. ἐκνόμιον λῆμα, Ne. 1. 86, insolitam generositatem. εὔκυκλον ἕδραν, rotundam sedem, Ne. 4. 107. εἶδεν Ἀπόλλων μὲν, Ist. 2. 26, i. e. εὐμενῶς ἐθεάσατο. ἴδε, vidit, Ol. 3. 55. μάσσονα ἢ ὡς ἰδέμεν (Ion. pro ἰδεῖν) Ol. 13. 162, majora quàm ut mente perspicias ea: μείζονα λόγου καὶ γνώσεως νικητήρια. ἰδεῖν τε μορφάεις, aspectu formosus, Ist. 7. 30. νιεὺς, Py. 8. 57, ubi est, prævidens, de futuris. ἰδοῖσα (Dor. pro ἰδοῦσα) δὲ ὀξεῖα Ἐριννὺς, Ol. 2. 73, intuita acris Erinnys; nam ὀξεῖα quidem posset esse neutrum plurale, acutum cernens; sed h. l. est fœmininum, utpote acris ultrix.

Εἴδομαι, fut. εἴσομαι, forma media, in variis temporibus nunc passivè, nunc activè, notat. *præsens* ferè passivè, *videor, assimilor, conspicior.* Θεῷ εἰδομένῳ ἀνέρι, a deo, qui similis erat homini, videbatur esse homo, Py. 4. 37, παρεικασθέντι. τοῦτῳ ὄψιν εἰδόμενος, (cum abundante a ab initio, poëticè) ἀθανάτοι βασιλεὺς, Ne. 10. 28, faciem assimilatus ei. ἰδέσθαι δνοτὸς, Ist. 4. 85, contemptibilis aspectu. οἶδε τὸ μέλλον, prospicit futurum, Ol. 2. 103.

Εἴκοσι, indecl. *viginti.*

Εἴκω, fut. ξω, *cedo. superor.* Μούσαις ἔκων, Dor. pro εἴκων, Ol. 13. 136, musis obtemperans. εἶξον cede, Ist. 1. 6.

Εἴκω, *similem facio.* in aliis temporibus ferè est inusitatum, præter perfecto et plusquamperf. medii. εἴκω est et in genere, *convenio, satis sum.* τὰ ἔοικεν ἤδη πάροιθε λελέχθαι, Ol. 13. 144, videntur, apparent, ista jam ante dicta esse. ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικε, Ne. 4. 52, qui facit aliquid præclarè, pati quoque aliquid adversi debet æquo animo: sic Tragicus; τὸν δρῶντά πού τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται. ἄμμι δὲ ἔοικε τοῦτον κελαδῆσαι, Ist. 1. 76, decet nos, convenit nobis, hunc celebrare. ἐοικός ἐστι ἀνδρὶ, Ol. 1. 56, i. e. προσῆκον. ἐοικότα κόμπον, gloriationem consentaneam, Ist. 5. 30. ἔρδων δὲ ἐοικότα μορφῇ, Ne. 3. 33, faciens decentia formam. ἐοικότα παθὼν, Py. 2. 53, i. e. ἄξια ὧν ἔπραξε, τὰ πρέποντα αὐτῷ καὶ ἁρμόζοντα. χρὴ τὰ ἐοικότα παρὰ δαιμόνων μαστευέμεν θνηταῖς φρασὶ, Py. 3. 106, convenientia mortalibus oportet nos quærere a numine. ἐοικότα, adverbialiter positum, Py. 1. 67, neutr. plurale; verisimile est, probabile, cui opponitur, *necessariò.* εἰκὼς (κατὰ) θυμὸν τόλμῃ θηρῶν, Ist. 4. 77, similis est animositate audaciæ ferarum.

Εἰλέω, fut. ήσω. *volvo, includo.* ἐν Πίσᾳ ἔλσας (pro εἰλήσας,) στρατὸν, Ol. 10. 51, i. e. κατασχὼν, συγκλείσας, καταγαγών.

Εἰλαπινάζω, fut. άσω. *epulor, convivor.* εἰλαπινάζουσιν εὐφρόνως, epulantur hilarè, Py. 10. 62. ab εἰλαπίνη, *convivium,* ἡ ἢ κατὰ ἴλας, ἢ ὁμοῦ εἰλούμενοι πολλοὶ, πίνουσι.

Εἶμα, ατος, τὸ. *vestis* in genere.

εἷμα κρόκεον ἀποῤῥίψαις, Py. 4. 413, i. e. κροκοβαφὲς ἱμάτιον.

Εἰμὶ, fut. ἔσομαι. *sum.* εἰμὶ ἄσχολος, Py. 8. 40, sum otio destitutus. ἐστὶ, i. e. ὑπάρχεις, Ol. 6. 153. Ne. 9. 111, οὐκ ἔστιν ἔτι, non licet. εἰμὲν, sumus, Py. 3. 108. εἰ γὰρ ἦν, si enim fieri posset, Ne. 7. 35. οὐκ ἔτι ἦν, nondum erat, Ist. 1. 35. ἦ ῥα, erat sanè, Py. 4. 100, quo loco verbum singulare ad fœmininum plurale additum. ἔσσαν pro ἔσαν, Ol. 9. 79. εἴην κενὸς, frustrà essem, Ol. 3. 81. εἴην, ubi deest εἴθε, utinam essem, Ol. 9. 119. ἔσσεται, pro ἐστὶ, Ol. 8. 70. ἔμμεναι, i. e. δοκεῖν, νομισθῆναι, Ol. 1. 52. et, γενέσθαι, natum esse, Py. 12. 31. ἐσόμενον προϊδεῖν, Ne. 1. 40, i. e. τὸ μέλλον προγνῶναι, prævisio futuri. ἐὼν, Ne. 10. 73, si essem. ἔντα, pro εἶναι, Ol. 1. 186. ἐόντα πλόον, i. e. certo futuram navigationem, Py. 4. 302. ἐοῖσα, Dor. pro ἐοῦσα, Py. 4. 471.

Εἶμι, *eo, vado.* ἰόντων, Atticè pro ἴτωσαν, Ist. 8. 89. πόρσω, sc. χρόνος, Ol. 10. 67. ἐπιών, i. e. παραγινόμενος, accedens, Py. 4. 289.

Εἰν, pro ἐν. *in.*

Εἰνάλιος, ου, ὁ, ἡ. *in mari versans aut existens.* εἰνάλιον πόνον, Py. 2. 144, i. e. piscationem. εἰνάλιον δόρυ (lignum), Py. 4. 47, i. e. navem. εἰναλία Ἐλευσὶς, Ol. 9. 150, ad mare sita urbs. εἰναλίᾳ Σερίφῳ, insulâ, Py. 12, 21. εἰναλίαν ἄκατον, navigium, Py. 11. 62.

Εἰράνα, Dor. pro εἰρήνη, ης, ἡ. *pax, concordia.* Εἰράνα ἀμότροπος, Ol. 13. 9, ubi est personificata.

Εἴργω, fut. ξω, *arceo.* εἴργει ἕτερα ἕτερον, Ne. 7. 8, prohibent alia alium.

Εἰρεσία, ας, ἡ. *remigatio.* Py. 4. 359, i. e. ἡ κωπηλασία.

Εἴρω, *dico, interrogo.* fut. 1. ἐρῶ, et, distracto circumflexo, ἐρέω, *dicam, eloquar.* λεγόμενον, dicam centies jam dictum ab aliis, de laude ejus, Py. 5. 145. cum duplici accusativo, εἴρετο πάντας παῖδα, interrogabat omnes de puero, Ol. 6. 81. εἰρήσεται ἐν βραχίστοις, dicetur paucissimis, Ist. 6. 87.

Εἴρω, *necto.* Ne. 7. 113.

Εἷς, μία, ἕν. *unus.* ὤν εἷς, sc. ὁ Κέρκαφος, filius Solis, Ol. 7. 135. ἕνα τυχεῖν ἀνελόμενον εὐδαιμονίαν ἅπασαν, ἀδύνατον, Ne. 7. 81, impossibile est, ut unus accipiat omnem felicitatem. μία μελέτη, Ol. 9. 160, unum studium non tenet omnes. μία βοῦς μάτηρ τοῖς, una fœmina mater fuit ambobus, Py. 4. 253. μιᾷ ἐν μοίρᾳ χρόνου, Ol. 7. 174, i. e. ἐν βραχεῖ χρόνῳ. ἓν γένος ἀνδρῶν, ἓν θεῶν, Ne. 6. 1, ubi alterum ἓν est numerativum alterius generis et naturæ, pro, unum, alterum.

Εἰς, et ἐς, præp. regens accusativum. *in, ad, apud, intrò.* εἰς ὀχετὸν ἄτης ἵζουσαν πόλιν, Ol. 10. 46, in gurgitem calamitatis desidentem urbem. εἰς Ἀΐδου σταθμὸν ἔρχεται, ad Plutonis limen, Ol. 10. 110. σὲ χαίρειν εἰς τρὶς αὐδήσασα, Py. 4. 108, quum ter te salvere jussisset. ἐς ἑστίαν ἱκομένους, ad domum, Ol. 1. 16. ἐς ἄνδρας, ad virilem sexum, Ol. 2. 64. ἐς τρὶς, ter, Ol. 2. 123. ἐς τὸ πᾶν, ad vulgus, coram imperitis, Ol. 2. 152. ἐς τὸν, in eum, de eo, Ol. 6. 20. et 123, ἐς ὁδὸν ἔρχονται, vadunt in viâ. ἐς θεὸν ἐλθὼν, ad deum profectus, Ol. 7. 57. ἐς Ἴστρον, ad, Ol. 8. 63; et 62, est omissum ἐς. ἐς φίλην χάριν, Ol. 10. 16, ad amicam gratiam. ἐς πλόον ἐρχομένοις, incipientibus navigationem, Py. 1. 66, ubi ἐς est avulsum. ἀγῶνα, ad concilium, Py. 10. 47. ἐς ἀνδρῶν εὐδόξων, sc. δόμους, Ist. 2. 49. ἐς Θήβας, contra, Ne. 9. 41. ἐς Ἆλιν, ad, Ol. 1. 126. pro ἐς Doricè

dicitur ἐν, sicut ἐντὶ Doricè pro ἐστί. ἐν κοιλόπεδον νᾶπος, Py. 5. 50, quamquam ibi accuratiores legunt ἂν, i. e. ἀνά. ἐν καὶ δοκέοντα, Ne. 7. 46, etiam in exspectantem.

Εἰσαΐω, *audio, sentio.* τόσα εἰσαΐε, Py. 3. 48, tanta sensit et audivit.

Εἰσάλλομαι, *insilio, introsilio.*

Εἰσείδω, *aspicio.*

Εἴσοδος, ου, ἡ. *introitus, ingressus.* ἐπιχωρίων καλῶν ἔσοδοι, i. e. ἔθη, Py. 5. 156, instituta et mores civilium decorum. Ut ergo ἡ εἴσοδος notet in genere, *quando ingredimur et instituimus aliquid faciendum.* ἐς ἵππιον εἴσοδον, Py. 6. 50, ad equestrem congressum et incessum, i. e. εἰς ἁμίλλας ἱππικούς.

Εἰσοράω, fut. άσω. *intueor, aspicio.* ἐσορᾶν καλὸς, Ol. 8. 24, i. e. ὀφθῆναι.

Εἰσορούω, *insilio.* εἷς δ' ἐσόρουσε, unus anguis intrò insiliit, vel, insiliit in murum, Ol. 8. 52: coll. 48, 49.

Ἐκ, et ἐξ, prout consona vel vocalis sequitur. *ex, a, post, propter.* ἐκ ναὸς, sc. ejectæ ancoræ, Ol. 6. 172. θαλάμων, i. e. e domo, Ol. 7. 53. ἐκ τῶν, per eos, Py. 4. 117. et 360, παλάμων, a manibus. ἐκ βελέων, a sagittis, Py. 6. 33. χειμῶνος, post tempestatem, Ist. 7. 53. ἐκ σέθεν, a te, Ist. 3. 7. ἐξ οὗπερ, i. e. ἀφ' οὗ χρόνου, Ol. 2. 70. ἀλλᾶν (Dor. pro ἄλλων), Ol. 6. 41. Αἰακοῦ, post Æacum, Ol. 8. 40. ἐξ οὗ, ex quâ occasione, Ol. 9. 115. ὠκεανοῦ, extra aquam, Py. 4. 45, et pertinet ad ἀνασπάσαντες. ἐξ Αἰολιδᾶν θανεῖν αὐτὸν, Py. 4. 127, moriturum eum esse eorum manibus. ἐξ avulsum a suo verbo, Ol. 7. 169. Py. 12. 51. Ne. 1. 71.

Ἑκάεργος, ου, ὁ. *in longinquum operans.* Epitheton solis, et cognomen Apollinis. κίχε μιν, invenit eam, Py. 9. 47: et quatenus in μύθῳ Apollo est τοξότης, sagittarius; ἑκάεργος quoque est, *longè jaculans,* vel, ὁ ἕκαθεν εἴργων, *e longinquo coercens et arcens.*

Ἑκάθεν, adv. *ex remoto.* ἕκαθεν γὰρ ἐπελθὼν ὁ μέλλων χρόνος, Ol. 10. 9, ubi ὁ χρόνος est personificatus, quasi peregrè et ex remoto loco adventans.

Ἕκαλος, Dor. pro ἕκηλος, ου, ὁ, ἡ. *quietus, tranquillus.* ἕκαλος ἐμίχθη αὐτῇ, Ol. 9. 87, lubens, et simul tacitus. ἕκαλος ἐπεῖμι γῆρας, Ist. 7. 58, tranquillus et lubens adeo ad senectutem.

Ἑκὰς, adv. *remotè, procul.* πόῤῥω.

Ἕκαστος, η, ον. *unusquisque.* ὧν δὲ ἕκαστος ὀρούει, Py. 10. 95, quorum quisque desiderio fertur. ἔλπεταί τις ἕκαστος, sperat unusquisque, Ne. 4. 149. φυῇ ἕκαστος διαφέρομεν, naturali indole quisque differimus, Ne. 7. 79. ἕπεται δὲ ἐν ἑκάστῳ μέτρον, Ol. 13. 67, convenit autem in qualibet re modus. ἐφ' ἑκάστῳ ἔργματι κεῖτο τέλος, Ist. 1. 35, in quolibet exercitio uno erat positus finis, nec plura exercitia addi debebant. τεκμαίρει χρῆμα ἕκαστον, Ol. 6. 124, opus indicat quemque. οὐ σκαιότερον χρῆμα ἕκαστον, Ol. 9. 158, non magis sinistra fiet res quæque. ἀμφὶ ἕκαστον, circa unumquemque, Py. 8. 98. ἕκαστον (μέρος) οἷον ἔχομεν, Ne. 3. 128, qualem partem unamquamque habemus. ἕκαστον πρὸς ἔργον, Ne. 8. 7, vide ἔργον. ἄφωνοι ἑκάστη παρθενικαὶ εὔχοντο, Py. 9. 174, virgines, pro se quæque, tacitæ optabant.

Ἑκάτερος, α, ον. *uterque.* θέλοντο ἑκάτερος, volebant uterque, hic et item alter, Ist. 8. 63.

Ἑκατέρωθι, adv. *utrobique, in alterutrâ parte.* ἑκατέρωθι μείναντες, Ol.

2. 124, et quidem τρὶς, ter; et sermo ibi est de παλιγγενεσίᾳ Pythagoricâ: ter in utrâque parte, in hâc vitâ ter, et apud inferos ter, manens: qui ter vixit et ter mortuus est.

Ἑκατάβολος, Dor. pro ἑκατήβολος, ου, ὁ, ἡ. *qui eminùs et procul jactis jaculis vel sagittis configit et attingit destinata.* Epitheton Apollinis. σὺ δὲ, ἑκατάβολε, Py. 8. 88, tu, O longè feriens Apollo. Est et epitheton arcûs. ἑκαταβόλων τόξων, Ol. 9. 8, πόῤῥω βαλλόντων.

Ἕκατι, Dor. pro ἕκητι, adv. *volente aliquo, dedito aliquo alicui rei fiendæ.* it. *per; durch, mit gunst, mit willen.* σοῦ, ὦ Θαλία, tuo favore, Ol. 14. 28, et ibi clauditur parenthesis. Κάστορος, voluntate gratiosâ ejus, Py. 5. 10. ποδῶν, per pedes, et favore eorum, Ne. 8. 81.

Ἑκατογκεφάλας, Dor. pro ἑκατογκεφάλης, ου, ὁ. *centiceps.* ἑκατογκεφάλα (Dor. pro -ου) Τυφῶνος, Ol. 4. 11.

Ἑκατόγκρανος, ου, ὁ, ἡ. idem.

Ἑκατόμβη, ης, ἡ. *sacrificium centum boum: sacrificium solennius quodvis.*

Ἑκατόμπεδος, ου, ὁ, ἡ. *centum pedes latus vel longus.* ἑκατόμπεδοι κέλευθοι, viæ centum pedes latæ, Ist. 6. 32.

Ἑκατὸν, indecl. *centum.* ἑκατὸν ἐτέων, centum annorum, Ol. 2. 168, et pertinet ad πόλιν, quæ condita fuerat ante hos annos CIV.

Ἑκατονταέτης, εος, ὁ, ἡ. *per centum annos.* ἐγκύρσαις ἑκατονταετεῖ βιοτῇ, incidens in centennem vitam, Py. 4. 503, i. e. πολυετεῖ: tam sapit quasi esset centenarius, φρόνιμός ἐστιν ὡς πολυέτης ἀνήρ.

Ἑκατοντακάρανος, Dor. pro —ηνος, ου, ὁ, ἡ. *centiceps.* i. e. πολυκέφαλος.

Ἐκβάλλω, *ejicio, emitto.* ἐκβαλεῖν ἔπος, emittere verbum, Py. 2. 148.

Ἔκγονος, ου, ὁ, ἡ. est vel, *immediatè natus ex aliquo, filius vel filia; et hic significatus est proprius:* vel et, *unus posterorum alicujus.* ἔκγονοι Ἡρακλειδᾶν, posteri, Py. 1. 122.

Ἐκδιδασκέω, fut. ήσω. *edoceo.* ἐκδιδάσκησεν αὐτὸν, Py. 4. 386, pro ἐξεδίδαξεν.

Ἐκδίδωμι, fut. δώσω. *edo, trado.* ἐκδώσομεν αὐτῷ τοῦτο πράττειν, Ol. 13. 149, huic trademus et mandabimus id efficiendum, ἀναθήσομεν τὸ τοιοῦτο εὐεργέτημα Διὶ, ἐπιτρέψομεν. ἐκδόσθαι θυμὸν πρὸς ἥβην, Py. 4. 525, animum tradere hilaritati.

Ἐκκαλέω, *evoco.*

Ἐκλείπω, *deficio.* οὔποτε ἐκλείψειν γενεὰν, Ol. 6. 86, nunquam defecturum esse genus.

Ἐκμανθάνω, fut. μαθήσω, *prorsus cognosco, edisco.* γενεὰν τοῦ ἐκμαθὼν, quando cognoverit familiam ejus, Ist. 5. 72.

Ἐκνεύω, *declino, extrà nuo.* ἐκνεῦσαι ποσὶν, pedibus extrà ire, i. e. finem facere cursus mei, Ol. 13. 163.

Ἐκνόμιος, ου, ὁ, ἡ. *inusitatus, extra partem communem, extra legem sortis.* εἶδε γὰρ ἐκνόμιον λῆμά τε καὶ δύναμιν υἱοῦ, Ne. 1. 86, vidit enim filii insolitam illi ætati indolem et fortitudinem, ἄηθες, οὐ νομιζόμενον.

Ἐράω, fut. άσω. *amo.* ἄνδρας ἐρῶντας, viros amantes eam virginem, et cupientes habere eam conjugem, Ol. 1. 128. *Media* forma, cum genitivo, ἐράομαί τινος, *amore alicujus capior.* αὐτοῦ ἐράσσατο Ποσειδᾶν, eum deperiit Neptunus, Ol. 1.39. ἐράσσατο Ἥρης ὁ Ἰξίων, Py. 2.50, pro ἠράσατο. ἀλλ' ἤρατο ἀπεόντων, at amavit absentia, Py. 3. 34, per syncopen pro ἠράσατο. ἐραίμην θεόθεν καλῶν, optaverim bona a deo data, Py. 11. 76, per syncopen pro ἐρασαίμην. οὐκ ἔραμαι, non cupio id habere, Ne. 1. 44. ὧν ἔραται, quæ cupit et optat, Py. 1. 111; Ne. 10. 53. ὄφρα ἔραταί τις τῶν ἐν δυνατῷ φιλοτήτων, ut cupiat quisque cupiditates possibiles, Py. 4. 164, Doricè pro ἠρῆται, perf. pass. conj. cum accentu retracto. Nam non necesse est verbum ἔρημι, in med. et pass. ἔραμαι, fingere his locis.

Ἐργάζομαι, fut. άσομαι. *operor, opus facio.* ἐργάζεσθαί με ἀγάλματα, Ne. 5. 2, ut fabricer simulacra. οὐκ ἐλινύοντας αὐτοὺς εἰργασάμην, Ist. 2. 67, non inertes eos feci.

Ἐργασία, ας, ἡ. *opus, opera, labor.* ἀμφὶ ἐργασίαις τεᾶς χειρὸς, laboribus tuæ manûs, Ol. 8. 55.

Ἐργῖνος, ου, ὁ. vide Κλύμενος.

Ἔργμα, ατος, τὸ. *facinus, factum.* quod recentiores scribunt ἔργμα. ἔργματι ἐπὶ ἑκάστῳ, Ist. 1. 36, in quolibet exercitio. ἐργμάτων χρονιώτερον ῥῆμα, sermo est diuturnior factis, Ne. 4. 10. ἀγερώχων ἕνεκεν, Ne. 6. 58, excelsa ob facinora. καλῶν ἀκτὶς, Ist. 4. 71, bonorum facinorum splendor. μάρτυς ἔργμασιν ἐπιστατεῖ, Ne. 7. 72, testis verus præest factis. ἔργμασιν ἐπὶ ἄλλοις ἄλλος μισθὸς, Ist. 1. 65, merces alia alios ob labores.

Ἔργον, ου, τὸ. *opus.* πρὸς ἔργον κεκαλυμμένον κινδύνῳ, Ol. 5. 36, nam periculi plenum erat certamen Olympicum, quia multi moriebantur in stadio, et quia incertus erat eventus. ἐκράτησαν ἔργον, obtinuerunt rem, Ol. 9. 127, i. e. vicerunt. ἅπαν δὲ εὑρόντος ἔργον, Ol. 13. 24, ubi confer εὑρών. οὔτε ἔργον οὔτε ἔπος εὐτράπελον, neque factum neque dictum turpe vel equivocum, Py. 4. 185. et 408, τοῦτο τελέσαις, hoc opus efficiens. πρὸς ἔργον ἕκαστον, in quâvis re, Ne. 8. 7. μέγα ἔργον ἐμήσαντο, rem magnam aggressi sunt, Ne. 10. 119. παθόντες τι φιλόξενον ἔργον, Ist. 2. 37, i. e. tractati hospitaliter. ἰσχύος ἔργον, roboris opus, Ist. 4. 116. μάχης ἔργον κορύσσοντα, Ist. 8. 115, i. e. pugnantem. ἔργου ἀρχομένους, Ol. 6. 4, incipientes rem. εἴχετο ἔργου, applicuit se operi et labori isti, τοῦ ἀροτριᾶν, Py. 4. 414. ἔργῳ οὐ κατελέγχων εἶδος, Ol. 8. 24, factis non dehonestans formam. εὖχος ἔργῳ καθελὼν, gloriationem facto detrahens illis, Ol. 10. 75. ἀγῶνα ἐδάμασας ἔργῳ, Py. 8. 116, certamen vicisti labore tuo. ἀμηχανίαν ἔργῳ φυγὼν, defectum facultatis, sc. ut laudetur, opere fugiens, Py. 9. 163. πράσσει ἔργῳ σθένος, auxiliatur labori robur, Ne. 1. 39. ἐν παντὶ ἔργῳ ἀνάπαυσις γλυκεῖα, in omni opere requies est dulcis, Ne. 7. 77. ἐν ἔργῳ κόμπον ἐὺς, Ne. 8. 83, gloriationem veram facto addens. ἔργα ὁμοῖα ζωοῖς, opera similia viventibus, Ol. 7. 95, nam erant ἄριστοι περὶ τὴν τῶν ἀνδριάντων κατασκευήν. et 154, ἔργα ἐν Ἀρκαδίᾳ, i. e. ἀγῶνες, et præmia iis quæsita. Ol. 8. 110, ἐσθλὰ

ἐπὶ ἐσθλοῖς, alia super alia benè facta. κάλλιστα, Ol. 13. 54, i. e. στεφάνους. φθόνον ἀμειβόμενον καλὰ ἔργα, Py. 7. 20, invidiam excipientem pulchra facinora. μεγάλα ἄθυρεν, Ne. 3. 78, lusitabat magna opera. λόγιοι τὰ καλὰ ἔργα κόμισαν, oratores pulchra facta circumportare solent, Ne. 6. 52. πολλὰ μενοινῶντες, Ne. 11. 58, molientes. ἔργων τέλος, effectus operum, i. e. factum ipsum, Ol. 2. 33. χάρμα ἔργων πρὸ πάντων βιότου φάος, Ol. 10. 27, gaudium, vitæ lumen, præ- omnibus laboribus. πάντων ταμίαι ἔργων, αἱ Χάριτες, Ol. 14. 14, dispensatrices omnium operum, Gratiæ. χάρις ποίνιμος ἀντὶ ἔργων, Py. 2. 33, gratia remuneratrix pro factis. πότμος συγγενὴς κρίνει περὶ ἔργων, fortuna congenita judicat de factis, Ne. 5. 74. τέλος ἐν Διΐ, eventus factorum in Deo est, Ne. 10. 54. εὐκλέων ἔργων ἄποινα, illustrium factorum præmia, Ist. 3. 11. ἔργοις κακοῖς, malè factis, Ol. 2. 178. ἔργοις καὶ μορφῇ ὑπέρφατος, Ol. 9. 99, super alios celeber factis et formâ. κλέπτει οὐ τὶς, decipit eum nemo, Py. 3. 54. ἐπέχειν ἔργοις, attendere factis, Py. 5. 160, i. e. prudenter agere. ἔργοις καλοῖς ἔσοπτρον, speculum, Ne. 7. 20. ὀπάζων μελέτην ἔργοις, studium adhibens operibus, Ist. 6. 98.

Ἔρδω, fut. ἔρξω. id. quod ἔργω, *facio*, *operor*. scribitur Atticè et ἕρδω, fut. ἕρξω. ἔρξαις (Doricè pro ἔρξας) καλὰ, Ol. 10. 109, operatus bona. ἔρξαι μαλθακὸν, Py. 8. 7, ubi vide μαλθακός. ἔρδων ἀνήρ τις, Ol. 1. 104, faciens aliquis, sc. quidquam, si sperat latere posse deum. ἔρδων ἐοικότα μορφῇ, faciens decentia formam suam bonam, Ne. 3. 33. εἰ δὲ τύχῃ τις ἔρδων, si fuerit aliquis faciens id, Ne. 7. 16. μαρνάσθω τις ἔρδων, contendat aliquis agens, Ist. 5. 70. πᾶν ἔρδοντα, quidvis facientem, Ist. 4. 81. ἐρδομένων, Ol. 8. 103, factorum, πραττομένων.

Ἐρείδω, fut. είσω. *contrà niti facio, contrà nitor proclinato paulùm corpore; fulcio; figo; infigo; affigo.* ἤρειδέ μιν, fortiter opponebat se ei, Ol. 9. 47, et 48. ἔρεισον ἄγκυραν χθονὶ, infige eam terræ, Py. 10. 80. ἐρειδόμενον ναυαγίαις vel ναυαγίοις, suffultum naufragii tabulis et reliquiis, Ist. 1. 52.

Ἐρείπω, fut. ψω. *proruo, everto.* it. neutraliter, *procido.* ἐριπόντι αὐτῷ, i. e. θανόντι, Ol. 2. 77.

Ἔρεισμα, ατος, τὸ. *fulcrum:* στήριγμα, ἀσφάλεια. ἔρεισμα Ἀκράγαντος, Ol. 2. 12, columen Agrigenti, Theron.

Ἐρετμὸς, οῦ, ὁ. *remus.*

Ἐρεύγω, fut. ξω. *ructo, eructo.* ἐρεύγονται πηγαὶ πυρὸς, eructantur fontes ignis, sc. ex Ætnâ, Py. 1. 40, ad quem locum, et ejus imitatorem Virgilium, Æn. 3. 571, sqq. conf. Gellium, lib. 17. c. 10. ἀναδίδονται, ἀναφυσῶνται.

Ἐρευνάω, fut. ήσω. *quæro, scrutor.* ἐρευνῶν εὑρήσεις, Ol. 13. 161, inquirens et perscrutans Græciam, invenies: nam Ἑλλάδα additum. ἐρεύνασε (Dorico α pro η) ῥόας, Ne. 3. 42, scrutatus est fluxus.

Ἐρέφω, fut. ψω. *tego, contego,* propriè terrâ; deinde in genere, *tego.* λάχναι ἔρεφόν (pro ἤρεφον, Ion. omisso aug.) νιν γένειον, lanugines contexerunt eum quod attinet mentum, Ol. 1. 110. βοτάνη λέοντος ἔρεφέ νιν, Ne. 6. 73, herba leonis coronavit eum, i. e. τὸ σέλινον, quo Hercules, interemto leone Nemeæo, coronari voluit: ubi alii legunt ἔρεψε. ἐρέφοντα κρανίοις ναὸν, Ist. 4. 93, craniis hospitum operientem templum; ubi de crudeli Antæo

sermo est, advenas trucidante, et crania eorum nuda imponente tecto Neptunii templi.

Ἐρεχθεὺς, έως, ὁ. Rex Athenarum, et simul sacerdos Minervæ: adeò περίκλυτος, ὥστε πάνυ ἔχαιρον οἱ Ἀθηναῖοι Ἐρεχθεῖδαι λεγόμενοι. Dictus est et Ἐριχθόνιος.

Ἔρημος, η, ον. *desertus.* ἐρήμας δι' αἰθέρος, Dor. pro ἐρήμης, Ol. 1. 10, vacuum per ætherem. et sic dicitur ὁ ἀνέφελος ἀὴρ, quando nil nisi sol in puro aëre fulget. καίοντο ἔρημοι, Ne. 10. 134, comburebantur deserti ab aliis. ἐρήμων νώτων γαίης, Py. 4. 46, deserta terga, i. e. juga. ἐρῆμος propriè est, *incultus, ubi nil est nisi terra*; nam est ab ἡ ἔρα.

Ἐρημόω, fut. ώσω. *vastum reddo, solum facio, in solitudine constituo.* πόλεμος ἐρήμωσεν ἑστίαν ἀνδρῶν, bellum orbavit domum viris, Ist. 4. 27. Κάδμου θύγατρες ἐρήμωσαν μέρος εὐφροσύνης, inanem eum fecerunt parte lætitiæ, Py. 3. 173. ἐὸν ἐρημώσασα χῶρον, postquam suum locum deseruit, Py. 4. 479.

Ἐρίβοια, ας, ἡ. quæ ab aliis et ἡ Περίβοια. Filia Alcathoi, regis Megarensium, neptis Pelopis, uxor Telamonis, mater Ajacis majoris.

Ἐριβρεμέτης, ου, ὁ. *qui valdè intonat aut sonat.* Epitheton τραχὺ ipso suo sono, et conveniens τῇ χαλεπῇ Διὸς μήνιδι.

Ἐρίβρομος, ου, ὁ, ἡ. *valdè sonans et minans.* ἐρίβρομοι λέοντες, Ol. 11. 21, graviter rugientes. ἐριβρόμου χθονὸς, Py. 6. 3, i. e. terræ Delphicæ, ubi Pythia cum horrore et voce magnâ responsa dabat. ἐριβρόμου νεφέλης, Py. 6. 11, horrisonæ nubis.

Ἐρίζω, fut. ίσω. *certo, certamen ineo, contendo, litigo*; propriè, *pugno, manu* vel *verbis.* ἐρίζοντι, Dor. pro ἐρίζουσι, certant, Ne. 5. 72. ἐρίζειν οὐ πρὸς θεὸν, Py. 2. 162, contra Deum contendere non oportet. οὐκ ἐρίζων, Py. 4. 507, i. e. οὐ ψέγων καὶ ἐπιπλήττων. ἐρίζεται, certat, Ol. 1. 155. ἐριζόμεναι νᾶες, Ist. 5. 4, certantes naves, quænam sit agilior.

Ἐρικλάγκτας, Dor. pro —ης, ου, ὁ, ἡ. *valdè strepens.* ἐρικλάγκταν γόον, Py. 12. 38, ubi et legitur ἐρίκλαγκτον, i. e. μεγαλόηχον, vel potiùs, valdè lugubriter et per intervalla sonantem.

Ἔρις, ιδος, ἡ. *lis, contentio, certamen.* χαλεπὴ δ' ἔρις, difficilis est contentio, Ne. 10. 135. ἔριν, τὴν Ἀδράστου καὶ Καδμείων, Ne. 8. 87, i. e. bellum Thebanum. ἔριδα στρέφοι, Ne. 4. 152, contentionem avertat.

Ἐρίτιμος, ου, ὁ, ἡ. *valdè pretiosus.*

Ἐρίφυλη, ης, ἡ. uxor Amphiarai, optimi auguris et regis: ipsa verò filia Talai, soror Adrasti. Quia Amphiaraus et Adrastus sæpè dissenserant, compromittunt, arbitrum se sumpturos semper Eriphylen, prudentem pariter ac formosam. Quum igitur Thebanum primum bellum esset suscipiendum, Amphiaraus, providus futuri, tergiversabatur et dissuadebat bellum: Adrastus verò id vehementer volebat. Eriphyle ergo, corrupta donis pretiosis ab Adrasto acceptis, præcipuè verò monili aureo, ad bellum gerendum hortata est. Id intelligens Amphiaraus, ex pacto quidem obedivit uxori: sed filio suo Ἀλκμαίωνι, (quem Pindarus vocat Ἀλκμᾶνα,) mandavit, ut, si vir factus esset, ulcisceretur matrem. Nam Amphiaraus præsciebat, se periturum eo bello non necessario sibi. Quod utrumque sic est factum, materque deinde a filio occisa.

Ἕρκος, εος, τὸ. *septum, id quod includit et circumdat locum aliquem aut rem.* ὑπὲρ ἕρκος ἅλμης, Py. 2. 147, i. e. super superficiem maris, ὑπὲρ ἐπιφάνειαν. ἕρκος οἷον, quasi murus, Py. 5. 151, ὡς ὀχύρωμά τι. ἑρκέων δολίων, Ne. 3. 89, ubi sic vocat τὰ λῖνα, retia, contra cervos expandi solita. ἐν ἕρκεσιν ἀγγείων, in septis vasorum, i. e. in vasis, Ne. 10. 68.

Ἔρνος, εος, τὸ. *germen; arbor novella terete trunco enascens; ramis et foliis juveniliter læta.* ἔρνεϊ Τελεσιάδου, Ist. 4. 77, surculo seu ramo, i. e. filio. ἔρνεα στεφανωσάμενος, Ne. 6. 32, ramis coronatus. ἔρνεσι Λατοῦς, surculis Latonæ, i. e. natis. ἔρνεσιν ἐμπορφυρέοις, Ne. 11. 37, ramis purpureis, ad purpuræ colorem accedentibus, i. e. umbricantibus. a τὸ ἔαρ, *ver.*

Ἑρπετὸς, ἡ, όν. *reptilis, lentè procedens.* τὸ ἑρπετὸν est *brutum* in genere. Sic Typhœus vocatur Ἡφαίστου ἑρπετὸν, bellua Vulcani, Py. 1. 47, propter ignivomam vim.

Ἕρπω, fut. ψω. *progredior lentè in terrâ, repo.* in genere, *vado.* ἕρποι, Ol. 13. 148, i. e. προΐοι ἐπὶ τὸ πλεῖστον, procedat, προκόπτοι, ἐπιδοίη. ἕρπων χρόνος, Ne. 4. 69, tempus insequens. τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἔπιβαν, Py. 4. 249, asperum ad subsequens tempus progredientium. ἔργα ζωοῖσιν ἑρπόντεσσιν ὁμοῖα, Ol. 7. 95, arte facta similia vivis et progredientibus animalibus.

Ἐρυθρὸς, ὰ, όν. *ruber,* propriè *sanguine.* ἐρυθρῷ πόντῳ ἐνιμίγησαν, Py. 4. 448, i. e. Ægypto ad Rubrum Mare sitæ: ut mare nominet pro terrâ adjacente ei.

Ἐρύκω, fut. ξω. *retraho, retineo, contineo.* ἐρύκει μὲ τεθμὸς, prohibet me lex, Ne. 4. 54. ἐρύκετον, prohibete, arcete, Ol. 10. 7, ἀποκωλύσατε, ἀπείρξατε.

Ἕρυτος, ου, ὁ. filius Mercurii ex Ἀντιανείρα, filiâ Μενέτου, Py. 4. 319.

Ἐρύω, fut. ύσω. *traho, libero, eripio.* βίαια πάντα ἐκ ποδὸς ἐρύσαις (Dor. pro ἐρύσας) Ne. 7. 98, violenta omnia quasi pede arrepta removens, injuriosa omnia ἐκποδὼν ἀφελκύσας καὶ μακρὰν μου χωρίσας. νόστον ἐρυσάμενοι, Ne. 9. 54, cùm evitâssent reditum.

Ἔρχομαι, *venio.* ἱκέτης σοῦ ἔρχομαι, supplex ad te accedo, Ol. 5. 44. φέρων μέλος ἔρχομαι, ferens carmen advento, Py. 2. 7, sc. per epistolam. εἰ παρὰ μέλος ἔρχομαι, an ad canticum me accingo, Ne. 7. 101, canticum pangendum aggredior. ἐσλὸν ὕπατον ἔρχεται βροτῷ, supremum bonum accedit homini, Ol. 1. 161. ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἔρχεται, Py. 3. 189, i. e. οὐκ ἐπὶ πολὺ παραμένει. κοινὸν ἔρχεται κῦμα Ἀΐδα, Ne. 7. 44, fluctus Orci communis vadit. ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται, vadunt in viâ apertâ et splendente, Ol. 6. 123. κοιναὶ ἔρχονται ἐλπίδες, Ne. 1. 48, communes vadunt spes, i. e. eadem omnibus sunt metuenda. σὲ ἐρχόμενον ἐν δίκᾳ, Py. 5. 17, te ambulantem in justitiâ, βαδίζοντα καὶ ζῶντα δικαίως. ἤλυθεν (ab ἐλεύθω,) ἐς λέχος, Py. 3. 177, ivit in cubile, i. e. concubuit. ἦλυθε φέρων, Py. 10. 74, rediit afferens. ἀντίος ἤλυθέν οἱ, obviam ivit ei, amicè, Ne. 10. 149. ἤλυθον, i. e. παρεγένοντο, Py. 4. 221. δευτέραν ὁδὸν, iverunt in expeditionem alteram, Py. 8. 59. ἤλυθον, veni, Ist. 6. 84. ἦλθες Λιβύας πεδίον, rediisti in campos Libyæ, Py. 5. 68. ἔνθα ἦλθε καὶ Γανυμήδης, Ol. 1. 70, quò profectus etiam est ille. ἦλθε ὑπὸ σπλάγχνων ἐς φάος, partu editus est in lucem, Ol. 6. 73. ἦλθε δέ οἱ μάντευμα, venit

ei oraculum, i.e. ἀνεδόθη, Py. 4. 129. ἦλθε ἐξ ἀέθλων, rediit ex certaminibus, Ne. 6. 21. προσπαλαίσων ἦλθεν ἀνὴρ, colluctaturus venit vir, Ist. 4. 90. ἦλθον μέγαρόνδε, venerunt in palatium, Py. 4. 239. et 352, ἀκτῖνες στεροπῆς, radii fulminis: et quidem ἦλθον ἀπορηγνύμεναι, i.e. erumpebant: ubi hoc verbum cum participio paraphrasin quandam facit. πρὸς ἄκρον ἀρετῆς, Ne. 6. 40, ad summum virtutis pervenerunt. ὅταν ξένον ἐμὸν ἔλθῃς, quando accesseris ad hospitem meum, Ist. 2. 69, nam hoc verbum sæpè accus. absolutè regit. ὅταν αἴγλη διόσδοτος ἔλθῃ, Py. 8. 137, quando splendor a Jove datus accedat. αὐτῷ ἐλθεῖν κῦδος, ei venisse gloriam, Ol. 3. 69. δεῖ σε σήμερον ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ, oportet te hodie eò venire in tempore, Ol. 6. 47. πομπαῖον ἐλθεῖν οὖρον, Py. 1. 67, ut secundus veniret ventus. et 102, μεταλλάσοντας, quærentes advenisse. οὐκ ἔμεινε ἐλθεῖν τράπεζαν νυμφίαν, Py. 3. 28, non expectavit donec veniret convivium nuptiale. ἐθέλοντα ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς ἐλθεῖν, in cœli mansiones proficisci, Ist. 7. 66, Bellerophontem Pegaso. ἐλθὼν ἄγχι ἁλὸς, profectus ad mare, Ol. 1. 114. et 178, παρὰ εὐδείελον Κρόνιον, ad apricum illum montem. ἐς θεὸν, profectus ad Deum, sc. εἰς Δελφοὺς, Ol. 7. 57. ἐλθὼν ὄμβρος, Py. 6. 10, superveniens imber. κόρος, Py. 8. 43, satietas subsequens. ἐλθόντα ἀπὸ δειρᾶν Ἀρκαδίας, venientem a jugis Arcadiæ, Ol. 3. 48. ἐκ θαλάμων Μιδέας, Ol. 7. 52, i.e. παραγινόμενον ἐκ τοῦ οἴκου Μιδέας εἰς Ἄργος. ἐλθόντας ἥλικας, Ne. 5, 83, æquales venientes.

Ἔρως, ωτος, ὁ. *amor.* ἔρως ἑτέρων, Py. 10. 93, amor aliarum rerum. ἔρως ἔσχεν, amor tenebat eos, Ist. 8. 64. ἔρωτες ἀλλοτρίων, amores alienarum laudum, Ne. 3. 51, ubi videtur genitivus pertinere et ad ἀλλοτρίων et ad φέρειν, sc. τὶ ἐξ. ἐρώτων ἀρειόνων, Ne. 8. 8, præstantiorum amorum. ἀπροσίκτων, Ne. 11. 63, non assequendarum cupiditatum acriores sunt stimuli.

Ἐσαεί. *in semper, in perpetuum.*

Ἐσέρχομαι, *ingredior, accedo ad locum.* ἐσελθόντα, sc. in domum patris, Py. 4. 213, nam hic deest, quid fecerint ei cives. ἐρχομένοις εἰς πλόον, pro εἰσερχομένοις, Py. 1. 66.

Ἐσθὰς, Dor. pro ἐσθὴς, ῆτος, ἡ. *vestis.* ἐσθᾶτος ἀμφὶς, Py. 4. 451, i.e. περὶ ἐσθῆτος, de veste, quæ erat ἔπαθλον; alibi possit esse, sine veste.

Ἐσθλὸς, ή, όν. *bonus, honestus, fortis, nobilis.* ἀπονέστερον ἐσθλοὶ νέμονται βίοτον, Ol. 2. 112, egregii viri, οἱ δίκαιοι, post mortem. ἐσθλοὶ, electi et veri amici, Ol. 4. 9. ab ἔλω, vel ab ἐθέλω, interserto sigma: et est epitheton, *approbationem præcipuam* indicans.

Ἐσλὸς, ή, όν. idem. Doricum pro ἐσθλός. ἐσλὸν παρήμερον, Ol. 1. 160, nobile bonum comitans singulos dies. βαθὺ, Ol. 12. 17, bonum ingens. ἐσλόν τι παθὼν, Py. 9. 158, optati quid nactus ab iis. Ol. 2. 177, κρύφον, occultationem optabilium. εἴ τις πέπαται ἐσλὰ, Py. 8. 103, possidet optata. ἐσλὸς, Doricè pro ἐσθλοὺς, Ne. 3. 50. et Ne. 1. 34.

Ἔσοδος, vel εἴσοδος, ου, ἡ. *introïtus, ingressus.* ἐπιχωρίων καλῶν ἔσοδοι, i.e. ἔθη, Py. 5. 156, instituta et mores civilium decorum. Ut ergo ἡ εἴσοδος notet in genere, *quando ingredimur et instituimus aliquid faciendum.* ἐς ἵππιον εἴσοδον, Py. 6. 50, ad equestrem congressum et incessum, i. e. εἰς ἁμίλλας ἱππικούς.

Ἔσοπτρον, ου, τὸ. *speculum.* ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσοπτρον ἴσαμεν ἑνὶ σὺν τρόπῳ, Ne. 7. 20, operibus præclaris speculum novimus uno modo: si sc. celebrantur per poësin. Nam reliqua monumenta, exhibentia formam et vultum quasi facinorum egregiorum, ætate abolentur.

Ἑσπέριος, α, ον. *vespertinus.* ἑσπέριος ἔφλεγεν, vespertinus, i.e. vesperi, illustris fuit, Ne. 6. 66.

Ἕσπερος, α, ον. ab ἕσπω, quia vespertina *sequuntur* diem, et cohærent cum die. *vespertinus.* est adjectivum, et si solum ponitur, subaudiendum est aliquod substantivum. ἐνέφλεξεν ἕσπερον ἡ σελήνη, accendit et illuminavit vespertinum tempus luna, Ol. 10. 90. ἑσπέρας; Py. 4. 70, i. e. κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἑσπέρας ὥρας. ὅλον ἑσπέρας (ὥρας) ὀφθαλμὸν, Ol. 3. 36, oculum plenum vespertini temporis, i.e. lunam plenam. ἄκρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ, Py. 11. 18, i. e. sub noctis initium: conjuncto eo carmine cum extremâ, i.e. incipiente, vespertinâ horâ. ἑσπέραις ἐν διχομηνίδεσσι, Ist. 8. 94, quando est luna plena, quæ mensem lunarem dividit in duas æquales partes: nam ὁ ἡ διχόμηνις, est, τὸν μῆνα dividens δίχα.

Ἕσπομαι, idem quod ἕπομαι. *comitor, adhæreo, adsum.* ὄλβος ἅμα ἕσπετο, comitabatur, Ol. 6. 122, et ibi additur accusativus personæ, γένος, pro dativo γένει, cum quo hoc verbum aliàs constanter construitur. ἕσποιτο δὲ (μοι), Ol. 9. 123, adsit mihi, παρέποιτό μοι. ἕσποιτο μοῖρα, adsit felicitas, Py. 10. 26. ᾧ τινι σὸν γέρας ἕσπηται, Ol. 8. 15, cui tuum decus adhæreat. ἑσπόμενοι Ἡρακλεῖ, Ist. 5. 46, comitantes eum.

Ἑστία, ας, ἡ. *focus.* deinde, a parte hâc, *domus, habitatio.* ἑστίᾳ παρὰ συγγόνῳ, apud focum cognatum, Ol. 12. 21, i.e. ἐν Κρήτῃ. ἑστίαν ἐς ἀφνεὰν μάκαιραν, Ol. 1. 17, domum ad divitem beatam. sic, μάκαιραν τεὰν εὐδίαν, Py. 5. 13, domum tuam beatam tranquillam.

Ἑστία, ας, ἡ. Vesta, præses vestibulorum.

Ἐσχατιὰ, ᾶς, ἡ. *extrema pars vel ora regionis aut loci.* ἐσχατιὰν θανάτου καλλίονα ἔσχεν, terminum mortis pulchriorem habere solet, Py. 11. 86. πρὸς ἐσχατιαῖς ὄλβου ἐβάλλετο ἄγκυραν, Ist. 6. 17, i. e. ad summam felicitatem pervenit.

Ἔσχατος, η, ον. *extremus.* a σχεῖν, ut *ultima adhæsio* innuatur. περαίνει πρὸς ἔσχατον πλόον, Py. 10. 45, perducit ad extremam navigationem, i. e. habet metas, est finita felicitas. τὸ δὲ ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσιν, Ol. 1. 181, i. e. regum fastigium est summum, τὸ τελευταῖον, τὸ πλῆρες, οὗπερ οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴν εὑρεῖν, τὸ μέγιστον μέγεθος, τὸ ἐξοχώτατον, ἀκρότατον, et respicit præcedens, μεγάλοι. ἐσχάτων ἀέθλων, Ne. 10. 59, summorum, ultra quæ nihil est. ἐσχάτης ναυτιλίας, Ne. 3. 39, extremæ navigationis termini sunt ad Gades, ex mente priscorum. ἐσχάταις ἐλπίσιν, Ist. 7. 50, extremâ spe. στήλαις, Ist. 4. 19, extremis columnis Herculis ad Gades.

Ἑταίρα, ας, ἡ. *socia.* ἑταῖραι παρθένοι, sociæ virgines, Py. 3. 31. ἑταιρᾶν (Doricus genit. plur.) μετὰ οἰκοριᾶν, Py. 9. 36, domesticas inter socias.

Ἑταῖρος, ου, ὁ. *socius, sodalis.* et ἕταρος, ob metrum. φιλεῖν αὐτὸν ἔξοχα ἑταίρων, Py. 5. 34, plus quam alios ministros et amicos. ὀρφανὸν μυρίων ἑτάρων, Ist. 7. 17, orbum

innumeris sociis, amisso nimirum omni exercitu. ἑταίρους ἄτερνον, Ol. 6. 148, sc. τοὺς ἐν τῷ χορῷ, τοὺς χορευτὰς, ὥστε ὑμνῆσαι. εὖ δὲ ἑταίρους δέξαι, Ne. 11. 4, collegas ejus in munere publico.

Ἐτεῖος, ου, ὁ, ἡ. *annuus.* ἐτείων ἀέθλων, Ist. 4. 114, anniversariorum certaminum.

Ἕτερος, α, ον. *alter.* ἕτερος δαίμων, alter Genius, Py. 3. 62, sc. ὁ κακοποιὸς; nam duo sunt Genii singulorum, bonus et malus. ἑτέρῳ (ἐν) λέχει, Py. 11. 38, in alieno lecto. οὐχ ἕτερον ἔχει λόγον, Ol. 7. 158, non aliam habet rationem. ἕτερόν τινα, i. e. ἄλλον, Py. 2. 110. ἕτερον οἶκον, Ne. 6. 42, aliam domum. ἕτερον ἑτέραις χερσὶ, Ne. 8. 5, alium aliis manibus. ἕτεροι βασιλέες, Py. 5. 130, cæteri reges. ἑτέροις δὲ, sc. ταπεινοῖς, Py. 2. 95, in opp. τῶν ὑψιφρόνων. et 164, τὰ κείνων—ἑτέροις δὲ, i. e. ἄλλοις. ἑτέροις πολλοῖς, Py. 4. 442, aliis multis. ἑτέροις ἑτέρων ἔρως, Py. 10. 93, alii alia adamant: quisque pro indole suâ admiratur id vel id. ἕτερα εἴργει ἕτερον, Ne. 7. 8, prohibent alium alia.

Ἐτήτυμος, ου, ὁ, ἡ. *verus.* ab ἔτυμος, quod ab ἐτεὸς, *verus;* quod ab ἐτὸς, quod ab εἰμὶ, *sum.*

Ἔτι, adv. *jam, adhuc, porrò, ampliùs.* ἔτι, i. e. ἐπὶ πλέον, Ol. 2. 27. ἔτι, etiam, Ne. 2. 9. Py. 3. 112, jam. οὐ γὰρ ἦν ἔτι, nondum enim erat, Ist. 1. 35. οὐκ ἔτι, non jam, Py. 3. 71. οὐκ ἔτι ἔσαν, Ne. 9. 33, neque ampliùs erant, sc. in principatu, sed jam exuti eo erant. et 112, θνητὸν ἔτι, mortalem adhuc, nec ex mortalium numero exemptum. ἔτι κάλλιον, adhuc pulchrius, Py. 5. 15. μᾶλλον, Py. 10. 88, adhuc etiam magis. γλυκυτέραν, eo suaviorem, Ol. 1. 175. εἰ ἔτι, si adhuc, Ne. 4. 21.

Ἔτος, εος, τὸ. *annus.* ἐτέων ἑκατὸν, sc. πόλιν, Ol. 2. 169, quæ ante annos CIV condita fuerat. potest tamen et referri ad τικῶν intra centum annos. ἐτέων περιόδοις, Ne. 11. 51, annorum circuitionibus, i. e. annis.

Ἕτοιμος, η, ον. *promptus, paratus.* ἑτοῖμός σοι αἶνος, Ol. 6. 18, i. e. ἁρμόδιος, πρέπων, tibi apta laus. κήρυξ, promptus præco, Ne. 4. 120. ἄεθλος γὰρ ἦν τῷ νικῶντι, propositæ erant hæ nuptiæ vincenti; τὸν πᾶσι παρακείμενον. πάρεδρον, Ol. 2. 139, semper præstò existentem adsessorem ut mitti possit. μάλα τροφαῖς ἵππων, Ol. 4. 24, i. e. λίαν πρόθυμον, qui ipse mittit se ad hoc opus.

Ἔτυμος, ου, ὁ, ἡ. *verus.* ἔτυμον λόγον, veram rationem et intelligentiam, Py. 1. 133.

Ἐτύμως, adv. *verè,* Ol. 6. 129.

Εὖ, adv. *benè, pulchrè, scitè, probè, mirandum in modum.*

Εὐαγκὴς, έος, ὁ, ἡ. *leniter declivis.* est epitheton collis mollis, qui leniter descendit in vallem.

Εὐάγων, ωνος, ὁ, ἡ. *benè in certamine versans, præclarè certans.* εὐάγων τιμὴ, Ne. 10. 71, honor ex præclaris certaminibus ortus.

Εὐάδνη, ης, ἡ. mater Iami; et Pindarus, Ol. 6. 50, sqq. ejus historiam fusè tractat.

Εὔαθλος, ου, ὁ, ἡ. *benè certans.*

Εὐαίνητος, ου, ὁ, ἡ. *benè laudandus.*

Εὐαμερία, Dor. pro εὐημερία, ας, ἡ. *tranquillitas et felicitas dierum.* πότμος ἐπέβησεν αὐτὸν ἀρχαίας εὐημερίας, Ist. 1. 56, fatum restituit eum in pristinam felicitatem. ὁ εὐήμερος, fortunatus.

Εὔανδρος, ου, ὁ, ἡ. *bonis viris plenus.* in genere, *celeber.* εὔανδρον χώραν, sc. τιθέναι, facere, Py. 1. 78.

Εὐάνθεμος, ου, ὁ, ἡ. *probè progerminans, virens et florens.* πρὸς εὐάνθεμον φυὴν, Ol. 1. 109, i. e. πρὸς τὴν ἀνθηρὰν ἡλικίαν ἔλθοντι αὐτῷ, πρὸς τὸ τῆς ἀκμῆς ἀνθηρὸν, i. e. ad plenè florentem et virentem ætatem.

Εὐανθὴς, έος, ὁ, ἡ. idem. εὐανθὴς Μετώπη, Ol. 6. 144, i. e. ὡραία, φαιδρά. εὐανθεῖ ἐν ὀργῇ, Py. 1. 173, generoso et præclaro proposito, εὐγενεῖ. εὐανθέα στόλον, Py. 2. 113, amœnam classem; ubi sic vocat seriem laudum regis mari potentis: floridam classem laudum. εὐανθέα ἡλικίαν, Ist. 7. 47, floridam ætatem.

Εὐανορία, Dor. pro εὐηνορία, ας, ἡ. *strenuitas; felicitas fortium virorum.* δαιδάλλειν, Ol. 5. 46, ornare.

Εὐάνωρ, Dor. pro εὐήνωρ, ορος, ὁ, ἡ. *qui virum fortem facit, qui vires viri auget.* εὐάνορι παρὰ ἀποικίᾳ, Ol. 1. 37, coloniâ, ἐχούσῃ καλοὺς ἄνδρας καὶ ἀνδρείους, καλῶς ἐχούσῃ ἕνεκα γενναιότητος ἀνδρῶν. εὐάνορα Ἀρκαδίαν, Ol. 6. 136, viris felicem.

Εὐάρματος, ου, ὁ, ἡ. *currus regendi peritus.* εὐάρματος Ἱέρων, curribus honestatus et victoriis curulibus, Py. 2. 9.

Εὐαχὴς, έος, ὁ, ἡ. Dor. pro —ηχής. *suaviter sonans.* ὕμνον, Py. 2. 25, i. e. εὔηχον, εὔρυθμον.

Εὔβουλος, ου, ὁ, ἡ. *benè consulens.*

Εὐδαιμονία, ας, ἡ. *felicitas.* εὐδαιμονίας μοῖρα, Py. 3. 150, felicitatis justa portio. εὐδαιμονίαν θάλλοισαν (germinando producentem) τὰ καὶ τὰ, Py. 7. 22.

Εὐδαίμων, ονος, ὁ, ἡ. *felix, faustus.* Ol. 2. 34, i. e. σὺν τύχῃ εὐτυχεῖ.

Εὐδείελος, ου, ὁ, ἡ. *benè conspicuus et eminens, clarus, illustris;* in sensu vel physico, quo alta eminent; vel metaphorico, pro εὔδηλος et εὐδίαλος, interserto iota. εὐδείελον Κρόνιον, Ol. 1. 178, ubi notat λόφον (collem) τὸν φανερὸν καὶ μετέωρον. εὐδείελον ἐς χθόνα, Py. 4. 136, i. e. εὔδηλον, bene notam, illustrem, celebrem, ἐπίσημον: et notat præterea h. l. planitiem latè patentem.

Εὔδενδρος, ου, ὁ, ἡ. *benè arboribus consitus.* εὐδένδρῳ παρὰ ὄχθῳ, Ne. 11. 31, ad collem arborosum.

Εὐδία, ας, ἡ. *serenitas aëris.* εὐδίαν ἔχει μελιτόεσσαν ἀμφὶ βίοτον, Ol. 1. 158, i. e. εὔδιον καὶ ἥδιστον λοιπὸν ἔχει βίον, ἡδόμενος τῇ νίκῃ. nam ingentia præmia per omnem vitam constituta erant his victoribus. εὐδίαν μετὰ χειμέριον ὄμβρον τὶν καταθύσσει ἑστίαν, Py. 5. 12, ubi est adjectivum, pertinens ad ἑστίαν, metaphoricè: serenam, i.e. lætam, domum.

Εὐδιανὸς, οῦ, ὁ, ἡ. *tranquillitatem aëris faciens; tepidam tempestatem reddens.* ψυχρᾶν εὐδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν, Ol. 9. 146, frigidarum aurarum tepidum remedium; ut eleganter circumscribitur ἡ χλαῖνα, pallium, εὐδίαν quasi præbens, et ἀποσοβητικὸν τῶν πνοῶν.

Εὔδματος, Dor. pro εὔδμητος, ου, ὁ, ἡ. *benè structus et ædificatus.* εὔδματον κολώναν, Py. 12. 6, benè inædificatum collem.

Εὐδοξία, ας, ἡ. *gloria.* συγγενεῖ, Ne. 3. 69; naturali et congenitâ illustri virtute.

Εὔδοξος, ου, ὁ, ἡ. *gloriosus, probatus, bonâ existimatione.*

Εὕδω, fut. ἥσω. *recubo, dormio.* εὕδει παλαιὰ χάρις, Ist. 7. 23, antiqua dormit gratia. εὕδει αἰετὸς, cubat et dormitat, Py. 1. 9, ἀφυπνοῖ, τῇ ἡδονῇ συσχεθείς.

Εὐειδὴς, έος, ὁ, ἡ. *bonâ facie et specie; formosus.* εὐειδέα ἄλοχον, conjugem pulchram, Ist. 8. 62.

Εὐεργεσία, ας, ἡ. *beneficentia; si quis benè et rectè agit.* εὐεργεσίαις ξείνων ἀγαπᾶται, Ist. 6. 102, ob benefacta in hospites amatur.

Εὐεργέτης, ου, ὁ. *benefactor.* ἄνδρα μᾶλλον εὐεργέταν (Doricâ terminatione) πραπίσιν, virum magis beneficum ex animo, Ol. 2. 171. τὸν εὐεργέταν τίνεσθαι, benefactorem remunerari, Py. 2. 43. εὐεργέταν ἅρμασιν, benefactorem curribus, i. e. faventem certatoribus, deum, Ist. 1. 77. ἑκόντι νόῳ τὸν εὐεργέτην ὑπαντιάσαι, prompto animo benefactorem excipere, Py. 5. 58. εὐεργέται, benefici homines et liberales, Py. 4. 54.

Εὐερκὴς, έος, ὁ, ἡ. *benè septus et munitus.* Αἰακιδᾶν εὐερκὲς ἄλσος, Ol. 13. 156, ubi sic vocat insulam Æginam.

Εὐζωὰ, Dor. pro εὐζωὴ, ῆς, ἡ. *bona et jucunda vita.* εὐζωᾶς ἄωτον, Py. 4. 233, i. e. εὐφροσύνην.

Εὐήρατος, ου, ὁ, ἡ. *valdè amabilis.* εὐηράτων παρὰ σταθμῶν, i. e. ἀπὸ Πίσης, Ol. 5. 21.

Εὐθαλλὴς, έος, ὁ, ἡ. *benè florens et virens.* εὐθαλλεῖ τύχῃ, Py. 9. 128, lætissimâ fortunâ.

Εὔθρονος, ου, ὁ, ἡ. *pulchræ sellæ insidens.* εὐθρόνοις κούραις Κάδμου, Ol. 2. 39, quod epitheton respicit felicitatem, quam post obitum consecutæ putantur, quasi in sellâ felicitatis collocatæ.

Εὐθύγλωσσος, ου, ὁ, ἡ. *rectilinguis.*

Εὐθύδρομος, ου, ὁ, ἡ. *rectum cursum præbens.* στάδιον, Ol. 10. 76, εὐθύτονον, μὴ ἔχον καμπήν.

Εὐθύμαχας, Dor. pro εὐθυμάχης, ου, ὁ, ἡ. *rectà, et cum impetu adverso, pugnans.* εὐθυμάχαν Ῥόδον, Ol. 7. 27, nam hæc insula semper habuit fortes milites.

Εὔθυμος, ου, ὁ, ἡ. *lætus animo: it. benevolus.* εὔθυμον γῆρας, Ol. 5. 51, senectus placida.

Εὐθυμία, ας, ἡ. *lætus animus.* εὐθυμίαν μείζω, Ist. 1. 89, voluptatem majorem. μετὰ εὐθυμιᾶν, i. e. τερψιῶν, Ol. 2. 63.

Εὐθύνω, fut. νῶ. *rectum facio, rectà progredi facio.* εὔθυνε λαοῖς δίκας, Py. 4. 273, i. e. ἐπ' εὐθείας ὁδοῦ ἦγε τοῖς ὑπηκόοις τὰς δίκας, jura. εὔθυνε αὐτοῦ οὖρον, Ol. 13. 38, i. e. ποίει αὐτὸν εὐτυχῆ. εὔθυνε ἐπὶ τοῦτον, sc. σκοπὸν, Ne. 6. 48, dirige ad hunc scopum. εὐθύνοι ὄλβον, Py. 1. 88, dirigat felicitatem in cursu recto.

Εὐθύπνοος, ου, ὁ, ἡ. *rectà flans in eam regionem.*

Εὐθύπομπος, ου, ὁ, ἡ. *rectè ducens, et comitans per rectam viam.* εὐθύπομπος αἰὼν, rectâ viâ ducens ævum, i. e. non degenerans a recto, Ne. 2. 10.

Εὐθυπορέω, fut. ήσω. *rectâ viâ et recto passu progredior ulterius.* εὐθυπορεῖ, recto gressu ambulat, Ol. 7. 167. εὐθυπορῆσαι δρόμον, Ist. 5. 76, ubi est notio activa, cursum rectum dirigere.

Εὐθὺς, adv. *rectâ viâ, ilicò, citò,* παραχρῆμα. εὐθὺς θεῖναι βωμὸν, statim ponere aram, Ol. 13. 115. ἔννεπε εὐθὺς, dixit sine ambagibus et sine morâ, Ol. 8. 54. ἁρπάξαις, arripiens, Py. 4. 60. μῆτιν εὐθὺς ἀμείβετο, Py. 9. 68, sententiam et consilium statim exposuit. εὐθὺς ἀπήμων κραδία, Ne. 1. 83, statim doloris expers cor est, ἄλυπος. ἰόντων, eant, Ist. 8. 89, adeant rectà.

Εὐθύς, εῖα, ύ. adj. *rectus cursu, directus.* εὐθὺς ἰὼν, rectus, i.e. rectâ viâ, adiens, Py. 4. 148, i. e. ἐπὶ εὐθείας ὁδοῦ πορευθείς. εὐθὺς δ' ἀπανάματο νύμφην, Ne. 5. 60, rectus, i. e.

sine ambagibus et hæsitatione, recusavit sponsam. εὐθὺν πλόον, Ol. 6. 177, i. e. ζωὴν ἄπονον, vitam molestiis liberam. εὐθὺν ῥόμβον ἀκόντων, Ol. 13. 133, rectum jaculorum turbinem, rectà irruentem. εὐθεῖα τόλμη, Ol. 13. 14, i. e. δικαία προθυμία, impetus et conatus rectus. εὐθεία δίκη, Ne. 10. 22, cum rectâ justitiâ. εὐθὺς ἐνόπλια ἔπαιζε, alacer lusit armatam saltationem, Ol. 13. 123. κοινᾶνι παρ' εὐθυτάτῳ, Py. 3. 51, communicatorem apud rectissimum, et refertur ad νόῳ, cum quo rectissimè communicantur facienda.

Εὐθύτομος, ου, ὁ, ἡ. *ad rectam lineam sectus et determinatus, complanatus.* εὐθύτομον πεδιάδα, campum planum, Py. 5. 120.

Εὐθύτονος, ου, ὁ, ἡ. *in rectitudinem extensus.*

Εὔιππος, ου, ὁ, ἡ. *benè utens equis, et bonos habens equos.* εὐίππους Ἀμαζόνας, Ol. 8. 62, καλοῖς ἵπποις χρωμένας, καὶ πολεμικάς.

Εὔκαρπος, ου, ὁ, ἡ. *benè fructus ferens.*

Εὐκλὴς, έος, ὁ, ἡ. (per syncopen pro εὐκλεής.) *celeber bonâ famâ;* εὔδοξος; *ad bonam famam faciens.* οὖρον, Ne. 6. 49, ventum secundum celebrem, activè. εὐκλέας ὀϊστοὺς, i.e. ἐνδόξους, Ol. 2. 163.

Εὐκλείζω, fut. ίσω et ίξω. *benè et cum laude celebro et narro.* εὐκλεΐξειν πόλιν, celebrem famâ fecisse urbem, Py. 9. 162.

Εὐκτήμων, ονος, ὁ, ἡ. *opulentus, qui multa et præclara possidet.* προγόνων εὐκτήμονα (κατὰ) ἀγυιὰν, Ne. 7. 136, secundum majorum opulentum tramitem, i. e. secundum copiosa et egregia exempla præclarorum facinorum et exemplorum apud majores ejus.

Εὔκυκλος, ου, ὁ, ἡ. *benè rotundus.* item, *benè rotis instructus.* εὔκυκλον ἕδραν, Ne. 4. 107, rotundatam sedem, i. e. κυκλοτερὲς συμπόσιον, conventum nuptialem, qui in rotundo ordine consederat.

Εὐλογία, ας, ἡ. *laus, benedicentia.* εὐλογία φόρμιγγι συνάορος, laus juncta citharæ, i.e. hymnus laudatorius, Ne. 4. 8. εὐλογίαν προστιθείς, laudem adjungens, Ol. 5. 56, i.e. εὐφημίαν. ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι, dignus in præconia civium inseri, Ist. 3. 5. ῥαίνειν εὐλογίαις, adspergere laudibus eam insulam, Ist. 6. 30.

Εὔμαλλος, ου, ὁ, ἡ. *benè vestitus vellere.* εὔμαλλον μίτραν, Ist. 5. 79, vittam, ex bonâ et flavâ lanâ densè factam, adaptatam coronæ.

Εὔμαλος, Dor. pro εὔμηλος, ου, ὁ, ἡ. *bonus pascendis ovibus.* est epitheton regionis fertilis, a specie aliquâ pecorum. in genere, talis regio dicitur εὔβοτος, *bona pascendis pecoribus.*

Εὐμαχανία, ας, ἡ. *quando facilè et benè reperitur consilium, facilitas.* εὐμαχανίαν ἔφηνας, facilitatem ostendisti, Ist. 4. 3, exhibuisti mihi paratum consilium capiendum. Dor. pro εὐμηχανία.

Εὐμαρὴς, έος, ὁ, ἡ. *facilis, promptus.* παύροις τὸ πράξασθαι εὐμαρές, Py. 3. 205, paucis hoc adsequi et lucrari facile est. ὑπὲρ κιόνων Ἡρακλέος περᾶν εὐμαρὲς, ultra columnas Herculis transire facile est, Ne. 3. 37. συμβαλεῖν λίαν εὐμαρὲς ἦν, Ne. 11. 43, facilè conjici et existimari poterat.

Εὐμενέω, *benè cupio alicui.* εὐμενέοντες ἀνεψιὸν, Py. 4. 225, benè cupientes patrueli suo. Alibi est cum dativo.

Εὐμενὴς, έος, ὁ, ἡ. *benevolus, amicus.* ἐπὶ εὐμενεῖ τύχῃ, ob pro-

pitiam fortunam, Ol. 14. 23, τῇ ἀγαθὰ φρονούσῃ. εὐμενεῖ νόῳ, benevolâ mente, Py. 8. 25. εὐμενέσι παρὰ Κρονίδαις, Py. 2. 45, apud benevolos Saturni filios.

Εὐμενία, *ας, ἡ. benevolentia.* ob metrum pro εὐμένεια.

Εὐνὰ, Dor. pro εὐνὴ, ῆς, ἡ. *cubile, ubi quis cubat.* εὐνᾶς ὁμόφρονος, sc. ἕνεκα, Ol. 7. 11, conjugii concordis causâ. εὐνᾶς ἡδείας τυχεῖν, Py. 9. 74, dulci frui cubili. νυμφείας ἐπείρα εὐνᾶς, conjugialem tentavit torum, Ne. 5. 56. εὐνὰν οὐ τέλεσαν, Ist. 8. 65, conjugium non perfecerunt. εὐναὶ πολυγηθέες, Py. 2. 50, cubilia gaudiorum plena. εὐναὶ παράτροποι, Py. 2. 65, congressus illiciti, illegitimi, παρατετραμμέναι τοῦ δέοντος.

Εὐνάζω, fut. άσω. *colloco in cubili.* εὐνάσθη ξένου λέκτροις, Py. 3. 44. sc. ἡ Κορωνὶς, Apollinis amica, cubuit in stratis hospitis.

Εὐνομία, *ας, ἡ. quando leges et boni mores valent, æquum jus, æquitas.* εὐνομίαν ἀπόλεμον, Py. 5. 89, i.e. δικαιοσύνην ἀστασίαστον. Personificata est Εὐνομία, Ol. 13. 6.

Εὔνομος, *ου, ὁ, ἡ. bonis legibus præditus.* εὔνομον Μοῖραν, sortem bonis legibus instructam, Ne. 9. 70, sortem bona largientem et tribuentem. τήνδε εὔνομον ἐς πόλιν, Ist. 5. 28, in hanc civitatem benè legibus instructam, et hinc, felicem. εὐνομώτατον ἐς ἔρανον, Ol. 1. 61, i. e. δικαιότατον, ad convivium maximè moribus bonis conveniens; nam revocabat deos, a quibus tot bona ante acceperat.

Εὔξενος, *ου, ὁ, ἡ.* id. ac Εὔξεινος, notum illud mare, quod olim Ἄξεινος. Ne. 4. 79.

Εὐορκία, *ας, ἡ. justum et fidum jusjurandum.* ἔχαιρον εὐορκίαις, uti solebant juramentis justis, Ol. 2. 118, ubi una justitiæ species ponitur pro *omni justo et fido*, i. e. τοῖς δικαίοις πράγμασιν.

Εὐπάραος, Dor. pro εὐπάρηος, quod Ion. pro εὐπάρειος, ου, ὁ, ἡ. *pulchris genis, formoso vultu.* Est epitheton pulchræ fœminæ, a parte hâc ad totum. εὐπαράου Μεδούσης, Py. 12. 28, nam Medusa fuerat formosissima, antequam ab iratâ Minervâ capilli ejus in angues mutarentur.

Εὐπραγία, *ας, ἡ. felix eventus.* νέᾳ εὐπραγίᾳ χαίρω, nupero bono successu gaudeo, Py. 7. 17.

Εὐπραξία, *ας, ἡ. felicitas.* πολλαὶ ὁδοὶ εὐπραξίας, multæ sunt viæ ad felicitatem, Ol. 8. 17.

Εὔπυργος, *ου, ὁ, ἡ. benè munitus muro et turribus.* Αἰακιδᾶν εὔπυργον ἕδος, Ne. 4. 19, Æacidarum benè munitam sedem, i. e. insulam Æginam.

Εὑρίσκω, fut. εὑρήσω. *invenio quærendo, deprehendo, nanciscor.* εὑρόντος ἅπαν ἔργον, Ol. 13. 24, i. e. quidquid inveniri potuit: nam Corinthii quam plurima invenere: vel et, omne opus pertinet ad inventorem, ejus est gloria, etsi inventis ejus posteri addiderint nonnihil: οἱ δὲ Κορίνθιοι ἦσαν οἱ κατ' ἀρχὰς (initio) εὑρόντες. εὑρεῖν, Ol. 7. 46, i.e. γνῶναι. εὑρίσκοντο, inveniebant sibi, Py. 1. 94.

Εὑρεσιεπὴς, *έος, ὁ, ἡ. inventor verborum novorum.* καινολόγος, λόγων καινοπρεπῶν εὑρετής. εἴην εὑρεσιεπὴς ἀναγεῖσθαι, utinam verba digna invenirem ad enarrandum, Ol. 9. 120.

Εὐρυάλη, *ης, ἡ.* una Gorgonum: et soror ejus ἡ Σθενὼ, ambæ immortales; tertia, ἡ Μέδουσα, mortalis.

Εὐρυβίας, *ου, ὁ. latè potens, vires suas latè exerens.* Ὑψέος εὐρυβία, Doricè pro εὐρυβίου, Py. 9. 23, latè potentis principis. εὐρυβίαι

Ποσειδᾶνα, Ol. 6. 99, ob dominium vasti maris. εὐρυβίαν Αἴαντα, valdè robustum, Ist. 6. 78. Περικλύμενε εὐρυβία, O valdè viribus pollens, Py. 4. 312.

Εὐρυλείμων, ωνος, ὁ, ἡ. *ampla vireta habens.* εὐρυλείμων Λιβύα, Py. 9. 95, latè instructa pratis.

Εὐρυμέδων, οντος, ὁ. *latè imperans et curans,* μεγάλως βασιλεύων. est epitheton Neptuni, Ol. 8. 41. sed et Chironis, Py. 3. 6, qui regnum tenuit circa montem Pelium.

Εὐρύπυλος, ου, ὁ. rex Libyæ antiquæ, frater Tritonis.

Εὐρὺς, εῖα, ύ. *latus, amplus.* ἀνάσσων, latè imperans, Ol. 13. 34.

Εὐρυσθενὴς, έος, ὁ, ἡ. *latè potens.* εὐρυσθενεῖ γέννῃ, Ol. 7. 40, i. e. κατὰ πολὺ ἰσχυρᾷ.

Εὐρύτιμος, ου, ὁ, ἡ. *latè honoratus et honorandus.*

Εὐρυφαρέτρας, ου, ὁ. *latâ et magnâ pharetrâ armatus.* est epitheton Apollinis, i. e. Solis, ex magno suo orbe jaculantis infinitos radios.

Εὐρυχαίτας, Dor. pro εὐρυχαίτης, ου, ὁ. *lato capillitio.* est epitheton Bacchi.

Εὐρύχορος, ου, ὁ, ἡ. *ubi latè chori possunt duci.* est epitheton χώρας εὐδαίμονος, et plenæ cœtuum hilarium. εὐρυχόρους ἀγυιὰς, Py. 8. 77, ad Abantis latos lætosque vicos, i. e. ad Argos, in quo Abas multas civitates condidit.

Εὐσεβὴς, έος, ὁ, ἡ. *pius.* εὐσεβεῖ γνώμᾳ, religiosâ mente, Ol. 3. 73. εὐσεβέων ἀνδρῶν, Ol. 8. 10, piorum hominum.

Εὐσεβέως, adv. *religiosè, pudenter.*

Εὔσκιος, ου, ὁ, ἡ. *umbrosus.* παρὰ ἀκτὴν εὔσκιον, ad ripam umbrosam et opacam, Py. 11. 33.

Εὐστέφανος, ου, ὁ, ἡ. *benè cinctus, benè munitus et circumdatus.* εὐστεφάνων ἀγυιᾶν, Py. 2. 107, ubi ἀγυιαὶ, plateæ, ponuntur pro urbe totâ, quæ est benè munita.

Εὖτε, adv. *quando, cùm.*

Εὐτειχὴς, έος, ὁ, ἡ. *benè munitus, benè septus.* εὐτειχεῖ προθύρῳ, Ol. 6. 2, benè structo et murato vestibulo domûs. εὐτειχέα δόμον, Ne. 7. 67, juxta benè structam et munitam domum Dei. εὐτειχέσι πύλαις, Ist. 6. 111, juxta benè structas et firmatas portas Cadmi.

Εὐτερπὴς, έος, ὁ, ἡ. *gratus, jucundus.* ὕμνων εὐτερπὲς ἄνθος, Ol. 6. 180, hymnorum gratum florem.

Εὐτράπελος, ου, ὁ, ἡ. *lepidus, scitus;* it. *pudorem lædens, apud bonos.* εὐτράπελον ἔπος, verbum ambiguum, Py. 4. 186, ubi non in bono sensu positum nomen, sed de *scurrilitate* et *improbâ dicacitate.* εὐτραπέλοις κέρδεσι, Py. 1. 178, lucris jocosis, ubi quis per jocum et cavillationem, injustè tamen, lucratur quid. Propriè nomen est in bono sensu; et sic Aristoteles de *facetè* et *ingeniosè* et *urbanè dictis* vel *factis* ponit: sed per abusum deinde et in malum sensum abiit.

Εὐτριαίνας, Dor. pro εὐτριαίνης, ου, ὁ. epitheton Neptuni, ὁ τῇ λαμπρᾷ τριαίνῃ χρώμενος.

Εὐτυχέω, *feliciter ago.* τετράκις εὐτυχέων, quater felici eventu fruens, Ol. 7. 149. εἴ τις εὐτυχήσαις (Dor. pro εὐτυχήσας), si quis felicitate utens, Ist. 3. 1.

Εὐτυχία, ας, ἡ. *prospera fortuna.* ἔστι δὲ ἐν εὐτυχίᾳ πανδοξίας ἄκρον, in bonâ fortunâ inest summa existimatio, Ne. 1. 13. κεῖνος κραίνει εὐτυχίαν τεῶ, Ol. 6. 139, ille perficit et efficit felicitatem tuam.

Εὐτυχῶς, adv. *feliciter*. Ne. 7. 133, εὐτυχῶς ναίειν, feliciter habitare.

Εὔυδρος, ου, ὁ, ἡ. *bonam aquam habens*. παρὰ εὔυδρον ἀκτὴν Ἱμέρου, Py. 1. 152, ad ripam fluvii illius. et ὁ Ἱμέρας fluvius Siciliæ est.

Εὐφαμία, Dor. pro εὐφημία, ας, ἡ. *læta acclamatio*. ὧν θαλίαις εὐφαμίαις τε μάλιστα χαίρει Ἀπόλλων, Py. 10. 54, quorum Hyperboreorum festis dapibus et lætis vocibus hymnisque maximè delectatur Apollo.

Εὔφαμος, Dor. pro Εὔφημος, ου, ὁ. filius Neptuni, princeps Laconicus, Argonautarum unus.

Εὐφανής, έος, ὁ. poëta nobilis priscus.

Εὔφορος, ου, ὁ, ἡ. *latu facilis*. εὐφόρων πόνων, laborum latu facilium, ob prævisum bonum exitum, Ne. 10. 45.

Εὐφραίνω, fut. ανῶ. *exhilaro, lætum mente facio*. εὔφρηνας θυμὸν τεὸν, oblectâsti animum tuum, Ist. 7. 3. εὐφράνθη, Ol. 9. 94, lætatus est. εὐφρανθεῖσα λέχει τοῦ, Py. 9. 29, oblectata concubitu ejus.

Εὐφρόνα, Dor. pro εὐφρόνη, ης, ἡ. *Nox*. ab εὖ, et φρονεῖν, nam in nocte est consilium, et quietis oblectatio.

Εὐφρόνως, adv. *hilariter*. εἰλαπινάζοντι, convivantur amicè, et benevolè, et hilariter, Py. 10. 63.

Εὐφροσύνα, Dor. pro εὐφροσύνη, ης, ἡ. *hilaritas, voluptas mentis*. ὧν εὐφροσύνη τε καὶ δόξα ἐπιφλέγει, quorum lætitia et gloria fulget clarè, Py. 11. 69. ἐστὶ πόνων ἄριστος ἰατρὸς, lætitia optimus est sanator laborum, Ne. 4. 1. εὐφροσύνης ἀλᾶται, a lætitiâ procul est, Ol. 1. 94. μέρος, dimidiam partem lætitiæ, Py. 3. 175. πᾶσαν ἐς εὐφροσύνην, ad omnem hilaritatem, Py. 4. 230.

Εὔφρων, ονος, ὁ, ἡ. *lætum animum vel habens vel faciens*. εὔφρων ἄρουραν πατρίαν αὐτοῖς κόμισον, Ol. 2. 27, inquit poëta ad Jovem: propitius terram patriam illis cura porrò: εὐμενὴς ὢν, καλῶς διανοούμενος. sic, θεὸς εὔφρων εἴη εὐχαῖς, propitius sit precibus, Ol. 4. 21. Κυρήνη δέξεται, Cyrene eum excipiet læta, Py. 9. 130. ὁ δὲ λοιπὸς χρόνος προσέρποι, reliquum tempus adrepat felix, Ne. 7. 99. ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον, Ol. 2. 66, habet lætam sortem, τὸν εὐφραντικόν. γῆν μήλοις, terram pecoribus lætam, Ol. 7. 116, ἡδεῖαν. εὔφρονες ἴλαι, Ne. 5. 70, hilares catervæ. εὔφρονα ἤματα, Py. 4. 348, ubi id adjectivum ad omnes res ibi enumeratas pertinet ἀπὸ κοινοῦ.

Εὔφυλλος, ου, ὁ, ἡ. *frondosus, pulchris et bonis foliis*. ἀπὸ εὐφύλλου Νεμέας, Ist. 6. 89, nam sylva erat vicina: nisi fortè potius ad coronam respicitur ex oleâ, vel deinde ex apio viridi, quâ victores ornabantur.

Εὔφωνος, ου, ὁ, ἡ. *benè loquens et sonans*. εὐφώνοις σὺν θαλίαις, Py. 1. 73, conviviis in dulcisonis, ἡδέσι, ubi canebantur hymni.

Εὐχά, Dor. pro εὐχὴ, ῆς, ἡ. *preces, precatio*. ἐπὶ εὐχᾷ, Py. 9. 156, ex voto eorum, ob victoriam optatam. θεὸς εὔφρων εἴη λοιπαῖς εὐχαῖς, Ol. 4. 22, reliquis votis. νῦν σὲ, νῦν εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις λίσσομαι, Ist. 6. 64, nunc te per sacras preces supplex oro, O Jupiter, coll. 62. ergo dicitur εὔχομαι θεῷ, *comprecor deum*, εὔχομαι ἀνθρώπῳ, *vota facio pro homine aliquo*.

Εὔχειρ, εἶρος, ὁ, ἡ. *promptus et strenuus manu; potestate suâ benè utens*.

Εὔχομαι, fut. εὔξομαι, *precor, voveo, votum nuncupo, profiteor, glorior, dico de me*. εὔχομαι, precor, Ol. 3. 3. opto, cupio, Ne. 9. 128. ποίαν γαῖαν εὔχεαι πατρίδα

εἶναι, Py. 4. 173, quam terram dicis patriam tibi esse? εὔχεται, optat, Py. 4. 521, Ist. 6. 20. εὔχονται, optant, Ne. 8. 63. τὸ πατρόθεν ἐκ Διὸς εὔχονται, Ol. 7. 41, paternum genus a Jove dicunt et gloriantur se habere, καυχῶνται. οὔτε ἀκοῦσαι, οὔτε ἰδεῖν εὔχοντο, confirmabant nec audîsse, nec vidisse, Ol. 6. 88, διαβεβαιοῦντο, εἶπον. παρθενικαὶ πόσιν εὔχοντο, virgines optabant te sibi maritum, Py. 9. 176. sc. εἶναί σε ἑαυταῖς. κοινὸν εὔξασθαι ἔπος, Py. 3. 3, publicum optare verbum.

Εὔχορδος, ου, ὁ, ἡ. *benè instructus chordis musicis.*

Εὖχος, εος, τὸ. *votum, gloriatio, decus.* ἀγώνιον εὖχος, gloriationem ex certamine, Ol. 10. 75. ἑλὼν, decus et gloriam nactus, Py. 5. 26. τοῦτο γαρύων, Ne. 6. 101, decus hoc celebrans.

Εὐώδης, εος, ὁ, ἡ. *benè olens, odoribus suavibus repletus.* εὐῶδες ἄνθος, flos suaviter olens, Ne. 11. 52. εὐώδεος ἐξ ἀδύτου, Ol. 7. 59, ex sacrario odoribus repleto, τοῦ τεθυμιαμένου.

Εὐώλενος, ου, ὁ, ἡ. *pulchris brachiis et lacertis præditus.*

Εὐώνυμος, ου, ὁ, ἡ. *boni nominis et bonæ famæ.* ἐμᾷ πολίαρχον εὐωνύμῳ πάτρᾳ, meæ gubernatorem illustri patriæ, Ne. 7. 125. et 70, εὐώνυμον ἐς δίκην τρία ἔπεα διαρκέσει, ad causam bonam tria (scilicet secutura illa pauca, versu 72) verba sufficere poterunt. εὐώνυμον χάριν, gràtiam et donum, ex celebri nomine, Py. 11. 89. εὐώνυμον πάτραν, Ne. 11. 25. claram patriam. εὐωνύμων πατέρων, Ol. 2. 13, i.e. ἐνδόξων προγόνων, nam descendebat a Cadmo. Ἀθηνᾶν, Ne. 4. 30, celebrium Athenarum, ὀνομαστῶν, εὐδόξων. ποδῶν εὐωνύμων ἕκητι, Ne. 8. 81, propter pedes (i. e. victorias cursu adeptas) claros.

Εὐῶπις, ἴδος, ἡ. *formosa, pulchro vultu et pulchris oculis prædita.* εὐώπιδος σελήνης, Ol. 10. 90.

Ἐφάλλομαι, *irruo, insilio.* εἰς Αἰθίοπας ἐπᾶλτο, (pro ἐφήλατο,) in Ethiopas irruit, Ne. 6. 85.

Ἐφάπτω, fut. ἄψω. *adjungo, annecto.* αἰὼν, πότμον ἐφάψαις, Ol. 9. 91, ævum, mortem attingere faciens, ἐπαγαγών. ἐφαπτοίμην ζωῆς κελεύθοις ἁπλόαις, Ne. 8. 61, utinam attingam vias simplices et rectas vitæ; ut *dativus* regatur a verbo, non *genitivus.* Sic Ol. 1. 137, οὐκ ἀκράντοις ἐφάψατο ἔπεσιν, non irrita verba tractavit, conf. ἄκραντος. ἐφάψατο μαντευμάτων, Py. 8. 86, vaticinia attigit et exercuit. ἐφάψῃ λόγων, Ol. 9. 19, attingas sermones. ἐφάψασθαι σκοπιῆς ἄλλης ποδοῖν, Ne. 9. 113, attingere pedibus aliam speculam.

Ἐφαμέριος, Dor. pro ἐφημέριος, ου, ὁ, ἡ. *in unum diem durans.* est et forma fœmin. in usu. ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες στάθμην, Ne. 6. 10, diurnam ignorantes metam.

Ἐφάμερος, Dor. pro ἐφήμερος, ου, ὁ, ἡ, idem. ἐφάμερον τερπνὸν διώκων, Ist. 7. 57, oblectationem in diem sectans.

Ἔφεδρος, ου, ὁ, ἡ. *qui adsidet.* τραχὺς ἔφεδρος, Ne. 4. 156, durus adsessor et observator. et ἐπὶ notat, *contrà, adversus.*

Ἐφέζω, fut. ἕσω. *insidere facio, impono.*

Ἐφέπω, *insequor, insector.* et plerumque hostilem habet notionem. ἐφέπεις τοῦτο ὄρος, obis, inhabitas, curas, Py. 1. 57, nam cultus ibi Jupiter in primis. αἰὼν τ' ἔφεπε μόρσιμος, Ol. 2. 19, i. e. ἐπηκολούθησε,

sequebatur vitæ tempus a bonis fatis constitutum. ἔφεπεν ἔγχος, sc. ὁ Μέμνων, Py. 6. 34, administravit hastam, i. e. immisit. ἐφέπων δίκην τοῦ, Py. 1. 97, sequens morem ejus, τὸν αὐτοῦ τρόπον μετερχόμενος. ἐφέπων συμποσίας, Py. 4. 524, exercens compotationes.

'Εφέρπω, *adrepo, advenio.* μὴ θραύσοι χρόνος ὄλβον ἐφέρπων, ne frangat tempus accedens felicitatem, Ol. 6. 164.

'Εφετμὴ, ῆς, ἡ. *mandatum, jussum, præceptum.* ἐφετμαῖς θεῶν, i. e. ἐντολαῖς, Py. 4. 415. ἐφετμαῖς κλυταῖς σπέσθαι, Ist. 6. 26, ut sequantur nobiles preces eas, εὐχαῖς, quas ille injunxit Parcis. ἐφετμὰς κραίνων προτέρας, Ol. 3. 19, perficiens et exsequens priores leges, νόμους, ἐντολάς.

'Εφευρίσκω, *invenio, deprehendo.* ἐφευρομένοις μῆτιν, Py. 4. 466, qui intellexistis mentem oraculi, qui deprehendistis consilium datum.

'Εφέω, et ἐπιέω. fut. έσω. *induo.* ἐπιεσσάμενοι νῶτον μαλακαῖς κρόκαις, Ne. 10. 82, induti tergum mollibus textis. ἐπιεσσόμενος γῆν τελευτὴν ἁπάντων, Ne. 11. 21, supremam rem omnium, terram induturum esse, i. e. sepultum iri.

'Εφημοσύνα, Dor. pro ἐφημοσύνη, ης, ἡ. *mandatum, præceptum.* ἐφημοσύναν ὀρθὰν ἄγεις, Py. 6. 20, ipso facto exerces præceptum rectum, quod tibi datum fuerat, παραίνεσιν.

'Εφίζω, *insideo, insidere facio.* ὥρα, ἐφίζοισα (Dor. pro ἐφίζουσα) βλεφάροις, pulchritudo, insidens oculis, Ne. 8. 4.

'Εφίημι, fut. ήσω. *immitto, contrà mitto, impono.* ἐφίητι, Dor. pro ἐφίησι, permittit, sc. ἡ Μοῦσα, Ist. 2. 15.

'Εφίκομαι, *advenio, contrà venio.* εἴ σε μοῖρα ἐφίκοιτο τούτων καλῶν, Ist. 5. 19, si ad te venerit fatum horum bonorum.

'Εφορμάω, *irruo, contrà ruo.* it. act. *immitto, contrà incito.*

Ἔχθος, εος, τὸ. *odium tenax, inimicitia hærens, dissidium acre.* ab ἔχω, *hæreo.* ψογερὸν Ἀρχίλοχον, βαρυλόγοις ἔχθεσι πιαινόμενον, Py. 2. 101, i. e. qui maledicentiâ suâ in alios dives factus est.

Ἔχθιστος, η, ον. *odiosissimus, invisissimus.* νόστον ἔχθιστον, invisissimum reditum, Ol. 8. 91, qui ipsis redeuntibus est invisus. ἀλόχοις ἀμπλάκιον, Py. 11. 41, i. e. ἐχθρότατον ἀμάρτημα maritis.

Ἔχθρα, ας, ἡ. *odium, inimicitia.* εἴ τις ἔχθρα πέλει ὁμογόνοις, Py. 4. 259, si quod odium intercedit cognatis.

'Εχθρὸς, ὰ, όν. *inimicus, odium fovens et exercens.* πρὸς ἐχθρὸν ἐχθρὸς ἐὼν, Py. 2. 154, contra inimicum inimicus existens. αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρὸν ἔννεπεν, Py. 9. 169, laudare etiam inimicum jubebat, Chiron. [Nereus.] χρὴ ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρὸν, Ist. 4. 82, oportet labefactare et obscurare hostem. ἐχθρῶν ἀπάοροι, pro ἀπήοροι, Py. 8. 124, ab inimicis semoti, et quasi pendentes timore eorum. λοιδορῆσαι θεοὺς ἐχθρὰ σοφία, Ol. 9. 57, i. e. μεμισημένη. ἐχθρὰ φάτις, mala fama, Py. 1. 187. πάρφασις, Ne. 8. 54, odiosa versutiloquentia. ἐχθρᾷ ἀνάγκῃ δικάζει, Ol. 2. 108, judicat aliquis durâ necessitate, ἀποτόμῳ, severâ. ἐχθρὰν ὕβριος ὁδὸν, Ol. 7. 166, vitæ rationem inimicam injuriæ, i. e. minimè injuriosam, et injuriæ aliorum vindicem. ἐχθρότατον τὸν μόρον, fatum odiosissimum, Ne. 1. 99, i. e. mortem.

'Εχίων, ονος, ὁ. filius Mercurii, frater Ἐρύτου.

"Ἔχω, fut. ἕξω. *habeo, teneo, contineo, dirigo.* ἔχω δόξαν τινά, i. e. δόκησιν καὶ πεῖραν, Ol. 6. 140, ubi mens vera Pindari videtur esse: lingua mea similis ferè est coti, utpote quæ sono suo arguto celebres facit alios, sicut cos ferramenta splendida et acuta. ἔχω φράσαι, habeo ad enarrandum materiam, Ol. 13. 14. ὃς ἔχεις Αἴτναν, i. e. οἰκεῖς, colis, Ol. 4. 10. σὺ ἔχεις τοῦτο πιπαρεῖν, tu potes hoc suppeditare, Py. 2. 104. ἔχει βίον ἀπάλαμνον, habet vitam auxilio carentem, Ol. 1. 95. et 158, εὐδίαν, habet serenitatem. πότμον, possidet hanc sortem, Ol. 2. 66. ἔχει Ἑρμῆς ἀγῶνας, præsidet certaminibus, Ol. 6. 134. νᾶσον, possidet insulam εἰς ἰδίαν μοῖραν, Ol. 7. 128. et 159, οὐχ ἕτερον λόγον, continet non aliam rationem. et 172, πόλις θαλίας, celebrat convivia civitas. εἰ ἔχει λόγον περὶ ἀνθρώπων, Ol. 8. 6, si curat res humanas. τιμὴν, honorem et præmium habet, Ol. 13. 50. ἔχει νόῳ, intelligit, Py. 3. 183. γέρας, Py. 5. 21, i. e. videt honorem. ὀρέων κευθμῶνας, inhabitat recessus montium, Py. 9. 60. μέσον, occupat medium, Ne. 4. 58, 78, obtinet. καὶ μέλι κόρον ἔχει, etiam mellis satietas est, Ne. 7. 77. μομφὰν, Ist. 4. 61, ubi conf. id nomen: parit illis reprehensionem. ἔχοντι (Dor. pro ἔχουσι) κλέος, habent famam, Ol. 10. 115. ἔχειν πόδα ἐκτὸς, i. e. abstinere eâ re, Py. 4. 514. ἀνδράσι, ad habendum hominibus, Py. 12. 40. ἔχειν κατακρύψαις, Ne. 1. 45, Atticè pro κατακρύψαι. ἔχων τοῦτο κᾶδος, firmiter et perpetuò obtinens hanc curam, Ol. 1. 173. μέτρον βραχὺ καιρὸς, occasio habens breve spatium, Py. 4. 509. σπέρματος ῥίζαν ἔχοντα, Ol. 2. 82, oriundum inde eum. ἔχοντες ἅλιον, Ol. 2. 111, i. e. viventes in luce. εὖ, Ol. 5. 37, i. e. ἐπιτυχόντες. ἔχοισα (Dor. pro ἔχουσα) ἦτορ καθύπερθε μόχθου, Py. 9. 56, gerens animum superiorem molestiâ. εἶχέ μιν ἐσθὰς, texit eum vestis, Py. 4. 140. καλὸς εἶχεν ὀπώραν, Ist. 2. 7, habebat pulcher ille maturitatem suam ætatis. εἶχον ἀπάτερθε ἀστίων μοῖραν, Ol. 7. 137, i. e. ἕκαστος κατ' ἰδίαν εἶχε πόλιν. εἴχετο ἔργον, occupabatur opere, Py. 4. 414. et 435, εἴχετο γενύων δράκοντος δεινοτάτου τὸ κῶας, vellus aureum continebatur et custodiebatur a dracone horrendo.

"Ἕψω, et ἑψέω. fut. ἑψήσω. *coquo.* τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας, ἐν σκότῳ καθήμενος, ἕψοι; cur quis ignobilem senectutem, inglorius, coquat? Ol. 1. 133. ἑψόμενος χρυσὸς, aurum excoctum, Ne. 4. 133.

"Ἕω, pro quo usus dixit in medio, ἧμαι, *sedeo.* sed futurum inde nullum in usu est. notat et, *versor, sum otiosus.* ἥμενον ἐν στελέχει, Ne. 10. 116, sedentem eum juxta et ad truncum arboris, *an einem stamme eines baumes,* i. e. ad arborem stantem sedens ipse et reclinans corpus. nam ἐν est sæpè Germanorum *an, dran.* ἅμενον (Dor. pro ἥμενον) μυχοῖς Ἤλιδος, Ol. 10. 41, habitantem in secessibus Elidis, cunctantem, morantem.

"Ἕω, fut. ἕσω. a. 1. εἷσα, et ἕσσα. *induo, vestio, mitto vestes super corpus.* it. *adjungo, apto.* ἕσσαντο τέμενος Ποσειδάωνος, subierunt sacrum lucum Neptuni, Py. 4. 363.

Ἑωσφόρος, ου, ὁ, ἡ. ab ἡ ἕως. unde et scribitur ἠωσφόρος. *auroram adducens.* ἠωσφόρος θνητὸς, Ist. 4. 40, lucifer conspicuus et admirabilis.

Z.

Ζάθεος, η, ον. *valdè divinus et præstans, vel sacer.* Solet esse epitheton urbis valdè honoratæ aut sacræ.

Ζάκοτος, ου, ὁ, ἡ. *valdè iratus.*

Ζάλη, ης, ἡ. *fluctuatio maris vehemens.* ζάλαις ἀνιαραῖς, Ol. 12. 15, i.e. ταραχαῖς ἀλγειναῖς, χειμῶσι πραγμάτων, per metaphoram.

Ζαλωτὸς, Dor. pro ζηλωτὸς, ἡ, όν. *æmulatione dignus, valdè laudandus, et aliis ad æmulandum proponendus,* ἐπαινετός.

Ζαμενὴς, έος, ὁ, ἡ. *multâ vi præditus; ingentes spiritus ingentemque vim habens: præpotens, gravis.* Αἰήτου ζαμενὴς παῖς, Py. 4. 17, Medea, quæ ad iram magnam facilè compelli poterat, præterea magnâ vi vaticinandi et incantandi prædita. Κένταυρος ζαμενὴς, Py. 9. 65, potens arte. Μέμνων, valdè fortis et animosus, Ne. 3. 111.

Ζεύγλα, Dor. pro ζεύγλη, ης, ἡ. *pars illa jugi, cui bos vel mulus inserit caput.* ergo totum ζυγὸν duas habet ζεύγλας, separatas a se transversis lignis. ζεύγλῃ ἐπέλασσε μόνος, Py. 4. 404, jugo admovit solus.

Ζεύγω, fut. εύξω, *jungo.* ἀμφοτέρων δὲ χαρίτων ζεύξω τέλος, Ist. 1. 7, utrarumque gratiarum (utriusque officii grati,) conjungam et copulabo persolutionem. ἔζευξεν ἅρμα, Py. 10. 102, quæ phrasis id vult, junxit equos ad currum: nam jumenta junguntur duo. ζεῦξαι Πήγασον, frænare Pegasum, Ol. 13. 91, ubi de uno equo id verbum ponitur, ex similitudine. ζεῦξαι μέλος ἐγκώμιον ἔργμασιν, Ne. 1. 10, factis egregiis (qui dativus est commodi) componere carmen laudatorium: ubi verbum est metaphoricum, cùm carmen connectitur cum factis illis: aptè, quia præcedit ἅρμα. ζεύξασα κύκλῳ, quum alligâsset rotæ aviculam eam, Py. 4. 383. ὅ, τι ἐπέων ῥοαῖς μὴ ζυγὲν, quodcunque verborum fluxibus non copulatum, Ist. 7. 26. πότμῳ ζυγέντα, fato alligatum, cum fato copulatum, Ne. 7. 8, quibus locis metaphoricè ponitur verbum.

Ζόφος, ου, ὁ. *tenebræ, nox.* in specie, *occidens.* Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατὸν, pars a Gadibus versus occidentem transiri non potest, Ne. 4. 112, ut quidem iis sæculis credebatur. μετὰ χειμέριον ζόφον, Ist. 4. 30, post hibernam caliginem, i. e. post hanc calamitatem: nam menses hiberni sunt multâ nocte occupati, et mentes hominum solent esse tristiores; hinc apta metaphora.

Ζυγὸς, οῦ, ὁ. et τὸ ζυγόν. *jugum quo duo equi vel boves junguntur.* ζυγὸν ἐπαυχένιον, jugum cervici impositum, Py. 2. 172. ἀνάτεινον ἱστία πρὸς ζυγὸν καρχησίου, Ne. 5. 94, in altum duc vela usque ad jugum corbis malo impositi: proverbialis locutio, a navi plenis velis vectâ. ζυγοῖς τετραόροις ἁρμάτων, Ne. 7. 137, quadrijugis jugis curruum; ubi quatuor rotas, vel binas rotas junctas, dicit, inter quas temo est medius. Omne igitur dici potest ζυγὸς, quod bina jungit æquali ratione, simulque æqualiter distinet. nam ζεύγω est ab ἄγω, *duco*, et δύο, *duo*, cujus δ, ut solet, transit in ζ.

Ζωὴ, ῆς, ἡ. *vita, victus, vivendi ratio.*

Ζωθάλμιος, ου, ὁ, ἡ. i.e. θάλλειν ποιῶν τὴν ζωήν. ζωθάλμιος χάρις, Ol. 7. 20, gratia floridam vitam faciens.

Ζώνη, ης, ἡ. *cingulum.* ζώναν φοινικόκροκον, Ol. 6. 67, ubi sermo de Evadne.

Ζωὸς, ή, όν. *vivus.*

Ζώωτ *vivo*. ὄλβος μάσσων, Ist. 3. 7, i. e. durat diuturnior. ζώων τε καὶ ἀποθανὼν, Ist. 7. 43: nam duo ibi laudantur, unus vivus, alter mortuus.

H.

Ἦ, particula. varium habet usum. μείζονα ἢ ὡς ἰδεῖν, Ol. 13. 162, majora quam ut perspicias. Sic præcedente comparativo, Ne. 7. 30. præcedente πότερον, Py. 11. 38. et 67, sq. ἢ, ἢ. potius quam, Ne. 10. 108. ἢ, ἤτοι, partim, partim, Ne. 6. 8. ἢ pro δὴ, certè jam, Py. 6. 1, 2.

Ἦ, adv. *certè*. ἦ, Ol. 1. 43, certè, omninò. Py. 9. 40, saltem. ἦ ῥα, Py. 9. 63, in quæstione; nisi potiùs scribendum ἦ ῥα, anne? μάλα δὴ, Py. 4. 113, i. e. καὶ δὴ λίαν. ἦ μὰν, Py. 4. 71, et al. quæ est asseverandi formula.

Ἥβη, ης, ἡ. *juventa*. τερπνῆς ἐπεὶ χρυσοστεφάνου λάβεν καρπὸν ἥβης, i. e. postquam puber factus est, Ol. 6. 97. κυμαίνει, Py. 4. 281, in vigore est. κεχλαδόντας ἥβῃ, Py. 4. 319, ferventes pubertate. πρὸς ἥβην ἐκδόσθαι θυμὸν, Py. 4. 525, i. e. πρὸς φιλοφροσύνην, ad juvenilem lætitiam. ἥβην οὐχ ὑπέροπλον δρέπων, Py. 6. 48, fruens hilaritate juvenili non immodicâ. ἥβην γὰρ οὐκ ἄπειρον καλῶν δάμασεν, Ist. 8. 153, juvenilem ætatem non consumsit expertem honestorum studiorum.

Ἤδη, adv. *jam, nunc*. Py. 4. 12, jam statim.

Ἠθαῖος, Dor. pro ἠθεῖος, ου, ὁ. in genere est reverentiæ vox erga seniores. ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον, Ist. 2. 69, colendum, venerandum, peramandum. est a θεῖος, i. e. θαυμαστὸς, præfixo η, ut ex βαιὸς fit ἠβαιός.

Ἦθος, εος, τὸ. *locus consuetus ad commorandum*. item, *indoles animi, et ingenii proprietas*. ἦθος ἐμφυὲς, Ol. 11. 22, ingenitos mores, indolem. sic, ἦθος συγγενικὸν, Ol. 13. 16, ubi sermo est de Corinthiis: Κορίνθιοι, ἀγαθοὶ ἐκ φύσεως ὄντες, οὐκ ἄν ποτε μεταβληθεῖεν. ἦθος τοιοῦτον, Ne. 8. 60, talis affectus. ἤθεσι τῶν μιχθέντες, sedibus horum familiaribus immixti, Py. 4, 459; nam ἤθεα sunt et, *sedes consuetæ, grex adsuetus sibi*.

Ἥκω, *venio, eo, adeo*. ἥκει (ἐπὶ τῶν) ὀχέων Ψαύμιδος ὁ ὕμνος, venit in curribus ejus hymnus, Ol. 4. 18, et personificatus est ibi ὁ κῶμος, velut numen aliquod. ἧκεν δὲ Μιδέαθεν, venit ex Mideâ, Ol. 10. 78. πατρὶ, ἥκοντι νεότητι τὸ πάλιν ἤδη, patri, eunti retrò jam ad pueritiam, Ol. 10. 103. apud Herodotum εὖ ἥκειν est, *felicem esse, probè procedere*.

Ἧμαι, vid. ἕω.

Ἡμίθεος, ου, ὁ, ἡ. *semideus*.

Ἡμίονος, ου, ὁ, ἡ. *mulus*. ἡμιόνοις, Ol. 5. 15. Py. 4. 166, ubi est casus sextus.

Ἥμισυς, εια, υ. *dimidius*.

Ἦρ, ἦρος, τὸ. pro ἔαρ, *ver*. ἦρος φοινικανθέμου ἀκμῇ, Py. 4. 114, i. e. τῇ φοινικοῦ καὶ ἀνθηροῦ ἔαρος ὥρῃ.

Ἠρινὸς, ἡ, όν. *vernus*. ἠρινὰ φύλλα, folia verna, Py. 9. 82.

Ἡρώϊος, α, ον. *heroïcus, ad heroës pertinens*.

Ἡρωΐς, ίδος, ἡ. *heroïna, filia dei vel deæ, saltem ex longinquo*. ἐπίνομον ἡρωΐδων, collegam, Py. 11. 13.

Ἥρως, ωος, ὁ. *heros*. ἥρως, Py. 2. 57, et ibi ob genus: nam Martis filius. λαοσεβὴς, a populo cultus et colendus, Py. 5. 128, i. e. ἀποθεωθείς. ἥρως θεὸς, Ne. 3. 38, i. e. Hercules.

Ἤτοι, conj. *sanè, certè, quidem*. ἤτοι, i. e. δὴ, ὄντως, Ol. 12. 19.

Ἦτορ, τὸ. *anima, animus, cor*. φίλον ἦτορ, i. e. ὦ φίλη (i. e. ἐμὴ) ψυχὴ, Ol. 1. 6. ἴσον, Ol. 4. 38, ubi heros

dicit: "Manuum mearum robur, et animi firmitas, par est celeritati pedum." ἄλκιμον (κατὰ) Ne. 8. 41.

Ἠΰκομος, ου, ὁ, ἡ. per διάλυσιν et ἐπίτασιν pro εὔκομος, *pulchrâ comâ præditus a naturâ;* item, *pulchrè comam ornans.*

Ἠΰπυργος, ου, ὁ, ἡ. *benè munitus muro et turribus:* Αἰακιδᾶν ἠΰπυργον ἕδος, Ne. 4. 19. Æacidarum benè munitam sedem, i. e. insulam Æginam.

Θ.

Θαέομαι, Dor. pro θηέομαι, fut. σομαι. *specto.* σάφις θαέομαι, Py. 8. 64, clarè et tanquam ἐν ὁράσει video: et loquitur ibi vates, cujus animus futura ut præsentia cernit.

Θαητὸς, Dor. pro θηητὸς, ὴ, ὸν, *cum admiratione et veneratione spectandus, suspiciendus.* θαητὸν ἀγῶνα, Ol. 3. 65, admirabilem.

Θάλαμος, ου, ὁ. *conclave, cubiculum.* In Pindaro, θάλαμος, maximè in plurali, notat totam domum. προθύρῳ θαλάμου, atrio domûs, Ol. 6. 2. θαλάμου ἐς μυχὸν, in interiora domûs, Ne. 1. 62. ἐν θαλάμῳ δαμεῖσα, interfecta in conclavi suo, Py. 3. 19. θαλάμῳ ἐν πολυχρύσῳ, Py. 9. 122, in sede pretiosâ. θάλαμον ἐς τεὸν, Ne. 11. 3, in tuam domum et sedem, i. e. εἰς πρυτανεῖον. θαλάμων σταδίων, Ol. 5. 30, domorum stabilium, ἑδραίων: et θαλάμων ἄλσος h. l. est, series domorum altarum stipata, sicut in urbibus esse solet. ἐκ θαλάμων, Ol. 7. 53, i. e. ἐκ τῆς οἰκίας, ex habitatione. θαλάμοις ἐν μεγαλοκευθέσι, Py. 2. 61, magna penetralia habente in domo. πρὸς θαλάμους, Py. 4. 285, i. e. πρὸς οἶκον.

Θάλασσα, ης, ἡ. *mare.*

Θαλασσαῖος, α, ον. *marinus.*

Θαλάσσιος, α, ον, *ad mare pertinens.*

Θάλεια, ας, ἡ. *convivium lætum.* θάλειαν μοῖραν, Ne. 10. 99, portionem florentem et sacram, sc. certaminum. Schmidius ibi legit θαλείαν, quasi ab adj. θάλειος. Sed optimi codices habent θάλειαν sensu adjectivo. ut ergo hoc substantivum per appositionem adjectivè poni soleat.

Θαλερὸς, ὰ, όν. *virens, florens, vegetus.*

Θαλέω, fut. ήσω. *vireo.* θάλησε σελίνοις, decoratus fuit et floruit apiis, Ne. 4. 143.

Θαλία, ας, ἡ. *convivium lætum et celebre:* deinde in genere, *lætus et hilaris victus, vita copiosa et florens.* θαλίας ἔχει πόλις, Ol. 7. 173, habet festa convivia civitas. σὺν εὐφώνοις θαλίαις, Py. 1. 73, i. e. σὺν κώμοις ἡδέσιν, in dulcisonis conviviis.

Θάλλω, fut. αλῶ. *floreo.* θάλλει ἀρεταῖς, viret virtutibus, Ol. 9. 27, βρύει, αὔξεται. θάλλει μέρος ὄγδοον, Py. 4. 115, octava pars viret, i. e. octavus successor in regno post primum conditorem. ἔθαλλε χῶρος δένδρεα, Ol. 3. 40, producebat locus arbores: ubi est activa et prima significatio, crescere faciebat. θάλλων οὐ (κατὰ) πάντα χρόνον ὄλβος, felicitas non omni tempore florens, Ist. 3. 9. θάλλων κόμῃ χρυσέᾳ, nitidus comâ aureâ, O Apollo, Ist. 7. 69. θάλλοντος συμποσίου, Ist. 6. 1, florentis convivii. θάλλοντες ἀρεταῖς ἀεὶ σὺν θεῷ, Ist. 4. 6, florentes, dei beneficio. εὐδαιμονίαν θάλλουσαν τὰ καὶ τὰ, Py. 7. 22, germinando protrudentem; ubi quoque est significatus activus: et sensus est; ea fortuna stabilis est, quæ adfert et bona, et, his admixtum, aliquid mali. θάλλοισαν δέσποιναν, Py. 9. 15, florentem et florere facientem. τὰ μέσα μακροτέρῳ

ὄλβῳ τεθαλότα, Py. 11. 80, mediocria diuturniore felicitate florentia.

Θάλος, εος, τὸ. *germen, frons.* θάλος Ἀδραστιδᾶν, germen lætum ex eâ familiâ, Ol. 2. 81.

Θαλπνὸς, ἡ, όν. *fovens, calefaciens.* ἄστρον θαλπνότερον, Ol. 1. 8, i. e. θερμότερον καὶ φαεινότερον, et res terrestres magis fovens et exhilarans.

Θάλπω, fut. ψω. propriè est θάλλειν ποιῶ, *facio crescere*, sicut gallina incubans ovis facit ut excrescant ex ovis pulli. deinde in genere est, *foveo manu vel corpore, calefacio.* ἔτι πατὴρ ἡλίῳ ἐθάλπετο, Ne. 4. 23, adhuc pater sole foveretur, i. e. viveret.

Θαμὰ, adv. *frequenter, sæpè, crebrò.*

Θαμάκις, adv. *frequenter.*

Θαμβέω, fut. ήσω. *admiror valdè.*

Θάμβος, εος, τὸ. *admiratio ingens.* θάμβει δυσφόρῳ καὶ τερπνῷ μιχθείς, Ne. 1. 85. notat ergo *admirationem magnam*, cum aliquo terrore.

Θαμινὰ, adv. *crebrò.*

Θάνατος, ου, ὁ. *mors.* πεῖρας θανάτου οὔτι κέκριται, Ol. 2. 57, non cognitus est terminus mortis; et 58, aptè circumscribitur mors, ὁπότε ἡσύχιμον ἡμέραν τελευτήσομεν, quietam illam diem, quietis auctorem, finiemus. ἐκ θανάτου κομίσαι, Py. 3. 99, i. e. ἀναγαγεῖν, resuscitare. ἐπρίατο θανάτου κομιδὴν πατρὸς, Antilochus redemit morte suâ vecturam patris, Nestoris, Py. 6. 38, ut avehi posset vivus. ἀφνεὸς πενιχρός τε θανάτου παρὰ σῆμα νέονται, Ne. 7. 27, dives pauperque mortis ad sepulchrum abeunt. θανάτου πέρι καὶ ζωῆς, de morte et vitâ pugnant, Ne. 9. 68. θανάτῳ ἔπορε τὸν, tradidit eum morti, Ol. 2. 147, i. e. occidit. ἐπὶ θανάτῳ, in morte, Py. 3. 73. φάρμακον κάλλιστον ἑᾶς ἀρετῆς, Py. 4. 331, medicinam optimam suæ virtutis. λίθινον, Py. 10. 75, sc. dum eos mutat in saxa. ἐπίτελλέ μοι, Ne. 10. 144, impone, tribue mihi.

Θαρσαλέος, α, ον. *fiduciæ et animi plenus, animosus.*

Θαρσέω, fut. ήσω. *bono animo sum, confido mihi.* ὄρθιον ὤρυσαι θαρσέων, Ol. 9. 163, altum exclama confidens.

Θάρσος, εος, τὸ. *fiducia, animus præsens et fortis.* θάρσος τι, sc. κατὰ, Py. 5. 148, i. e. ἀνδρείαν, in sensu bono. est a θέρω, fut. ἔρσω, *calefacio*, me vel aliud.

Θᾶσσον, neutr. adv. a θάσσων, ονος, ὁ, ἡ. *celerior, velocior.* Ol. 9. 35, celerius equo et nave.

Θαῦμα, ατος, τὸ. *res quæ cum admiratione spectatur*; etiam, *ipsa admiratio in animo spectantis.* θαῦμα ἀκοῦσαι, mirum auditu, Py. 1. 50, ubi Pindarus a visu ad auditum transtulit vocem. οὐ θαῦμα, σφίσιν ἐγγενὲς εἶναι ἀθληταῖς ἀγαθοῖς, Ne. 10. 95, non mirum si ingenitum est illis esse admirandos luctatores.

Θαυμάζω, fut. άσω. *specto cum admiratione.* θαυμάσαι, in admirando, Py. 10. 76.

Θαυμαίνω, fut. ανῶ. *specto admirabundus.* ἐθαύμαινε, Ol. 3. 57, admirabatur arbores illas.

Θαυμάσιος, α, ον. *cum admiratione spectandus.* θαυμάσιον τέρας, admirabile ostentum, Py. 1. 49.

Θαυμαστὸς, ἡ, όν. idem. θαυμασταὶ πέλονται, admirandæ visu existunt, Ist. 5. 8.

Θεὰ, ᾶς, ἡ. *dea.* θεᾶν ὕμνοις, Ist. 8. 132, Musarum.

Θεάω, fut. άσω. *spectandum do.* θεάομαι, fut. άσομαι, *specto, video.* dicitur idem medium et θεάομαι.

Θεανδρίδαι, ων, οἱ. posteri τοῦ Θεάνδρου, nobilis Æginetæ.

Θεάριον, *ου*, *τὸ*. templum Apollinis in Æginâ insulâ, cujus sacerdotes *οἱ θεωροί*.

Θεία, *ας*, *ἡ*. mater Solis.

Θεῖος, *α*, *ον*. *divinus, admirabilis, præstans.* θεῖος ὁ ἀνὴρ, Py. 6. 38, sc. ὁ Ἀντίλοχος, ob virtutem et pietatem. θεῖος φὴρ, Py. 4. 211, Chiron, qui erat Κρόνου filius, simulque justissimus et sapientissimus.

Θέλγω, fut. ξω. notat *ducere aliquem quò ducens vult, et quomodò vult; incantare quasi aliquem.* φόρμιγξ καὶ δαιμόνων θέλγει φρένας, suaviter oblectat, Py. 1. 22. ἀοιδαὶ θέλξαν (ἔθελξαν, solari et lenire solent) πόνον, ærumnam exantlatam, Ne. 4. 5.

Θέλω. vid. Ἐθέλω.

Θέμεθλον, *ου*, *τὸ*. *fundamentum.* ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις, i. e. in Libyâ, ubi Jovi Ammoni est templum fundatum, Py. 4. 28. et 320, ἀμφὶ Παγγαίου θέμεθλα, circa fundamenta montis Pangæi, i. e. ubi is mons est et situs est.

Θεμίζω, et **θεμίσσω**, fut. ισω. *in jus et fas compono.* ἀλλ' ἐμὲ χρὴ καὶ σὲ, θεμισσαμένους ὀργὰς, ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλβον, Py. 4. 250, at me et te oportet, legitimè frænatis et in justum coërcitis cupiditatibus, texere reliquam felicitatem; in bonum morem componentes nos.

Θεμίπλεκτος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*. *legitimè contextus.*

Θέμις, *ιτος*, *ιστος*, et *ιδος*, *ἡ*. *jus, fas, mos, lex, oraculum.* Py. 4. 96, τὸν μὲν πολυχρύσῳ ἐν δώματι Φοῖβος ἀναμνήσει θέμισι, admonebit oraculis et effatis divinis: χρησμοῖς. θέμις Διὸς ξενίου, Ne. 11. 9, hospitalis Jovis ritus justus.

[Θεμι]σκέρων, *οντος*, *ὁ*, *ἡ*. *qui jus [min]istrat et præbet, et quasi in-fundit bibendum.* sed, Py. 3. 38, alii commodius legunt θεμισκρέοντων, a κρέω, *rego.*

Θεμίσκοπος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*. *inspector juris, et tutor moris boni.*

Θεμισκρέων, *οντος*, *ὁ*. *justè imperans et regens.*

Θεμιστεῖος, *α*, *ον*. *justus, juri conveniens, justitiam et æquum colens.* θεμιστεῖον σκᾶπτον, Ol. 1. 18, i. e. δίκαιον, βασιλικὸν, quo jura ponuntur et redduntur.

Θεμιτὸς, *ἡ*, *όν*. *juri et recto conveniens.* σὲ ὃν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν, Py. 9. 75, te, O Apollo, quem non fas est mendacium attingere, i. e. οὐ δυνατὸν, impossibile.

Θέναρ, *αρος*, *τὸ*. propriè *vola manûs.* deinde, *superficies.* θέναρ βωμοῦ, superficies aræ leniter cava, Py. 4. 367, plana quidem, sed nonnihil cava. θέναρ ἁλὸς, superficies maris, æquor summum, Ist. 4. 97, vel potiùs, cava illa superficies fundi, quæ mare continet.

Θένω, fut. ενῶ. *percutio.* σκήπτρῳ θένων σκληρᾶς ἐλαίας, ἔκτανε, Ol. 7. 50, baculo percutiens duræ oleæ, occidit eum: clavâ.

Θεόδματος, Dor. pro θεόδμητος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*. *a deo exstructus.* θεόδματον χρέος, Ol. 3. 12, divinitùs structum debitum, quod solvendum mihi jam est, i. e. θεοκατασκεύαστον ὕμνον, τὸν ἐκ Μουσῶν: nam Musæ h. l. sunt hic deus. θεοδμάτῳ σὺν ἐλευθερίᾳ, i. e. θείᾳ, Py. 1. 118. θεοδμάτας Δήλου, Ol. 6. 101, ubi peculiare est fœmininum formatum. θεοδμάτων ὀχέων, Py. 9. 17, divinitùs factorum curruum.

Θεόθεν, adv. *divinitùs, a deo.*

Θεόμοιρος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*. *a deo attributus, a deo portionem nactus.* ὦ θεόμοιρε, O divinitùs sortem adepte,

Py. 5. 6. i. e. ἐκ θεοῦ ἔχων ταύτην τὴν μοῖραν, ἐκ θεῶν εἰληφὼς τὴν βασιλείαν. θεόμοιρον γέρας γάμου, a deo præbitum honorarium nuptiarum, Ist. 8. 85, de Peleo.

Θεόπομπος, ου, ὁ, ἡ. *a deo missus, divinitùs datus comes.* θεόπομποι τιμαὶ, a deo missi et dati honores, Py. 4. 123.

Θεοπρεπὴς, έος, ὁ, ἡ. *inter deos eminens. deo conveniens.* θεοπρεπὲς δῶμα Ἥρας, Ne. 10. 3, i. e. templum ejus Argis.

Θεοπροπέω, fut. ήσω. *sum vates, fata prædico, Dei voluntatem interpretor.* θεοπροπέων, i. e. μαντευόμενος, Py. 4. 339.

Θέορτος, ου, ὁ, ἡ. *a deo surgere factus, a deo excitatus,* θεόπεμπτος, θεοκίνητος.

Θεόδοτος, ου, ὁ, ἡ. *a deo datus.* θεοδότων ἔργων, Ist. 5. 29, divinitùs datorum operum. Nam omnia benè facta deo auctore et adjutore fiunt, judice vel Pindaro.

Θεὸς, οῦ, ὁ. Deus. θεὸς ἀγάλλων (τιμῶν) αὐτὸν, Ol. 1. 139. μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι, Ol. 5. 57, nam satis felix jam est. αἶσαν παρέχοι, sortem præbeat, Ol. 6. 173. σάφα εἴπας, locutus, Ol. 8. 61. θεός τις Ἱέρωνι ὀρθωτὴρ πέλοι, restitutor valetudinis adsit, Py. 1. 109. τέκμαρ ἀνύεται, exitum perficit, Py. 2. 89, i. e. quæ proponit sibi Deus facienda, ea et perficit: et deinde, 91, sqq. sequuntur plura de majestate divinâ. πρόφρων τελεῖ δύνασιν, propitius perficit ei virtutem, Py. 5. 158, et deinde sequuntur preces pro futuro. εἰ μὴ θεὸς ἡγεμόνεσσι κυβερνητὴρ γένηται, Py. 4. 488, et sermo est de rectoribus civitatum. ἥρως θεὸς, i. e. Hercules, Ne. 3. 38. ὧν θεὸς αὔξει λόγον, quorum auget famam, Ne. 7. 47. et 131, εἰ δὲ αὐτὸ καὶ θεὸς ἂν ἔχοι, si id præstet. παρέτρεψεν ἄμμι, Ist. 8. 22, avertit a nobis. θεοῦ μοῖρα, Ol. 2. 37, distributio divina. ἄνευ θεοῦ, sine Deo quod fit, Ol. 9. 156. θεοῦ σὺν παλάμῃ, cum Dei auxilio, Ol. 10. 25. ἐκ θεοῦ ἀνὴρ σοφαῖς πραπίδεσσι, Ol. 11. 10, a Deo datur homini sapientia. φέρουσα σπέρμα, Py. 3. 27, de Coronide, prægnante ex Apolline. ἀνὰ νάπος, Py. 5. 51, per campum Apollinis. σὺν θεοῦ τύχῃ, Ne. 6. 41, divino favore. θεοῦ παρὰ δόμον, Ne. 7. 67, juxta templum. ἐν θεῷ γε μὰν τέλος, Ol. 13. 147, in Deo est eventus. θεῷ, εἰδομένῳ ἀνέρι, δέξατο, ubi deest præpositio, παρὰ θεῷ, a deo, sub formâ humanâ apparente, accepit, Py. 4. 37. et 413, θεῷ πίσυνος, fretus Deo. ῥέζοντας θεῷ, Apollini, Py. 10. 52. ἐς θεὸν, i. e. Delphos, Ol. 7. 57. ἁγνὸν θεὸν, i. e. Solem, qui ἁγνὰ ποιεῖ ἀκτῖσιν, Ol. 7. 109. παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν, omni rei Deum auctorem præpone, Py. 5. 33. δαίσαντο παρὰ τοῖς, dii epulati sunt apud hos, Py. 3. 165. pugnantes cum gigantibus, Ne. 1. 100. Sunt in nuptiis Pelei et Thetidis, Ne. 4. 107, sqq. θεῶν τιμίοις, ubi deest præpositio ἀπὸ θεῶν, Ol. 2. 117. κήρυκα, Mercurium, Ol. 6. 131. ὅρκον μέγαν, Stygem, Ol. 7. 119. παλάμαις, auxiliis, Py. 1. 94. ἐφετμαῖς, mandatis, Py. 2. 39. τὸν μάλιστα θεῶν, Py. 6. 23—25, nam Pindaro, sicut Homero, unus summus verique nominis Deus est. ἀρεταῖς, qualitatibus bonis a diis datis, Ne. 1. 11. θεῶν παῖδες ἄτρωτοι, i. e. dii ipsi invulnerabiles, Ist. 3. 31. ἕκητι, Ist. 4. 1, propitiis diis. σὺν θεοῖς, Ol. 8. 18, i. e. τῶν θεῶν βουλομένων. θεόθεν, i. e. παρὰ θεοῦ, a deo, divinitùs, Ol. 12. 12.

Θεόσδοτος, ου, ὁ, ἡ. idem ac θεόδοτος, σ insert. ob met. θεόσδοτον

δύναμιν, Py. 5. 16, divinitùs datam potentiam.

Θεότιμος, ου, ὁ, ἡ. *divinitùs honoratus, et in pretio habitus.*

Θεοφιλὴς, έος, ὁ, ἡ. *a deo amatus.* *θεοφιλῆ πόλιν*, Ist. 6. 96, Æginam urbem, insulæ cognominem.

Θεόφρων, ονος, ὁ, ἡ. *divina sapiens.* *θεόφρονα κοῦρον*, Ol. 6. 70, quia hic puer futurus erat grandis vates; *τὸν γινώσκοντα* ("Ιαμον) *πάντα ὥσπερ θεοί.*

Θεραπεύω, fut. *εύσω.* *sum minister, et adjutor, et cultor, et curator.* *μὴ θεράπευε κάδεα*, ne fove curas acerbas, Ist. 8. 16; ubi per apostrophen ipse se alloquitur. *θεράπευσαν τὸν*, Ne. 8. 45, faverunt et inservierunt ei. *αὐτὸν κατ' ἐμὰν θεραπεύων μαχανὰν*, pro viribus meis colens eum, Py. 3. 194.

Θεράπων, όντος, ὁ. *administer, fovens et studiosè curans res amici sui majoris.* *θεράπων δέ οἱ οὐ δράστης ὀπαδεῖ*, Py. 4. 510, i. e. iste heros sequitur opportunitatem non ut fugitivus cultor illius. *θεράποντα Ἀπόλλωνος*, Ol. 3. 29, cultorem Apollinis. *θεραπόντεσσι λυσιπόνοις*, Py. 4. 72, ministris, sublevantibus principes suos in laboribus obeundis. per appositionem positum est, Ol. 13. 3, *θεράποντα ξένοις οἶκον*, ministrantem hospitibus domum, i. e. *οἶκον φιλόξενον.*

Θέρειος, α, ον. *æstivus.* *θερείαις*, sc. *ὥραις*, æstivo tempore, Ist. 2. 61, quando calebat maximè, conferebat se ad Colchos frigidiores et septentrionales; sicut hiemali tempore Ægyptum petebat. Et id ibi allegoricè dictum de viro maximè hospitali, qui fovet algentes, refrigerat æstuantes, et omnibus se benignum exhibet.

Θερινὸς, ἡ, όν. *æstivus*; it. *fervidus, calidus valdè.* *θερινῷ πυρὶ*, per calorem æstivum, Py. 3. 87.

Θερμαίνω, fut. *ανῶ.* *calefacio.* *θερμαίνει φιλότητι νόον*, calefacit amore animum, et accendit, Ol. 10. 105.

Θερμὸς, ἡ, όν. *calidus.* *θερμῷ ἐν χροί*, Ne. 8. 49, in vivo corpore. *θερμᾶν*, (gen. plur. Dor.) *νόσων*, Py. 3. 117, calidorum morborum. et conf. *νόσος.*

Θέρσανδρος, ου, ὁ. Filius *τοῦ Πολυνείκεος*, nepos Œdipodis: mater ejus *ἡ Ἀργεία*, filia Adrasti: ultus est mortem patris sui, expeditione adversus Thebas susceptâ cum Diomede, Ol. 2. 76—81.

Θέσις, έως, ἡ. *positio.* *ἐπέων θέσιν*, verborum structuram, Ol. 3. 14, carminum.

Θεσπέσιος, α, ον. *divinus.* *θεσπέσιον Φόρκου γένος*, Py. 12. 23, i. e. Medusam monstrosam, et a deo narrandam. *θεσπεσίων ἐπέων ῥαβδὸν*, Ist. 4. 67, i. e. versus heroïcos divinos Homeri. *θεσπεσίαις ὑπὸ εὐχαῖς*, Ist. 6. 64, per sacras et divinas preces.

Θέσφατος, ου, ὁ, ἡ. *a Deo dictus et constitutus, ejusque fato datus.* *θέσφατον ἦν*, Py. 4. 126, i. e. *μεμοιραμένον*, fato constitutum. *ἐπεὶ θεσφάτων ἤκουσαν*, Ist. 8. 67, postquam oracula audierant.

Θετὸς, ἡ, όν. *positus*; *factus.* *θετὸν υἱὸν*, filium suppositum, Ol. 9. 93: quod poëta ex se addit; nam pater aliter putabat.

Θεύμορος, ου, ὁ, ἡ. *a deo partem suam habens.* *θεύμοροι ἀοιδαί*, hymni divinorum participes, Ol. 3. 18, quia victoriam a diis datam celebrant.

Θέω, fut. *θήσω* et *θέσω.* *pono, facio,*

efficio. θήσω φανερὰ ἀθρόα παῦρα ἔπει, faciam multa manifesta sermone pauco, Ol. 13. 138. ὑπέρτερον θήσομαι, præferam, Ist. 1. 3. θήσοντί μιν ἀθάνατον, Py. 9. 110, facient eum immortalem. Et quod futurum quoque sit θέσω, monstrat locus, Ne. 5. 18, θέσσαντο πόλιν, pro ἐθέσαντο, fundaverunt, condiderunt urbem, a. 1. m.

Θῆλυς, εια, υ. et Atticè Ionicèque, ὁ ἡ θῆλυς. *fœmineus.* θήλειαν ἔλαφον, Ol. 3. 52, cervam.

Θὴρ, ἦρος, ὁ. *fera.* a θέω, *curro.* θηρὸς δέρμα, exuvium leonis, Ist. 6. 70. θηρῶν οὐκ ἀγνῶτα χώραν, Py. 9. 103, i. e. πολύθηρον, non nesciam ferarum regionem. ἐριβρεμετᾶν, valdè rugientium, Ist. 4. 78, leonum. θῆρας φόβῳ ἔδωκε, feras metui tradidit, Py. 5. 81, fecit ut metuerent. ἀγροίους κεραΐζε, Py. 9. 39, conficiebat feras. ἀϊδροδίκας, Ne. 1. 96, bestias juris ignaras, belluas immanes, ubi et homines immanes subintelliguntur. ἐν πελάγει, Ne. 3. 41, belluas in mari; et ibi de balænâ, Troïbus perniciosâ, sermo est. conf. Ne. 1. 96. Ut ergo θὴρ et *marinam belluam* notare possit.

Θήρα, ας, ἡ. insula inter Cretam et Libyam, antea dicta ἡ Καλλίστη, sed postquam nobilis Laco, ὁ Θήρας, ου, coloniam eò deduxit, ex nomine ejus est appellata. Sacra Neptuno et Minervæ. Argonautæ in errore suo ad eam insulam venerunt, et Medea ibi est vaticinata: hinc τὸ Θήραιον ἔπος, Py. 4. 17, est τὸ ἐν Θήρᾳ εἰρημένον, καὶ περὶ Θήρας λεχθὲν, a Medeâ.

Θηρεύω, fut. εύσω. *venor.* Metaphoricè hoc verbo utitur Pindarus: θήρευσεν αὐτὸν βέλος, Py. 4. 161, jaculum adsecutum est eum, i. e. ἀνεῖλεν, interfecit. θηρεύων ματαμώνια, Py. 3. 40, venans vana. χρὴ θηρεύειν μέτρον κερδέων, Ne. 11. 62, modum certum lucrorum oportet venari.

Θησαυρὸς, οῦ, ὁ. *thesaurus, repositæ opes.* a θέω, pono, et αὔριον, cras.

Θίγω, fut. ξω. *accedo manu, consequor manu.* ἐν ἀέθλοις θίγον (ἔθιγον) πλείστων ἀγώνων, cum præmiis attigerunt plura certamina, Ist. 1. 26, i. e. in certaminibus plurima consecuti sunt præmia. Et regit hoc verbum genitivum rei. θίγοισα Αἰακιδᾶν, (Dor. pro θίγουσα,) Py. 8. 33, attingens Æacidas, sc. virtutibus: per æmulationem tenens virtutes majorum, et ad eas propè accedens. ἡσυχίᾳ θιγέμεν (θίγειν) φόρμιγγος, quiete contrectare citharam, Py. 4. 528. νουμηνίᾳ θιγέμεν, Ne. 4. 57, contingendi novilunium, ubi dativus rei est. ὃν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν (infin. a. 2.) Py. 9. 75, qui non solet mentiri, qui non solet mendacium capessere: ubi quoque est dativus: nisi malis ψεύδει in ablativo intelligere; cui non fas et mos est palpari mendacio. sic suprà, ex Py. 8, aderat ablativus ἀρεταῖς, per virtutes. est ergo θίγω, *tango*, manu propriè.

Θνάσκω, Dor. pro θνήσκω, fut. ήξω. et Atticè θνήσω. *morior.* ὑπὸ χαρμάτων θνάσκει πῆμα, Ol. 2. 36, passio moritur a gaudiis, ἀφανίζεται, νικᾶται ὑπὸ τῆς χαρᾶς, ἐκπίπτει τῆς μνήμης. πλοῦτος, λαχὼν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον, θνάσκοντι στυγερώτατος, Ol. 10. 108, divitiæ quas nanciscitur dominus alienus, non verò naturalis hæres, morienti valdè odiosæ fiunt. κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν θνασκόντων, Ol. 9. 54, i.e. in sepulchrum. τεθνηκότων βοαθόων, Ne. 7. 47, post mortem auxiliantium. οὔπω τεθναότα, Ne. 10. 139, nondum mortuum. θάνεν, moriebatur, Py. 11. 47. θανεῖν οἷς

ἀνάγκη, i. e. homines, Ol. 1. 131, et ibi docetur quid mortalibus sit agendum in primis. θανέμεν (pro θανεῖν fut. 2. inf.) ἐξ Αἰολιδᾶν, moriturum eum esse a manu eorum, Py. 4. 127. et 157, φασὶ, θανεῖν (inf. a. 2.) αὐτοὺς, dicunt, periisse eos morte violentâ. sic et 127, de morte non naturali. κεῖται θανὼν, sepultus est, Py. 5. 126. ὡς θανὼν παισὶ κλέος προσάψω, Ne. 8. 61, ut post mortem meam liberis famam bonam adjungam. θανόντα ἐν πολέμῳ, mortuum in prælio, Ist. 8. 80. et 124, οὐδὲ θανόντα ἀοιδαὶ ἐλίποντο, nec mortuum carmina destituerunt. θανόντων ἀπάλαμνοι φρένες ποινὰς ἔτισαν ἐνθάδε, Ol. 2. 104, mortuorum mentes duræ pœnas luere debent ibi, apud inferos. ἔστι δὲ καί τι θανόντεσσι μέρος κἀννόμον (i. e. κατὰ νόμον) ἐρδομένων, Ol. 8. 102, est enim et mortuis aliqua pars de rectè factis suis; fruuntur mortui quoque suis rectè factis.

Θνατὸς, Dor. pro θνητὸς, ἡ, όν. *mortalis.* θνατὸς ἀνὴρ οὔπω πρότερον ἀντεβόλησε τῶν, Ol. 13. 44, mortalis nunquam ante consecutus est hæc. εἴ τινα ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ ἐτίμησαν, ἦν Τάνταλος, Ol. 1. 86, si quem hominem dii in pretio et carum habuerunt, Tantalus is erat. οὐ ἔστι πόρσω σκοπιᾶς ἄλλης ἐφάψασθαι θνατὸν, Ne. 9. 112, non licet ulterius scopum alium attingere mortali, quàm divitias et honorem. θνατὸν σπέρμα, Ne. 10. 152, filius e mortali genitus. θνατὸν σθένος ἄγει Μοῖρα, Ne. 11. 54, fatum regit mortale robur. πέρι θνατῶν ἔσεσθαι, Ol. 6. 84, superaturum mortales. εἰ δέ τις θνατῶν νόῳ ἔχει ἀληθείας ὁδὸν, Py. 3. 184, i. e. εἴ τις ὀρθῶς λογίζεται καὶ φρόνιμός ἐστι. θνατῶν φρένες ὠκύτεραι, Py. 4. 247, celeriores eorum inclinationes sunt. λόγοις, Py. 6. 16, sermonibus hominum. φθονεραὶ, invidæ sunt, Ist. 2. 64. χάρις ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς, Ol. 1. 49, Gratia (dea illa) facit omnia suavia mortalibus, ἐπιφέρουσα τιμὴν, addens pretium omnibus dictis et factis. ἔπεμιξε θνατοῖς αἷμα ἐμφύλιον πρῶτος, Py. 2. 59, miscuit inter homines, admiscuit generi humano; i. e. primus homicida fuit Ixion. εὑροῦσα τὸ, θνατοῖς ἀνδράσιν ἔχειν, Py. 12. 40, cum invenisset hoc, ut homines id haberent. χρὴ μαστεύειν παρὰ δαιμόνων τὰ ἐοικότα θναταῖς φρεσὶ, Py. 3. 107, oportet quærere a diis convenientia mortalibus. μεμνήσθω θνατὰ περιστέλλων μέλη, καὶ τελευτὴν ἁπάντων γῆν ἐπιεσσόμενος, Ne. 11. 20, sit memor, quòd sit indutus membris mortalibus, et quòd in fine induturus sit terram; et hæc cogitatio debet esse diviti, forti, formoso, &c. ne efferat se. coll. 16.

Θοὸς, ά, όν. *celer.* θοᾶς ναὸς, Doricè pro θοῆς νηὸς, Ol. 6. 171. θοὰν γλῶσσαν, Ne. 7. 106, celerem linguam. ἀκτῖνα, radium, Py. 11. 72. ἐν μάχαις, Py. 8. 37, in acribus pugnis, ὀξείαις. Nam Mars θοὸς potest et esse, *acutus, secans, penetrans celeriter.*

Θορέω, fut. θορήσω. *salio cum impetu.* θορὼν, cursu adsiliens, Py. 9. 212.

Θόρυβος, ου, ὁ. *tumultus clamosus.* a θρέω et βοή.

Θρασεομάχης, ου, ὁ, ἡ. *animosè pugnans.* θρασεομαχᾶν λεόντων, Ne. 4. 102. et terminatio hæc genitivi pluralis est Dorica.

Θράσος, εος, τὸ. id. quod θάρσος, *fiducia, animus præsens et fortis.* θράσος πολέμων, fortitudo et animositas in bellis, Py. 2. 116, in bono sensu. et 153, οὐ οἱ μετέχω θράσεος, non particeps ei esse volo audaciæ;

ubi *nimiam* notat *animositatem*. θάρσος τι, sc. κατὰ, Py. 5. 148, i. e. ἀνδρείαν, in sensu bono.

Θράσσω, *frango*. ὁ ἀθανάτων φθόνος μὴ θρασσέτω, Ist. 7. 56, immortalium invidia ne frangat et lædat me.

Θρασύγυιος, ου, ὁ, ἡ. *audaci et robusto corpore præditus*. νίκην θρασύγυιον, Py. 8. 52, ad quam adipiscendam requiritur corpus audens quasi.

Θρασυμάχανος, Dor. pro θρασυμήχανος, ου, ὁ, ἡ. *promptus et fortis in consiliis*. Ἡρακλῆς, Ol. 6. 114, Hercules, ὁ γενναῖα μηχανώμενος.

Θρασυμήδης, εος, ὁ, ἡ. *animosa consilia habens*. semper in bono sensu ponitur epitheton.

Θρασύμυθος, ου, ὁ, ἡ. *audacter loquens et sentiens*. ὕβριν θρασύμυθον, Ol. 13. 13, i.e. θρασεῖαν, καὶ τῶν θρασέων λόγων μητέρα: superbam.

Θρασύπονος, ου, ὁ, ἡ. *audacter laborans, in laboribus audax*. ἀκμαὶ ἰσχύος θρασύπονοι, vigores roboris audacter laborantes, Ol. 1. 156, αἱ γενναίως πρὸς τοὺς πόνους χωροῦσαι.

Θρασὺς, εῖα, ύ. *animosus, fidens*. θρασεῖ σθένει, robore audaci, Ne. 5. 73, in sensu optimo. θρασὺν παῖδα, Ist. 6. 65, filium animosum. θρασύ μοι τόδε εἰπεῖν, Ne. 7. 74, i.e. audacter et sine metu oppositi hoc dicere possem. θρασέων ἔργων, Ne. 10. 5, ob facinora animosa et fortia. θρασεῖαι κύνες, Ist. 1. 15, feroces et animosæ canes, audacter invadentes. θρασειᾶν Γοργόνων, Py. 12. 13, audacium.

Θρῆνος, ου, ὁ. *luctus, lamentatio*; propriè, quæ fit cum multo clamore. θρῆνον οὔλιον, Py. 12. 14, tristem lamentationem, ob interfectam Medusam. εὔφημον, Ist. 8. 128, lamentationem memorabilem, ἔχεαν, fuderunt.

Θρόνος, ου, ὁ. *sedes, sella*. et quidem, honoratior. θρόνος τῆς μοναρχίας, sc. ποιεῖ μὲ, Py. 4. 271.

Θρόος, ου, ὁ. *clamor confusus multorum*. θρόον πολύφατον ὕμνων, Ne. 7. 119, celebrem sonum hymnorum a multis unà canendorum.

Θυγάτηρ, ερος, et ρος, ἡ. *filia*. θυγάτηρ Λατοῦς, Ol. 3. 47, i. e. Diana. γάμον ἀναβάλλεται θυγατρὸς, Ol. 1. 129, differt. Ἑρμοῦ, τῆς Ἀγγελίας, Ol. 8. 106, ubi Nuntiatio fingitur nata Mercurii. Λευκίππου, albos equos habentis, Ol. 6. 161, i. e. Proserpinæ: nam sex menses est apud Superos in cœlo, et eò proficiscitur curru albis equis juncto; alteros sex est apud Plutonem et Inferos. Cæterùm Proserpina est *status corruptionis:* ex eo nascuntur alia mensibus æstivis, quando Sol puriùs splendet. θυγατρὶ Κρόνου, Py. 2. 71, i. e. Junoni, cui similis erat ἡ νεφέλη, quam amplexabatur Ixion. θύγατρα ἀγλαόκαρπον, Ne. 3. 98, pulchra brachia habentem. ἄρχε κρέοντι οὐρανοῦ ὕμνον, θύγατερ, sc. τοῦ κρέοντος, Ne. 3. 17, filia regis cœli, O Musa, incipe hymnum huic regi.

Θυμὸς, ου, ὁ. *anima, animus*. θυμῷ καμόντες πολλὰ, curâ et ingenio, animo, Ol. 2. 15. ἐν, Ol. 6. 61, i.e. κατὰ ψυχήν. μαιομένων θυμῷ, quærentium animo, Ol. 8. 8. φίλτρον ἐν θυμῷ, Py. 3. 113, incitamentum in animo. πυκινῷ, i. e. συνετῷ, Py. 4. 130. et 171, κλέπτων δεῖμα, occultans animo timorem. et 322, γελανεῖ θυμῷ, i. e. ψυχῇ προσηνεστάτῃ. θυμῷ (σὺν) παντὶ, Py. 9. 170, toto cum animo. Sic et Ne. 5. 57. θυμὸν ἰάναιεν πατρὶ, animum exhilararent, Ol. 7. 78. ἰνδέσθαι πρὸς

θὸν, Py. 4. 525, tradere animum hilaritati. πάντα αὔξων ἁρμένοις, Ne. 3. 100, aptis augens animum. θο-νεῖν, Ne. 6. 97, turbare. σύμπειρον ἀγωνίᾳ, Ne. 7. 15, experientem in certamine, vel, confinem. αἰσχυν-θῶμεν, Ne. 9. 63; coll. 87. θυμὲ, anime mi, Ol. 2. 161.

Θύνω, fut. υνῶ. *ruo cum impetu.* θύνει ἐπὶ ἄλλον λόγον, Py. 10. 84, ad alium festinat sermonem.

Θύρα, ας, ἡ. *janua, ostium.* a θύω, *irruo.* θύραι ξείνων, Ne. 9. 5, i. e. αἱ τῆς φιλοξενίας.

Θύρετρον, ου, τό. idem. ἐν θυ-ρέτροις σταθεὶς, Ist. 7. 9, in januis stans.

Θύσανος, ου, ὁ. *cirrus, villus dependens.* κῶας χρυσέῳ θυσάνῳ, vellus aureo villo, Py. 4. 411; ubi singularis est collectivè pro plurali, et sermo est de aureo vellere. a θύω, *moveor*, διὰ τὸ εὐκίνητον καὶ εὐσάλευτον.

Θυσία, ας, ἡ. *sacrificium* quodvis. σεμνὴν θυσίαν θέμενοι, venerandum sacrificium facientes, Ol. 7. 77. λιταῖς θυσίαις, Ol. 6. 132, supplicibus sacrificiis. δέχοντα θυσίαις αὐτοὺς, Py. 5. 115, ubi est casus sextus.

Θύω, *furo, feror cum impetu.* θύοι-σαν μένει, concitatè latam ardore mentis, Py. 3. 58. θύω etiam est, *libo, vinum in aram aut in terram effundo rei sacræ causâ:* hinc est quoque, *vota diis facio:* denique est, *sacrifico.*

I.

Ἰαίνω, fut. ανῶ. *calefacio.* et metaphoricè, *exhilaro.* ἰαίνει καρδίαν, Py. 1. 20, i. e. διαχέει θυμὸν, delectat, exhilarat, cor suum. νοῦν, Py. 2. 166, oblectat et sanat mentem. ἰάνασιν, pro ἰήνασιν, θυμὸν πατρὶ, Ol. 7. 78, exhilararent animum patri. ἰανθεὶς ἀοιδαῖς, Ol. 2. 26, i. e. ἡσθεὶς ταύταις τοῖς ὕμνοις, τερφθείς.

Ἰάομαι, fut. άσομαι, et ήσομαι. *medeor, sano.*

Ἰατὴρ, ῆρος, ὁ. *medicus.* ἰατὴρ ἐσσὶ, Py. 4. 480, medicus es huic malo quod in mente habeo. ἰατῆρά μιν, Py. 3. 115, ubi propriè, et de medente morbis corporis.

Ἰατὸς, ὴ, όν. *sanabilis.* ἰατὰ ἐστι βροτοῖς καὶ τὰ, Ist. 8. 30, sanabilia sunt mortalibus et ista: possunt horum oblivisci.

Ἰατρὸς, οῦ, ὁ. *medicus.* ἰατρὸς ἄρισ-τος πόνων ἡ εὐφροσύνη, Ne. 4. 3, medicus optimus laborum est lætitia.

Ἰαχὴ, ῆς, ἡ. *clamor.* ἰαχὰν ὑμέ-ναιον, de cantu læto nuptiali, Py. 3. 29.

Ἰαωλκὸς, οῦ, ἡ. urbs Thessaliæ. scribitur et Ἰωλκὸς, et Ἰαολκός. nomen habet a conditore suo Ἰαωλκῷ, υἱῷ Ἀμύρου, a quo et Ἀμυρικὸν πεδίον prope Larissam nomen habuit. Ἰαωλκὸν λατρείαν, Ne. 4. 89, urbem servientem.

Ἰδέα, ας, ἡ. *aspectus, vultus.* ἰδέᾳ καλὸν, pulchrum aspectu, Ol. 10. 122.

Ἴδιος, α, ον. *proprius; privatus; quod unius est*, nam est ab ἴος, *unus*. ἐγὼ ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς, Ol. 13. 69, ego privatus in causâ publicâ legatus a Musis. ἰδίᾳ τι, sc. προαιρέ-σει καὶ γνώμῃ, Ne. 3. 42. ἴδια ἐπι-κώμια, Ne. 6. 55, propria laudabilia.

Ἴδρις, ιος, ὁ, ἡ. *peritus, probè sciens.* ἴδριν καλῶν, Ol. 1. 167. i. e. ἐπιστήμονα, ἔμπειρον.

Ἱέρεια, ας, ἡ. *sacerdos fœmina.* ἱέρεα pro ἱέρεια, Py. 4. 9, ubi est sacerdos Pythica.

Ἱερεὺς, έως, ὁ. *sacerdos.* ἱερέα κτίλον, Py. 2. 31, sacerdotem principem et familiarem.

Ἱερομηνία, ας, ἡ. *solemnitas sacra in mense aliquo instituenda.*

Ἱερὸς, ὰ, όν. *sacer, sacratus.* item *magnus, venerandus.* ἱερὸν ἄωτον εὐζωΐας, Py. 4. 233, sacrum hilaris vitæ florem. ἱερὸν οἴκημα ποταμοῦ, Ol. 2. 16, sc. τοῦ Ἀκράγαντος, a quo fluvio urbs adjacens nova est dicta: et h. l. urbs ipsa sic circumscribitur, ἐπὶ ποταμοῦ οἴκημα. ἱερᾷ γενεᾷ, Py. 10. 65, sacræ genti. ἱερὰν ἔγραψε, Ol. 3. 54, inscripsit sacram, sc. hanc cervam dedicans. ἱερὰν νᾶσον, sc. Θήραν, Py. 4. 11. et 78, Ταίναρον. ἱερῶν φιλοτήτων, Py. 9. 70, sacrorum amorum. ἀγώνων, Ne. 2. 5, nam erant omnes hi ἀγῶνες diis sacri: ἱερᾶν verò h. l. est Doricè etiam in masculino, pro ἱερῶν. ἱεροῖς ἀπύροις, sacrificiis non ignitis, Ol. 7. 88. ἐν ἀέθλοις, Ol. 13. 20, i. e. θείοις. κλήροις, Py. 4. 339, sortibus sacris. ἱερὸς est ab adverbio ἰὴ, quod in hymnis et precibus, maximè ad Apollinem, acclamari solebat.

Ἱέω, et ἵημι. *mitto, ire facio.* οἷά τε χερσὶν ἵεν, Ist. 1. 34, qualiter manibus jaculati sunt! θαυμαστικῶς dictum. ἱεὶς κόμπον, Ne. 8. 83, laudationem immittens. ἀπὸ τόξου ἱεῖσα, arcu jaculans, Ne. 6. 47. ἵεντα με ῥόμβον ἀκόντων, Ol. 13. 133, mittentem me turbinem jaculorum. ἵεντες οἰστοὺς, Ol. 2. 164, πέμποντες. Medium ἵεμαι, *mitto ipse me, cupio, impellor.* ἱέμενοι εἰς κίνδυνον, Py. 4. 368, i. e. προθυμίαν καὶ σπουδὴν ἔχοντες.

Ἱκάνω, id. quod ἵκω, per paragogen. *venio, accedo suppliciter, deprehendo.*

Ἴκελος, η, ον. *similis, par.* ἴκελοι ὀργαῖς (moribus, appetitibus,) ἀλωπέκων, Py. 2. 141, et relinquatur ibi in ambiguo, an ὀργαῖς sit dativus, more Homerico, ad ἴκελοι, an verò sit ablativus, et genitivus pertineat ad ἴκελοι.

Ἱκέτας, Dor. pro ἱκέτης, ου, ὁ. notat et *eum qui supplex venit ad aliquem,* et *eum ad quem venitur.* ἱκέτας σοῦ ἔρχομαι, Ol. 5. 44, i. e. ἱκετεύω σέ.

Ἵκω, fut. ἵξω. *vado, venio, adsequor:* imò et, *sum.* εἰ δὲ τὸν ἵκεις ὥστε ἀείδειν, si hunc venis ut canas, Ne. 5. 91. ἱκὼν τοῦ παρὰ σταθμῶν, veniens ab ædibus illius, Ol. 5. 20. ἱκὼν χρόνῳ, rediens post longum tempus, Py. 11. 47. *media* forma hujus verbi frequentissima est. ἵκεο βήσσαν τήνδε, Py. 9. 89, veniebas in hanc vallem. χρόνῳ, tandem, Py. 4. 139. ἐς γενεὰν Διὸς, Ne. 10. 25, venit in adfinitatem Jovis. ἵκοντο πέτραν, Ol. 6. 109, venerunt ad petram. Θήρανδε, ad urbem Theram, Py. 5. 100. ἵκεο Αἴγιναν, i.e. in eam insulam, Ne. 3. 5. ἱκομένους ἐς ἑστίαν, Ol. 1. 16, i.e. παραγινομένους εἰς οἶκον, et pendet hic accusativus ab infinitivo κελαδεῖν, celebrare.

Ἵλαος, ου, ὁ, ἡ. *propitius.* ἵλαος, de Numine, clementer adspiciente et præsente, Ol. 3. 62, et Py. 12. 7, ubi fœmininum est, de Deâ. ab ἰλάω, quod a λάω, i. e. βλέπω, ut ἵλαος notet, πρόθυμον ἐποπτεύειν τοὺς δεομένους, *promptum adspicere clementer indigos precantes.*

Ἴλη, ης, ἡ. *agmen militum;* in specie, *turma equitum;* in genere, *ordo stantium et pugnantium, aut aliàs congregatorum.* ἔνθα εὔφρονες ἶλαι σὺν καλλίκρῳ βοᾷ θεὸν δέκονται, Ne. 5. 70, ubi hilares turmæ (i.e. συστροφαὶ καὶ τάξεις τῶν νέων ἐν τῷ χορῷ γινόμεναι, conversiones saltantium juvenum et canentium) cum fistulæ sono deum excipiunt et salutant.

Ἱμὰς, άντος, ὁ. *lorum.*

Ἵμερος, ου, ὁ. *desiderium, appetitus rei adamatæ.* ἱμέρῳ δαμείς, Ol. 1. 65, i. e. ἔρωτι.

Ἱμερτὸς, ἡ, όν. *desideratus, adamandus.* ἱμερτὸν ἐς λέχος, Py. 3. 177, in cubile amabile Nymphæ, venit Jupiter.

Ἵνα, conj. *ut.* adv. *ubi, quò.* Ne. 4. 142, est, sicut, prout, quemadmodum. ἵνα, τοπικῶς pro ἔνθα, Ol. 1. 154. 8, 3. 9, 64. Py. 4. 182. 9, 99, 124. Ne. 3. 22. 7, 61. Ist. 2, 42.

Ἰοβόστρυχος, ου, ὁ, ἡ. *nigricante crispo capillitio prœditus.* et quia talis capillus ab antiquis pro pulchro habebatur, hinc, ab hâc parte, *pulchritudo* designatur a poëtâ. ἰοβόστρυχον παῖδα, Ol. 6. 50, τὴν Εὐάδνην τὴν καλήν.

Ἰόλαος, et Ἰόλας, ου, ὁ. nepos Amphitryonis, nobilis Thebanus, ad cujus sepulchrum Thebis solebat ἀγὼν celebrari. Py. 11. 92, dicitur Ἰφικλείδης, nam pater ejus fuit Iphicles, frater Herculis.

Ἴον, ου, τὸ. *violæ* species. ἴων ἀκτῖσι, violarum radiis, Ol. 6. 91.

Ἰοπλόκαμος, ου, ὁ, ἡ. *nigricante capillitio formosus.*

Ἰὸς, οῦ, ὁ. *sagitta.* ab ἵω, mitto; hinc et *id, quod certa animalia ejaculantur,* sive venenum sit id, sive salubre quid, vocatur ἰός. ἀμεμφεῖ ἰῷ μελισσᾶν, Ol. 6. 79, i. e. μέλιτι.

Ἰοχέαιρα, ας, ἡ. epitheton Dianæ, *fundentis quasi sagittas,* ut sit ἡ χέουσα ἰοὺς, κατά τινα ὄμβρον ἢ νιφετόν. Terminatio verò est poëtica, ut simul notio τοῦ, χαίρουσα ἰοῖς, adhærere videatur; sicut epitheta poëtica solent plures notiones artificiosè innuere. Prior tamen notio est aptior, maximè si cogites, repentinas mortes fœminarum ad Dianam referri solitas, sicut virorum ad Apollinem.

Ἶπος, ου, ὁ, ἡ. est propriè ἡ μυάγρα, lapsu suo opprimens murem: *eine mäusefalle.* in specie autem, *onus illud in muscipulâ, quo mus opprimitur,* ὁ πιεσμός. deinde metaphoricè, et in genere, est *onus quo quis premitur et coërcetur cum suâ molestiâ.* Sic Ætnam, Typhœo injectam, Pindarus vocat ἶπον ἀνεμόεσσαν, altam, Ol. 4. 11. ab ἵπτω, *lædo.*

Ἱππαιχμος, ου, ὁ, ἡ. *ex equo vel curru militari pugnans hastâ.* sed Ne. 1. 25, ὁ ἵππαιχμος λαὸς possit esse, exercitus ex equitibus et peditibus compositus; quia ἡ αἰχμὴ peditis videri possit: possit tamen de equitibus solis rectiùs intelligi.

Ἵππαρχος, ου, ὁ. *equorum rector,* ἱππικός.

Ἵππειος, η, ον. *equinus, equester.* ἵππειον φίλτρον, i. e. ὁ χαλινὸς, Ol. 13. 93.

Ἱππευτὴς, ου, ὁ. *equestris rei studiosus.* ἱππευτᾶν (Doricâ terminatione genitivi,) Νομάδων, Py. 9. 217.

Ἱππικὸς, ἡ, όν. *equester.* ἱππικῷ νόμῳ, Ol. 1. 163, i. e. νενικηκότα κατὰ νόμους, ἐν νόμῳ ἱππείῳ. nam cursu certari poterat, non modò propriis pedibus, sed et ἱππικῶς, ἐν κέλητι, ἢ δίφρῳ.

Ἵππιος, α, ον. idem. ἵππιον Ἄργος, Ist. 7. 17, equis pascendis aptum. ἱππίαν ἔσοδον, Py. 6. 50, nisi ibi legas cum Schmidio, in genere communi, ἵππιον εἰς ἔσοδον, ad incessum equestrem. σθένος, Py. 2. 22, i. e. σθεναροὺς ἵππους.

Ἱππόδαμος, ου, ὁ. *qui equos benè domat et regit.* est epitheton hominum nobilium, qui equis vehebantur in bello.

Ἱπποδρομία, ας, ἡ. *cursus equorum*

Ἱπποδρόμιος, ου, ὁ, ἡ. *ad cursus equorum pertinens.* Ποσειδᾶνα, Neptunum equestrem, Ist. 1. 78.

Ἱππόκροτος, ου, ὁ, ἡ. *qui ab equis pulsatur pedibus.* ἱππόκροτον ὁδὸν, Py. 5. 123, viam quæ ab equis quatitur.

Ἱππολύτη, ης, ἡ. quæ alibi Κρηθηῒς dicitur, uxor Acasti, Hippolyti filia. Hæc cum Peleo adhuc juvene idem tentabat quod cum Josepho uxor Potipharis, eodemque modo eum apud maritum accusavit.

Ἱππόμητις, ιος, ὁ, ἡ. *equos scitè curans, bonus eques.*

Ἵππος, ου, ὁ, ἡ. *equus, equa.* ἵππος ἐκ βελέων δαϊχθεὶς ἐπέδα Νεστόρειον ἅρμα, Py. 6. 32, equus a telis sauciatus remorabatur currum Nestoris; et respicit fortasse rem ab Homero narratam, Il. θ. 80—90. ἀγήνορος ἵππου, generosi, Ol. 9. 35. πτερόεντα, sc. Pegasum, Ol. 13. 122. πῦρ πνεόντων, Ol. 7. 130, equorum Solis. σιδηροχαρμᾶν, Py. 2. 4, ferreis armis gaudentium. ἀελλοπόδων, velocissimorum, Ne. 1. 6. χρυσέαις, auro ornatis, Ol. 1. 66, i. e. ἅρματι χρυσῷ. apud Py. 7. 4, est casus tertius, victoriæ equestri. ἵππος habet nomen ab, ἵπτασθαι ποσὶ, *volare pedibus.*

Ἱπποσόα, Dor. pro ἱπποσόη, ης, ἡ. *equorum agitatrix.* ἱπποσόα θυγάτηρ, Ol. 3. 47, Diana equestris.

Ἱπποσόας, ου, ὁ. *equorum concitator et agitator, vir equester.*

Ἱππότας, Dor. pro ἱππότης, ου, ὁ. *eques, vir nobilis.* ἱππόταις λαοῖς, Py. 4. 272, equestribus populis, i. e. nobilibus.

Ἱπποτροφία, ας, ἡ. *si equi aluntur, et quidem, præstantes.* ἱπποτροφίας κομίζων, Ist. 2. 55, curam habens alturæ equorum.

Ἱπποτρόφος, ου, ὁ, ἡ. *equos alens, equester.* ἱπποτρόφον ἄστυ, Ne. 10. 77, urbs studiosa rei equestris, et quæ multas victorias in certaminibus equestribus reportavit. ἱπποτρόφοι, i. e. viri nobiles et opulenti, Ist. 4. 23, nam honestissimorum hominum solorum erat hæc ἱπποτροφία ad studia equestria vel ludicra, vel bellica.

Ἱπποχάρμης, ου, ὁ. *equestris pugnæ peritus, equestri re gaudens.* ἱπποχάρμην βασιλῆα, Ol. 1. 35, sc. Hieronem Syracusium: et epitheton id vult, non fortè fortunâ vicisse hunc equum, sed doctum fuisse ad id, regemque curare equos suos benè alendos et erudiendos.

Ἲς, ἰνὸς, ἡ. *nervus in corpore.* deinde et, ἡ δύναμις. ἶνας Τροίας ἐκταμὼν, Ist. 8. 113, ubi est metaphoricè: Trojæ nervos exscindens.

Ἴσαμι, Dor. pro ἴσημι, *scio, novi.* ἴσαμεν, scimus, Ne. 7. 21. ἴστε, (pro ἴσατε, per sync.) nôstis, Py. 4. 207. πάντα ἴσαντι (part. præs.) νόῳ, Py. 3. 52, omnia sciente intellectu.

Ἰσοδαίμων, ονος, ὁ, ἡ. *pari felicitate præditus.* ἰσοδαίμονα βασιλεῦσιν, Ne. 4. 136, sorte et dignitate æqualem regibus. ex quo loco apparere videtur, quid δαιμόνιος notet si pro titulo allocutionis adhibetur: *honoratus, reverendus, valdè dignus, præstans sorte aliquâ.*

Ἴσος, η, ον. *æqualis.* ἴσον οὐδὲν τερπνὸν ἐν ἀνθρώποις, Ol. 8. 70, i. e. ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν οὐδὲν ἔσται ἐν ἴσῃ μοίρᾳ πᾶσιν, non omnes eodem pariter delectantur: suum cuique pulchrum: in specie, connectit h. l. hæc gnome sequentia, cùm dicturus est laudes Milesiæ, præceptoris fratrum horum: qui Milesias, jam senior, olim puer vicerat Olympiam,

de quâ victoriâ dicturus nunc est poëta: non omnia placent omnibus æqualiter, οὐδέν ἐστιν ἡδὺ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν, ἐφ' ᾧ πάντες ἐπίσης τρεφθήσονται. ἶσον ἦτορ, Ol. 4. 38, sic et χεῖρες ἶσαι, sc. τῇ ταχυτῆτι, i. e. sicut pedes mei sunt velocissimi, sic et cor meum fortissimum, et manus meæ fortissimæ: cor et manus pares sunt, suis virtutibus, celeritati pedum. ἄκοντα ἶσον ἀνέμοις, Ne. 3. 80, i. e. celerrimum jaculum. πάντων (ἐκ) ἀποδάσασθαι ἶσον, Ne. 10. 162, æquam portionem, i. e. dimidium de omnibus, partiri cum eo. οὐκ ἐπὶ ἶσα, sc. πράγματα, Ne. 7. 7. ἶσον νύκτεσσιν, ἶσα ἐν ἡμέραις, Ol. 2. 109, æqualiter noctu et interdiu; utrumque adverbialiter positum: et sequitur, ἥλιον ἔχοντες, solem habentes, i. e. in recti studio quasi in luce et in conspectu omnium ambulantes. sic ἶσον adverbialiter, Ol. 9. 27.

Ἵστημι, *sto, statuo.* ἔστην ἐπὶ θύραις, Ne. 1. 29, constiti ad fores. ἔστα σὺν τῷ, Ol. 9. 109, i. e. συμπαρέστη τῷ. ἔστη δὲ, Ne. 1. 85, stetit. παρθένοι ἔσταν, virgines, i. e. Musæ, stabant, Ist. 8. 128, per syncopen pro ἔστησαν. στάμεν, Py. 4. 2. Ionicè et Doricè pro στῆναι. ἵσταμαι δὴ ποσὶν, Ne. 8. 32, consisto pedibus. ἵσταται, stat, Ol. 7. 143.

Ἱστίον, ου, τὸ. *velum.* ἱστίον ἀνεμόεν, Py. 1. 177, velum vento plenum, i. e. munera magna, quibus adipisceris hymnos. ἀνάπιτνον, Ne. 5. 93, attolle et extende. ἱστίων μεταβολαὶ, sc. γιγνόνται, Py. 4. 521, mutationes velorum mutato vento.

Ἱστὸς, οῦ, ὁ. *malus nauticus.* item, apud textorem, *id instrumentum a quo fila in texendo ducta stant;* unde, per tropum, ipsam *telam* notat. ἱστῶν παλιμβάμους ὁδοὺς οὐκ ἐφίλησε, Py. 9. 33, de virgine venatrice, quæ telarum texendarum reciprocas vias non amabat.

Ἰσχὺς, ύος, ἡ. *robur.* ἀκμαὶ θρασύπονοι ἰσχύος, vigores laboriosos roboris, Ol. 1. 156, i. e. certamina, ad quæ opus est robore animoso, sc. lucta, pugilatus, cursus, &c. ἰσχύος ἡνίοχον, Ne. 6. 111, roboris aurigam, i. e. robustum rectorem equorum. ἁμίλλαις ἰσχύος ἀνδρῶν, Ne. 9. 27, in certaminibus virorum de robore. ἔργον, opus roboris, Ist. 4. 116. ἰσχὺν καταμεμφθεὶς ἄγαν, Ne. 11. 41, qui robur et vires suas nimis despicit.

Ἴσχυς, υος, ὁ. filius Elati, nepos τοῦ Ἀρκάδος, cui nubere voluit ἡ καλὴ Κορωνὶς, amata ab Apolline. Py. 3. 44.

Ἴσχω, *teneo, detineo.* ἴσχει ῥόμβον, Ist. 4. 81, i. e. ἐπέχει (cohibet) τὴν τοῦ αἰετοῦ ὁρμὴν, ὅταν ἐπιρρομβῇ, αὐτὴν βουλόμενος ἁρπάσαι: et sermo est de vulpe, defendente se contra aquilæ irruentis vim; nam prosternit se in tergum, et arcet aquilam pedibus et dentibus. ἴσχει ὄλβος φθόνον, Py. 11. 45, patitur magna fortuna invidiam, et sustinet, et fert, imò et ferre potest; sibi conjunctam quasi habet.

Ἰσώνυμος, ου, ὁ, ἡ. *ejusdem nominis, cognominis.*

Ἴϋγξ, υγγος, ἡ. *avicula ad incantationes amatorias et desiderium excitantes adhiberi solita.* ἴϋγγα ποικίλην, Py. 4. 381, ubi ista incantatio describitur. Scholiastes ibi sic habet: est ὄρνεον πεποικιλμένον τῇ τριχώσει, μακροτράχηλον, γλῶσσαν ἔχον ἐπιπολὺ ἐκτεταμένην, πυκνῶς περιστρεφόμενον, καὶ περιδινοῦν τὸν τράχηλον. τοῦτο τὸ ὄρνεον δοκοῦσιν αἱ φαρμακίδες εὐθετεῖν αὐταῖς, εἰς τὰς ἐρωτικὰς ἐπῳδάς· λαμβάνουσαι γὰρ

αὐτὸ, δεσμεύουσιν ἐκ τροχοῦ τινὸς, ὃν περιρομβοῦσιν, ἅμα ἐπᾴδουσαι. Hâc aviculâ Venus prima docuit Jasonem uti, ad conciliandam sibi Medeam. Alligabatur avicula, pedibus et alis, rotæ quatuor radios habenti; quæ rota perpetuò circumagebatur cum incantatione. ἴϋγγι ἕλκομαι ἦτορ, Ne. 4. 56, i. e. ἐπιθυμίᾳ, ubi metaphoricè *desiderium vehemens* indicatur.

Ἰΰζω, fut. ύξω. *sonum quendam* ἄσημον *cum clamore edo.* ἴϋξεν ἀφωνήτῳ ἄχει, ingemuit tacito dolore, Py. 4. 422, cum sibilo quodam et sono ἀσήμῳ.

Ἰχνεύω, fut. εύσω. *premo vestigia.* παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνεύων ματραδελφεοὺς, Py. 8. 49, consequi studens luctando matris fratres, eos imitans studiosè in luctando.

Ἰχνέω, fut. ήσω. *inquiro, vestigo.* ἄνδρες δωροφόροι ἰχνέοντες δέχοντό σφε ἐνδυκέως, Py. 5. 116, i. e. munera offerentes iis et inquirentes eos, excipiebant eos accuratè: ultro allicientes eos excipiebant eos accuratè, ultro allicientes eos donis oblatis.

Ἴχνος, εος, τὸ. *vestigium, gressus.* τὸ συγγενὲς (indoles insita) ἐμβέβηκεν (ire fecit eum) ἴχνεσι πατρὸς, Py. 10. 20, in viâ et gressibus patris. ἐν ἴχνεσιν αὐτοῦ πόδα νέμων, Ne. 6. 27, pedem movens et dirigens in vestigiis ejus. est quasi ἴκνος, ab ἱκνέομαι, et spiritus asper transiit in χ.

K.

Κᾶδος, Dor. pro κῆδος, εος, τὸ. *cura; affinitas.* κᾶδος τοῦτο ἔχων, Ol. 1. 173, hanc solicitudinem firmiter tenens. κᾶδος ἑὸν τιμάσαις, Ol. 7. 8, i. e. τὴν συγγένειαν, affinitatem suam honore prosequens. κᾶδος δνοφερὸν, Py. 4. 199, funus atrum et triste. κᾶδος ἀμφὶ ἀλλότριον εὐθὺς ἀπήμων κραδία, Ne. 1. 84, ob dolorem et luctum alienum celeriter animus dolore levatur, i. e. περὶ σύμπτωμα ἀλλότριον, nam in malis alienis citò arescit lachryma. κήδεα μὴ θεράπευε, Ist. 8. 15, mœrores et solicitudines ne fove, iisque obtempera; et adloquitur poëta ipse se.

Κάζω, fut. σω. *orno, instruo.* ἐλέφαντι φαίδιμον (κατὰ) ὦμον κεκαδμένος, Ol. 1. 41, splendens Pelops quod attinet eburneum candidum humerum.

Καθαρὸς, ὰ, όν. *cui sordes sunt detractæ; purus.* καθαροῦ λέβητος, i. e. ἱεροῦ, Ol. 1. 40. καθαρῷ σκάπτῳ, puro sceptro et sacro, Ol. 6. 158, i. e. ἴσα καὶ δίκαια βουλευόμενος. ἐν καθαρῷ, sc. τόπῳ, Ol. 10. 55, i. e. ἐν τῷ καθαρωτάτῳ μέρει, ἀνὰ τὸ μεσαίτατον. καθαρῷ ἐν φάει, Py. 6. 14, cum luce purâ. καθαρὸν σπέρμα, Py. 3. 27, i. e. ἀνεπίμικτον, non commixtum. φέγγος, purus splendor, Py. 9. 159. ἐν κελεύθῳ, in viâ purâ, Ol. 6. 39, purâ ab obstaculis. ἀρετῇ, quæ opponitur simulatæ, Py. 5. 3.

Καθέζω, fut. έσω. *colloco, sedere facio.* καθέσσαντο τὸν, pro καθείσαντο, Py. 5. 55, κατίδρυσαν.

Καθέλω, *deduco, comprimo, deprimo.* ἀμπνοὴν στέρνων κάθελεν, respirationem pectorum compressit, Py. 3. 103. μὴ καθέλοι μιν αἰὼν, Ol. 9. 90, i. e. ἐξέλοι τῆς ζωῆς, ne fatale tempus eum colligat et demittat ad plures. καθελὼν ἔργῳ, Ol. 10. 75, facto ipso deprimens gloriationem.

Κάθημαι, *sedeo, resideo.* καθήμενος ἐν σκότῳ, Ol. 1. 133, i. e. καθεστώς.

Καθοράω, *desuper adspicio.* τί μέλλει εὖ καθορᾷς, quid futurum sit benè perspicis, Py. 9. 87.

Καθύπερθε, adv. *desuper.* μόχθου καθύπερθε νᾶνις, Py. 9. 55, juven-

cula supra laborem, invicta laboribus.

Καὶ, conj. *et, etiam, vel.* καὶ, etiam, Py. 4. 391. καὶ, καὶ, sicut, sic et, Py. 10. 105. καὶ, sic et, Ol. 10. 109. scilicet, nempe, Py. 9. 182, ut τὸ καὶ habeat vim explicandi. καὶ, τὶ, τὶ, Py. 4. 345; sqq. ubi sunt res quas poscit Jovem. καὶ, tamen, etsi, Py. 4. 471. καὶ, vel, Ol. 7. 98, ubi pertinet ad μείζων.

Καιρὸς, οῦ, ὁ. *opportunitas temporis, tempus.* καιρὸς ἄριστος, νοῆσαι τὸ μέτρον, Ol. 13. 68, εὐκαιρία, εὐστοχία. καιρὸς εὖ νιν ἔγνωκε, Py. 4. 509, opportunitas benè eum novit. ἔχει κορυφὴν παντὸς, Py. 9. 135, ἡ εὐκαιρία. καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ, i. e. εὐκαίρως, Py. 8. 9. πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος φέρει τῶν καὶ τῶν καίρον, Ol. 2. 98, divitiæ virtutibus exornatæ dant ad hæc et ad illa efficienda opportunitatem. παρὰ καιρὸν, extra opportunitatem, Ol. 8. 32. 9, 58. Py. 10. 5. καιρὸν διδοὺς, Py. 1. 111, opportunam occasionem: sicut Philoctetæ Machaon datus est. καιρὸν βαλὼν, Ne. 1. 28, οὐ ψεύδει, tempus non configens mendacio, i. e. tempore in mendaciis narrandis non abutens. κατὰ καιρὸν, ex tempore, Ist. 2. 32. καιρὸν, elipticè et penè adverbialiter, omisso κατὰ, Py. 1. 157, i. e. καιρίως.

Καίω, *uro.* ἅμα δὲ καίοντο ἔρημοι, Ne. 10. 134, comburebantur deserti a reliquis sociis: pro quo alii legunt κέοντο vel κείοντο, depositi erant, jacebant. καιόμενος πυρὶ, Py. 3. 181, igne ardens funerali. καιομένη πυρὰ, rogus ardens, Py. 3. 77. καιομένην ἐν φρενὶ, Py. 4. 389, ardentem pectore, i. e. amore captam.

Κακηγορία, ας, ἡ. *maledicentia.* φεύγειν δάκος ἀδινὸν, κακαγορίαν, fugere morsum crebrum, maledicentiam, Py. 2. 97. Doricè pro κακηγορίαν.

Κακήγορος, Dor. κακάγορος, ου, ὁ, ἡ. *maledicus.* ἀκέρδεια λέλογχεν κακαγόρως, Ol. 1. 85, damnum prehendere solet maledicos; et est accus. plur. Doricè, pro κακαγόρους.

Κακολόγος, ου, ὁ, ἡ. *maledicus.*

Κακοποιὸς, ου, ὁ, ἡ. *maleficus, nocens.* κακοποιὸν ὄνειδος, opprobrium maleficum, Ne. 8. 56, ubi sic vocat fraudulentam persuasionem.

Κακὸς, ἡ, όν. *malus.* ἄμαχον κακὸν, malum invincibile, Py. 2. 139. ἐς κακὸν τρέψας, Py. 3. 63, ad malam actionem et inde emergens infortunium impellens. κακόν τι νεώτερον, Py. 4. 276, recentius aliquod malum. κακῶν ἀπρήκτων παυσάμενοι, Ist. 8. 17, desinentes ab inutilibus tristitiis et curis. κακὰ φρονέων, Py. 8. 118, mala cogitans contra eos. κακοῖς ἔργοις, Ol. 2. 177, per improba facta.

Κάλαμος, ου, ὁ. *calamus.* In Pindaro notat *tibiam musicam.* ex ἀμάω et καλὸς, ob *pulchritudinem segetum jam colligendarum et metendarum.*

Καλέω, fut. έσω et ήσω. *voco, venire jubeo, appello, nomino.* στρατὸν καλεῖ συνίμεν (sc. ἡ Μελία) Py. 11. 14, vocat cœtum ad conveniendum. Ἀρειᾶς πόρον καλέοισι (Dor. pro καλέουσι) ἄνθρωποι, nominant, Ne. 9. 98. Ζῆνα ῥιπὰς ἀνέμων ἐκάλει, Py. 4. 346, Jovem poscebat precibus motus ventorum: ergo cum duplici accusativo, ut Latinorum *posco.* Sic et alio significatu, Ol. 9. 96, ἐκάλεσέ μιν ἰσώνυμον εἶναι τοῦ, nominavit eum, ut esset cognominis avo materno. et Ol. 6. 93, καλεῖσθαί μιν τοῦτο ὄνομα, vocari eum hoc nomine. καλεῖν Ἀριστταῖον, ubi deest

conjunctio ὥστε, Py. 9. 116, ut vocent eum. καλέων θεὸν, invocans, Py. 2. 23. Αἰακίδην εἰς πλόον, Ist. 6. 51, vocans eum ad navigationis societatem. ἐκάλεσεν ἐς ἔρανον, sc. τοὺς θεοὺς, Ol. 1. 60, coll. 63, invitavit deos ad epulas. Ποσειδᾶνα, invocavit, Ol. 6. 98. coll. 102. αἰτίομαι, αὐτῷ καλέσαι Μοῦσαν, Ist. 8. 11, poscor, advocare Musam in ejus honorem. καλέσαντο σύνεργον, Ol. 8. 43, advocârunt eum auxiliatorem operis. κέκληνταί σφιν ἕδραι, Ol. 7. 140, i.e. ἐπωνομάσθησαν αὐτῶν αἱ πόλεις, vocatæ sunt nominibus ipsorum. κεκλημένον Λατοΐδου, Py. 3. 119, filium Apollinis vocatum.

Καλλιγύναιξ, αικος, ὁ, ἡ. *pulchras mulieres habens, eleganti corpore, simul et vestitûs gratiâ, ornatas.* καλλιγύναικι πάτρᾳ, Py. 9. 131, i. e. Cyrenæ, urbi in Libyâ.

Καλλίκομος, ου, ὁ, ἡ. *pulchrâ comâ ornatus.* καλλίκομον κούραν, Py. 9. 186, quæ erat regis filia.

Καλλίνικος, ου, ὁ, ἡ. *victoriam pulchrè ornans; victoriæ concelebratio pulchra.* καλλίνικος ὁ τριπλόος, sc. ὕμνος, Ol. 9. 3, nam ter canebatur. τὸ καλλίνικον (victoriæ celebratio, substantivè positum neutrum,) φέρει ἄκος πληγᾶν, affert medicinam plagis in certamine acceptis, Ne. 3. 31. καλλίνικον λυτήριον δαπανᾶν, Py. 5. 142, victorialem hymnum, præmium impensarum. καλλινίκου Ἱέρωνος, Py. 1. 63, pulchrè vincentis, victoris. Ut ergo et *victorem* notet, per se, hoc epitheton.

Καλλίπεπλος, ου, ὁ, ἡ. *venustè vestitus.* epitheton bellarum mulierum. καλλιπέπλου Κορωνίδος, Py. 3. 43, quæ erat nobilis amica Apollinis.

Καλλιπλόκαμος, ου, ὁ, ἡ. *benè ornatus comis intortis.* est epitheton eleganter ornatarum et formosarum mulierum.

Καλλίπλουτος, ου, ὁ, ἡ. *divitiis exornatus.*

Καλλίπωλος, ου, ὁ, ἡ. *pulchros equos alens.* καλλίπωλον ἕδραν, Ol. 14. 2, ubi Orchomenum, Bœotiæ urbem, studio equitandi claram, sic appellat.

Καλλίρροος, ου, ὁ, ἡ. *pulchrè fluens.* καλλιρρόαις πνοαῖς, i. e. tibiis, Ol. 6. 143.

Καλλίστη, ης, ἡ. insula, posteà dicta ἡ Θήρα.

Καλλίχορος, ου, ὁ, ἡ. *pulchrè choreas ducens.* Est epitheton regionis vel civitatis felicis, ubi incolæ vivunt hilares.

Καλὸς, ἡ, όν. *formosus, nitidus, purus.* καλὸς ἰσορᾶν, adspectu pulcher, Ol. 8. 24. καλὸς καὶ ὡραῖος, Ol. 9. 142, formosus et ætate maturus vegetâ. εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαὸς ἀνὴρ, Ol. 14. 9, sc. gratus fit per Gratias: nam et τὸ κάλλος καὶ τὸ εὔμορφον non est gratum nisi adsint αἱ Χάριτες. καλὸς πίθων αἰεὶ καλὸς παρὰ παισὶν, Py. 2. 132, pulcher simius apud pueros semper pulcher: nam pueri subinde ingeminant, καλὸς πίθων καλός· et proverbium eò spectat; quemadmodum pueri simium, semel pro pulchro habitum, deinde et adultiores ex adsuetudine semper habent pro pulchro; sic, qui semel adulatorem pro viro bono habuit, is eo deinde semper delectabitur. Vel, sicut pueris placet simius, sic multis placet adulator; ergo cave ne judicium præcipites. [sed conf. πίθων.] εἰ δὲ (cùm igitur) ὢν καλὸς (verè pulcher) ἔρδων τε ἐοικότα μορφῇ (et faciens simul decentia formam) ἀνορέαις ὑπερτάταις

ἐπέβη (summa virilia et fortia facinora attigit) Ne. 3. 32: et apodosis est: eo jam nihil est felicius; est enim formosus, simulque vir strenuus et gnavus. ὅστις ἐὼν καλὸς εἶχεν ἡδίστην ὀπώραν, Ist. 2. 7, quicunque formosus habebat suavissimam ætatis et vigoris maturitatem. ἰδέᾳ δὲ καλὸν, Ol. 10. 122, formâque pulchrum. καλὸν εἴ τι ποναθῇ, πολλοὶ μέμνηνται, Ol. 6. 17, si quid pulchrum et splendidum elaboratum cum molestiâ fuerit, multi meminerunt. καλὸν πῆμα, formosum malum, Py. 2. 72; et sic vocat pulchram illam concubinam. καλόν τι νέον λαχὼν, Py. 8. 126, splendidum quid recèns nactus. καλὸν ξυνὸν ὀρθῶσαι, Ist. 1. 64, communem erigere splendorem, et commune decus. καλῶν ἄμμορον, Ol. 1. 134, pulchrorum et decorum expertem. et 167, ἴδριν, pulchrorum et decentium gnarum. ἀμφὶ καλῶν μοίρᾳ, in portione pulchrarum rerum, Ol. 8. 113. ἀπείρατον, imperitum decorum, Ol. 11. 18. περὶ πλήθει καλῶν, Ol. 13. 64, de multitudine splendidorum factorum. ἐπιχωρίων, Py. 5. 155. Ist. 7. 2, decorum indigenarum. χρέος, Py. 8. 46, debitum decoribus. ἐραίμην, i.e. ἔρωτα ἔχοιμι, Py. 11. 76, optârim pulchra a diis. τόλμαν καλῶν ἀράμενος, conatum ad pulchra suscipiens, Ne. 7. 87. οἰκείων παρέσφαλε καλῶν θυμὸς ἄτολμος ἐὼν, Ne. 11. 41, a propriis aberrare facere solet pulchris animus parùm fidens sibi. ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν ἄσβεστος, factorum pulchrorum radius inextinguibilis, Ist. 4. 72. μοῖρα καλῶν, Ist. 5. 19, sors decorum. ἥβην οὐκ ἄπειρον καλῶν, pubertatem non inexpertam decorum, Ist. 8. 154. καλὰ φάμεν ἀμφὶ δαιμόνων, de numinibus pulchra loqui, Ol. 1. 56, i.e. εὔφημα. καλὰ τρέψαντες ἔξω, pulchra vertentes in exterius, Py. 3. 149, metaphora sumpta de vestibus: ὅταν γὰρ ἔχῃ κηλίδας, οὐ δυνάμενός τις εὐκόσμως χρῆσθαι, τὸ μὲν κηλιδωθὲν ἔνδον ἔστρεψε, τὸ δὲ καλὸν ἔξω· τοὐναντίον δὲ ἐὰν ἄφρων ᾖ, τὰς κηλίδας ἔξω ἐᾷ. καὶ τὸν βίον οὖν τῶν ἀνθρώπων, φησὶ, κοινῇ μὲν πάντων, ἔχειν πήματα, ταῦτα δὲ τοὺς μὲν ἄφρονας ἐν φανερῷ παρέχειν, τοὺς δὲ σώφρονας μετὰ κόσμου φέρειν ἀποκρυπτομένους, καὶ τὰ καλὰ τοῦ βίου ἔξω τρέποντας. γινώσκων τὰ καλὰ, sc. τὰ τῆς πατρίδος, Py. 4. 513, i.e. εἰδὼς αὐτὰ, et quòd illis sit privatus fugâ. καλὰ (pro καλῶς) ῥέζοντα, Py. 9. 171. sic καλὰ (pro καλῶς) μελπόμενος, Ne. 1. 30.

Καλλίων, ονος, ὁ, ἡ. *formosior, pulchrior, decentior.* ἔτι κάλλιον φέρουσι σοφοὶ τὴν θεόσδοτον δύναμιν, adhuc pulchrius ferunt, Py. 5. 15. καλλίονα ἐσχατιὰν, Py. 11. 87, terminum valdè pulchrum.

Κάλλιστος, η, ον. *pulcherrimus, formosissimus.* κάλλιστος χορὸς, Ne. 5. 42, pulcherrimus chorus Musarum. προοίμιον, i.e. ἐγκώμιον, Py. 7. 1. ἀνδρῶν κάλλιστον γόνον, filium pulcherrimum, Py. 4. 219. καλλίστη βροτεᾶν πολίων, splendidissima urbium humanarum, Py. 12. 2. τρία ἔργα, Ol. 13. 55, i.e. τρεῖς στεφάνους ἔργων.

Κάλπις, ιος, et ιδος, ἡ. *urna, situla.* ἀγγεῖόν τι ὑδροδόχον. κάλπιδα ἀργυρέαν, sc. ἀποθεμένη, Ol. 6. 68. est quasi καλοῦσα πιεῖν, *invitans ad bibendum.*

Καλύπτω, fut. ύψω. *occulo, contego.* Μοῖραι ἀφίστανται αἰδῶ καλύψαι, Py. 4. 260, Parcæ aversantur, pudorem occultare, i.e. μὴ αἰδεῖσθαι, si sine omni pudore et reverentiâ quis agit, horret illum felicitas. τετελεσμένον ἐσλὸν μὴ χαμαὶ σιγῇ καλύψαι, Ne. 9. 15, peractum egre-

gium facinus non sub terrâ silentio involvere. Sic Horatius *sepultam* dicit, de quâ nemo post fata habet quod narret. καλύψαιμι γυῖα χθονὶ, Ne. 8. 65, i. e. libens sepeliar. ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον, Ol. 5. 36, involutum, conf. ἔργον. καλύψαι ἀμήχανον, impossibile est dissimulare perpetuò, Py. 11. 42, i. e. ἐπικαλύψαι τοῦτο ἁμάρτημα ἀλλοτρίαις γλώσσαις, ita abscondere, ne alii de eo loquantur.

Κάματος, ου, ὁ. *labor defatigans, fatigatio.* it. *labor quivis quo quid efficitur aut paratur.* ὄλβος ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται, Py. 12. 50, felicitas sine labore non apparet, i. e. siqua est hominum felicitas, ea nusquam reperitur sine admixtâ ærumnâ. παῦροι βροτῶν ἐν πόνῳ πιστοὶ, καμάτου μεταλαμβάνειν, Ne. 10. 148, pauci mortalium in calamitate fideles sunt, ut participes velint esse laboris. δυσπενθεῖ σὺν καμάτῳ, Py. 12. 18, luctuosâ cum ærumnâ, sc. λειβόμενον θρῆνον. κάματον μετὰ μέγαν, Py. 5. 62, post magnum laborem exantlatum. νώδυνον θῆκε, Ne. 8. 84, doloris expertem morbum fecit: ut ergo et de morbo ponatur hoc nomen. καμάτων ἐκτὸς, Ol. 6. 177, i. e. δυστυχίων. καμάτων ἐπίλησιν, Py. 1. 89, oblivionem τῶν ὀδυνῶν τῶν ἐκ τοῦ νοσήματος τῆς λιθουρίας καὶ τῆς δυσουρίας. ἐκ πολεμίων ἀμηχάνων, Py. 2. 37, ex bellicis laboribus valdè difficilibus. ἐκ προτέρων, Py. 3. 169, ex prioribus malis, μεταμειψάμενοι, erepti mutatâ fortunâ. μεγάλων ποινὴν, Ne. 1. 107, laborum magnorum præmium.

Καματώδης, εος, ὁ, ἡ. *laboriosus, ærumnosus.* καματωδέων πληγᾶν ἄκος, Ne. 3. 28, laboriosorum ictuum et plagarum medicinam. Nam sermo est de παγκρατίῳ, quod constabat ex luctâ et pugilatu.

Κάμνω, fut. καμῶ. *laboro, laborando efficio;* it. neutraliter, *sum lassus aut fatigatus;* it. passivè, *molestiâ aut dolore afficior.* μὴ κάμνε λίαν δαπάναις, Py. 1. 175, ne defatigeris admodum sumptibus. Μήδοι κάμον, Py. 1. 151, Persæ durâ fortunâ usi sunt in eo bello. et 156, πολεμίων καμόντων, hostibus malè adfectis et profligatis, sc. Carthaginiensibus et Tyrrhenis. χρόνος μὴ κάμοι, Ol. 8. 38, tempus utinam ne defatigetur, i. e. diu et constanter ita fiat. καμὼν προτέρᾳ πάθῃ, afflictus priore clade, Py. 8. 68. καμόντες πολλὰ θυμῷ, Ol. 2. 15, quum multum laborâssent animo οἱ πρόγονοι, quum multas ærumnas pertulissent: nam ex Rhodo venerant pulsi bello civili; et in Siciliâ confligendum iis fuerat cum Barbaris, antequam Agrigentum conderent.

Κάμπτω, fut. ψω. *curvo, flecto.* ὑψιφρόνων τινὰ βροτῶν ἔκαμψε, Py. 2. 94, superborum aliquem mortalium contundere solet et potest Deus.

Καμπύλος, η, ον. *curvatus. curvè expolitus.*

Καναχὴ, ῆς, ἡ. *sonus.* καναχαὶ αὐλῶν, Py. 10. 60, strepitus tibiarum.

Καναχηδὰ, adv. *cum strepitu et sono multo.* Λυδίαν μίτραν καναχηδὰ πεποικιλμένην, Ne. 8. 25, Lydiam mitram, i. e. carmen ad Lydiam harmoniam concinnatum, sonorè variegatum. conf. μίτρα.

Καπέτον, vide καταπίπτω.

Καπνὸς, ου, ὁ. *fumus, vapor exspirans.* καπνοῦ ῥόον αἴθωνα, fumi fluxum candentem, Py. 1. 43, de Ætnâ, fumum interdiu eructante. ὕδωρ καπνῷ φέρειν ἀντίον, Ne. 1. 35,

ubi omissa est particula comparativa καθάπερ, velut, quasi; et καπνῷ est, igni, per synecdochen: comparat h. l. calumniam igni fumanti: et aqua huic incendio contraria, est testimonium virorum proborum de virtute alterius. καπνῷ κνισᾶντι pro κνισσήεντι, Ist. 4. 113. καπνὸν λάβρον ἀμπνεῦσαι, Ol. 8. 47, fumum vehementem exhalare. λευκανθέα ἐπίαναν σώμασι, Ne. 9. 55, fumum albicantem et nidorosum densè ex corporibus combustis asscendere fecerunt. est a κάπος, *respiratio*, quod a κάπω, *aperio os ad captandum aërem.*

Καπνόω, fut. ώσω. *in fumum verto.* πάτραν καπνωθεῖσαν ἐπεὶ ἴδον, patriam in fumum conversam, i. e. igne incensam et combustam, postquam viderunt, Py. 5. 111.

Κᾶπος, Dor. pro κῆπος, ου, ὁ. *hortus.* δένδρων γυμνὸς κᾶπος, Ol. 3. 43, i. e. ὁ τόπος ὅλος. nam κῆπος propriè est *quævis area sub dio*, ὁ περιπνεόμενος ἀνέμοις τόπος. κᾶπον ἐξαίρετον Χαρίτων, Ol. 9. 39, ubi sic vocat τὴν ποιητικήν. ἀμφὶ γλυκὺν κᾶπον Ἀφροδίτης, Py. 5. 31, i. e. Κυρήνην, nam ea regio est valdè καλλίκαρπος et fœcunda. Sic et Py. 9. 91, πρὸς ἔξοχον κᾶπον Διὸς, i. e. in Libyam, in quâ Jupiter præcipuè cultus, et quæ erat amœnissima et fertilissima.

Κάπρος, ου, ὁ. *aper.* κάπρους ἔναιρε, Ne. 3. 82, apros figebat.

Κάρα, τό. indecl. *caput.* κάρα ποικίλον δρακόντων φόβαις, de Medusâ, Py. 10. 73, caput variegatum draconum jubis. κάρα ὀρθὸν ἀνέτεινε, de Hercule puero, in cunis caput erigente ad adventum duorum draconum, Ne. 1. 65. κάρα λευκωθεὶς, Ist. 4. 117, dealbatus quod attinet caput myrtis, i. e. myrteâ coronâ, στεφανωθεὶς, nam talis corona ibi erat præmium.

Καρδία, ας, ἡ. *cor:* καρδίᾳ γαλανεῖ, pro γαληνεῖ, Ol. 5. 5, sereno, tranquillo corde, φαιδρῷ προσώπῳ. ἕλκος (vulnus) ἰᾷ καρδίᾳ, Py. 2. 169. ὁπόταν τις κότον καρδίᾳ ἐνελάσῃ, Py. 8. 11, quando quis iram altè repostam animo immiserit. ἀμόχθῳ, Ne. 10. 55, segni corde. ὀρθὰν ἔστασαν, Py. 3. 170, firmarunt cor rectum, tranquillum, pacatum, firmum. καρδίαις ἀνδρῶν ἐνέβαλλον, Ol. 13. 22, in corda hominum immiserunt.

Καρπάλιμος, ου, ὁ, ἡ. *raptim festinans.* καρπαλιμᾶν ἐκ γενύων, Py. 12. 36, ex rapacibus genis, et cupidè vorantibus. est genit. Doricus.

Καρπὸς, οῦ, ὁ. *fructus.* καρπὸς ἐλαίας, Ne. 10. 65, oleum: id dabatur victori in Panathenaïcis, solique ei licebat oleum ex Atticâ exportare. καρπὸς ἐπέων, Ist. 8. 101, verborum fructus, i. e. effectus eorum. ἐν σχερῷ οὔτι ἄρουραι μέλαιναι καρπὸν ἔδωκαν οὔτε δένδρεα, in continuâ serie nec arva fructum dare solent nec arbores; sed habent suas intermissiones, Ne. 11. 50. γλυκὺν καρπὸν φρενὸς, Ol. 7. 15, dulcem fructum animi, i. e. inventionem poëticam. φρενῶν ἔλαχε καρπὸν ἀμώμητον, Py. 2. 135, i. e. ob justitiam suam rectumque animum, hunc nobilem fructum tulit, ut sit judex apud inferos, sc. ὁ Ῥαδάμανθυς. [haud aliter, apud Jes. 3. 10. פרי מעלליהם יאכלו, *fructum operum suorum comedent.*] Λυγκεῖ φρενῶν καρπὸν εὐθείᾳ συνάρμοξεν δίκη ὁ Ζεὺς, Ne. 10. 22, i. e. justitiam et prudentiam largitus est ei: et ad δίκῃ deest σὺν: φρενῶν verò καρπὸς est λογισμὸς, prudentia, δίκη, justitia. Hic Lynceus erat Hypermnestræ maritus ille celeber

famâ. ἔλαβεν καρπὸν ἥβης, Ol. 6. 97, i. e. primam barbam. αὐτῇ ἥβης καρπὸν ἀνθήσαντα ἀποδρέψαι ἤθελεν, Py. 9. 193, ei pubertatis fructum florentem decerpere cupiebat, i. e. uxorem juvenculam ducere. καρπὸς propriè est, *fructus maturus, seges matura et sicca*, a κάρφω, *sicco.*

Καρποφόρος, ου, ὁ, ἡ. *frugifer.*

Κάῤῥωτος, ου, ὁ. Frater uxoris Arcesilai, et ductor coloniæ ab Arcesilao missæ.

Καρταίπους, οδος, ὁ, ἡ. *robustis pedibus.* et sic peculiariter et ex dialecto Delphicâ dictus est taurus.

Καρτεραίχμης, ου, ὁ. est epitheton heroïs in pugnâ fortissimi.

Καρτερὸς, ὰ, ὸν. *potentiâ et virtute præcipuâ præditus; perseverans palam.* ὅρκος, Py. 4. 296, i. e. βέβαιος. λίθον, Ol. 1. 92, grave saxum. καρτερᾶς ἐξ ἀλαλᾶς, Ist. 7. 14, ex vehementi pugnâ. καρτερὰν ἔπαυσε μέριμναν, Ist. 8. 25, cessare fecit gravem solicitudinem. καρτερώτατον βέλος, fortissimum telum, Ol. 1. 179.

Καρτύνω, fut. υνῶ. *roboro, firmo.* καρτύνειν βέλεα, Ol. 13. 135, i. e. ἰσχυρῶς ἔχειν, firmiter et intentis oculis contendere et dirigere, ministerio manuum.

Κάρυξ, Dor. pro κήρυξ, υκος, ὁ. *præco publicus.* κάρυξ ἀνέειπέ νιν, Py. 1. 61, proclamavit ipsam. ἀέθλων κάρυξ ἕτοιμος, Ne. 4. 120, certaminum præco paratus, i. e. adsum ego celebrator victoriarum. φιλοτήτων, Ne. 8. 1, index amorum; nam pulchritudo proclamat quasi puellam nubilem, ut accedant proci. κάρυκος ἐσθλοῦ βοὴ, sc. ἀνακήρυξιν αὐτοὺς, Ol. 13. 143. κάρυκα θεῶν, Ol. 6. 132, Mercurium. κάρυκας ὡρᾶν, Ist. 2. 34, præcones horarum, i. e. sacerdotes Jovis Elei, qui novilunia observabant et proclamabant, maximè illud quod mensem ἑκατομβαιῶνα circa solstitium æstivum inchoabat; quo Olympia celebrabantur, anno quoque quarto exacto. κάρυκας ὄρνυε, Py. 4. 302, incitabat præcones suos, ut proclamarent ubique instantem navigationem: et sermo est de Jasone. κήρυξ est a γηρύω, i. e. φωνέω.

Καρύσσω, Dor. pro κηρύσσω, fut. ξω. *solemniter proclamo, clarâ voce convoco.* ἐκάρυξεν ὃν πατέρα, Ol. 5. 18, suum patrem proclamavit, ἀνεκήρυξε: nam victorum patres simul proclamabantur, et hoc ipso honestabantur. κάρυξε δὲ αὐτοῖς, Py. 4. 356, denuntiavit, acclamavit illis: recentiores enim et cum dativo construunt hoc verbum. Θήβην, Ist. 3. 20, proclamari facit eam. καρύξασα, Ist. 4. 43, quum pronuntiâsset sublatâ voce.

Καρχάσιον, ου, τὸ. *corbis supernè malo nautico additus.* a τὸ κάρα, *superius quid*, et χάω vel χάζω, *expando, capio.*

Κασιγνήτα, Dor. pro κασιγνήτη, ης, ἡ. *soror.* κασιγνήτα Δήλου, Ne. 1. 4, ἡ Ὀρτυγία. κασιγνήταν ἔπεμψε, Py. 3. 57, Dianam. κασίγνηταί τε, Ol. 13. 6, sororiæ, ubi est adjectivum. κασιγνητᾶν μέρος τρίτον, Py. 12. 19, i. e. soror tertia ἡ Μέδουσα, et est gen. plur. Doricus. κασιγνήτας τε, Ist. 6. 24, Parcas.

Κασίγνητος, ου, ὁ. *frater germanus; frater genitus, non factus.* Ne. 10. 160, εἰ περὶ κασιγνήτου μάρνασαι, si pro fratre pugnas. κασίγνητον νόθον, Ol. 7. 49, ergo sic vocatur frater et ex aliâ matre, et ex pellice, si modò sit ab eodem patre: multò magis vice versâ,

κασίγνητοι, sc. τοῦ Αἴσονος, Py. 4. 220, ὁ Φέρης καὶ Ἀμυθάων.

Κατὰ, præpositio, regens casus duos. cum accusativo est, *in*, *ad*, *per*, *secundum*. ἔταμον κατὰ μέλη, Ol. 1. 79, dissecuerunt membratim. et 187, κατ᾽ Ἕλλανας, inter Græcos. κατὰ κορυφὰν, ex vertice, quod attinet verticem, i. e. caput, Ol. 7. 67. δαίμονα, per deum, divinitùs, Ol. 9. 42. et 131, κόλπον, in sinu, recessu. χρόνον κεῖνον, circa illud tempus, Ol. 10. 122. Ἑλλάδα, in Græciâ, per Græciam, Ol. 13. 160. γᾶν καὶ πόντον, in terrâ et mari, Py. 1. 28. καθ᾽ αὑτὸν, Py. 2. 63, i. e. κατὰ τὸ αὑτοῦ πρέπον, prout et quantum et quatenùs cuique convenit: ne quis plura aut aliter appetat quàm sibi convenit. Hoc est quod philosophus dicit, virtutem consistere ἐν μεσότητι πρὸς ἡμᾶς· et quod Horatius, "metiri se quemque suo modulo ac pede verum est." Potest et exponi: προσῆκόν ἐστι, τὰν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τὸ μέτρον σκοπεῖν, καὶ τούτων ἐπιθυμεῖν, καὶ μὴ τῶν ὑπὲρ δύναμιν ὀρέγεσθαι. κατὰ ἐμπολὰν, ad modum mercis, Py. 2. 125. ἐμὰν μαχανὰν, Py. 3. 193, pro meis viribus. κλέος κείνου, ad famam de eo, Py. 4. 221. et 439, ἁμαξιτὸν, in viâ publicâ. τίνα ἁρμονίαν, juxta quem modum, quâ convenientiâ, an verba mea congruant cum factis personarum, Py. 8. 97. et 123, λαύρας, in vicis. αἶσαν, decenter, Py. 10. 40. τρίοδον, in trivio, Py. 11. 58. ὁδὸν πατρίαν, Ne. 2. 10, in viâ patriâ, in vestigiis majorum, exemplo eorum. τεὰν αἶσαν, Ne. 3. 25, tuâ, O Musa, attributione, tuo auspicio et modo. ὁδὸν ὀρνίχων, per avium viam, i. e. auspiciis, Ne. 9. 44. Οὔλυμπον, Ne. 10. 31, in cœlo. καιρὸν, Ist. 2. 32, tempestivè, ex tempore. πᾶν τέλος, secundum omnem perfectionem, Ist. 4. 18. et 66, ῥάβδον ἔφρασε, per seriem cecinit. conf. ῥάβδος. κατὰ *avulsum* est, Ol. 6. 21, ἐπεὶ κατὰ γαῖα αὐτὸν ἔμαρψε, pro κατέμαρψε, absorpsit. κατ᾽ οἶκον ἔχῃ, pro κατέχῃ, Py. 1. 138, in domo se contineat. κατ᾽ εἶδος ἐλέγχων, pro κατελέγχων, Ol. 8. 25, speciem pulchram refutans et dedecorans. κατὰ *omittitur* quoque nonnunquam: e. g. χαίρω τι, pro κατά τι, Py. 7. 18, est quod gaudeam. Sic et Py. 2. 87, 88, τὰ ματρόθεν, τὰ πατρὸς, pro κατὰ τά. Cum *genitivo* est *in*, *sub*. κατὰ γᾶς, Ol. 2. 107, i. e. κάτω γᾶς, ὑπὸ γῆν, ἐν ᾅδου.

Καταβαίνω, *descendo*. it. *descendere facio, dejicio*. καταβαίνων, descendere faciens, Py. 8. 111, i. e. deturbans, deprimens. ὅπῃ πόμπιμον κατέβαινε νόστου τέλος, Ne. 3. 44, quousque reductorius terminus reditionis versus occasum pertingeret, i. e. quousque versus occasum in reditu tuto et cum bonâ redeundi spe navigare liceret. ἐν φάει καταβαίνειν, Ne. 4. 63, in luce ambulare et versari, διοδεύειν, descendere palam. εἰς Ἰωλκὸν κατέβα ναυτᾶν ἄωτος, Py. 4. 335, i. e. κατῆλθε, παρεγίνετο. ἀτρεκεῖ κατέβα ποδὶ, Ne. 3. 73, firmo incedere solet pede. κατέβαν (Dor. pro κατέβην) ἀπὸ Θήβης εἰς Ῥόδον, i. e. κατῆλθον, descendi, veni, Ol. 7. 24. sic et Py. 3. 128, ubi est: si descendissem e navi, finitâ navigatione. nam eam notionem sæpè habet τὸ καταβαίνειν. καταβάντα εἰς ναὸν, i. e. παραγινόμενον, Py. 4. 97.

Καταβολὰ, Dor. pro καταβολὴ, ῆς, ἡ. *initium*, *fundamentum*. καταβολὰν ἱερῶν ἀγώνων, Ne. 2. 5, i. e. ἀρχὴν καὶ θεμέλιον. metaphora ab ædificio.

Καταβρέχω, *irrigo*, *obundo*, *obruo*

aquâ. καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ, gloriationem irriga silentio, Ist. 5. 65, ubi σιγῇ est casus sextus: i.e. sile quidem jam, sed sic, ut deinde hæc gloriatio eo fœcundior evadat; nam quæ compluuntur, fœcunda fiunt. καταβρέχων μέλιτι πόλιν, Ol. 10. 119, irrigans melle civitatem, i.e. κοσμῶν αὐτὴν ὕμνῳ ἡδεῖ.

Κατάγω, fut. άξω. *deduco.* κατάγει, Ol. 9. 52, deducit.

Καταδρέμω, *decurro.* ξένιον (εἰς) ἄστυ κατέδραμεν, Ne. 4. 38, in urbem hospitalem descendit.

Καταζευγνύω, *jungo.* ὅταν ἐς ἅρματα καταζευγνύῃ σθένος ἵππιον, Py. 2. 21, quando ad currus jungat robur equorum.

Καταιθύσσω, fut. ύξω. *collustro, lucere facio; moveo me per et super aliquid.* ὃς (Κάστωρ) τεὰν καταιθύσσει ἑστίαν, qui tuam splendere facit domum, Py. 5. 13, qui cum splendore se infert in domum tuam. κομᾶν πλόκαμοι ἅπαν νῶτον καταίθυσσον, Py. 4. 147, pro κατήθυσσον, comarum cirri totum tergum percursabant et quatiebant; extendebant se.

Καταινέω, fut. ήσω, et έσω. *approbo, paciscor.* κατᾳνησάν τε, κοινὸν γάμον γλυκὺν ἐν ἀλλήλοις μίξαι, Py. 4. 395, i.e. συνέθεντο, pacti sunt, communes nuptias facere.

Κατάκειμαι, *decumbo.* ἀρετὰ κατάκειται δαπάναις τε καὶ πόνοις, Ist. 1. 58, dexteritas et præstantia nititur sumptibus et exercitiis laboriosis. πρῶνες ἔξοχοι κατάκεινται, Ne. 4. 85, montes eminentes cubant: sicut Horatius "Usticam cubantem" dixit, Od. lib. i. od. 17. v. 11.

Κατακλάω, fut. άσω. *confringo, deprimo.* κατέκλασεν οὐδὲν, Py. 5. 45, i.e. συνέτρεψε, confregit nihil.

Κατακλύζω, fut. ύσω. *cum strepitu inundo; diluo fluctibus.* ὅπῃ (quomodo?) κῦμα κατακλύσσει, Ol. 10. 15, pro κατακλύσει, ob metrum. sensus est: quàm facilè unda calculum obruit, tam facilè ego hymnum exhibebo. λέγοντι χθόνα κατακλύσαι ὕδατος σθένος, dicunt vim aquæ obruisse terram, Ol. 9. 76. ejusmodi κατακλυσμὸς descriptus est Il. π. 384, sqq. ejusque causæ derivatæ ex irâ Dei in malos. κατακλυσθεῖσαν βώλακα, glebam undis contectam, Py. 4. 67, διαστιχυῖαν.

Κατακρύπτω, *occulo sub.* οὐ κατακρύπτει κόνις συγγόνων χάριν, Ol. 8. 104, non occultat pulvis cognatorum gloriam, i.e. etsi sepulti sunt, non tamen ignorantur. οὐκ ἔραμαι πλοῦτον κατακρύψαις ἔχειν, Ne. 1. 45, non amo divitias habere, easque occulere: et est phrasis Attica, pro κατακρύψαι, ἐὰν ἔχω.

Καταμάρπτω, fut. ψω. *comprehendo.* κατέμαρψεν αὐτὸν γαῖα, Ol. 6. 21, terra absorpsit eum. Θέτιν, Ne. 3. 60, Peleus comprehendit eam cum multo labore. τέχνη καταμάρψαισα, ars arripiens eum, Ist. 4. 57, et potenter dejecit.

Καταμέμφομαι, *reprehendo, queror.* καταμεμφθέντα ἰσχὺν, Ne. 11. 40, quem pœnitet virium suarum, qui eas reprehendit et nimis exiguas putat.

Καταμιαίνω, fut. ανῶ. *contamino.* μὴ καταμιάνας ψεύδεσι, sc. σὲ, ἢ, τὸ σὸν κάλλος, Py. 4. 178.

Κατανεύω, *innuo, annuo, affirmo nutu.* Ζεὺς κατένευσέν οἱ χαίταις, Ne. 1. 18, annuit ei motâ cæsarie.

Καταπαύω, *desistere et desinere facio.* καππαύει δίκην, pro καταπαύει, Ne. 9. 35, sedat et cessare facit litem.

Καταπέπτω, fut. ψω. *concoquo,*

in occulto coquo, retineo apud me tacitus. καταπέψαι ὄλβον μέγαν, concoquere magnam felicitatem, Ol. 1. 87, i. e. εὖ διοικῆσαι ἐπὶ ὠφελείᾳ ἑαυτοῦ. ἀπὸ μεταφορᾶς, τῶν ἐν κοιλίᾳ σιτίων, ἃ πεφθέντα μὲν, ὀνίνησι τοὺς μεταλαμβάνοντας αὐτῶν, ἄπεπτα δὲ μείναντα, τοῦ στομάχου μὴ δυνηθέντος κατεργάσασθαι αὐτὰ, βλάβην ἐπάγει.

Καταπίπτω, *decido.* οἱ δύο μὲν κάπετον, pro κατέπεσον, Doricè; deciderunt duo angues de muro, Ol. 8. 50.

Καταπνόα, Dor. pro καταπνοὴ, ῆς, ἡ. *flatus.* ἀνέμων χειμερία καταπνοά, Py. 5. 162, ventorum hiemalis flatus.

Κατασπένδω, *libo, libationem defundo, libatione perfundo.* κατασπένδειν Αἴγιναν ἀοιδαῖς, Ist. 6. 12, perfundere insulam hymnis: ubi vides usum metaphoricum.

Κατασχέω, *obtineo, possideo, oppleo.* κατασχοῦσα ξίφος ἐν κολεῷ, Ne. 10. 11, in vaginâ detinens gladium, nec stringens. τεαῖς ῥιπαῖς κατασχόμενος, Py. 1. 18, tuis ictibus, i. e. sonis harmonicis, O cithara, captus, θελχθείς.

Κατατίθημι, *depono.* item, *constituo.* εὐθύτονον κατέθηκεν πεδιάδα, Py. 5. 120, directam fecit planitiem. οὐ τραχύς εἰμι καταθέμεν, Ne. 7. 112, non difficilis sum ad persolvendum debitum, sc. hymnum. καταθηκαμένη ζώνην, Ol. 6. 67, ea deponens zonam. καταθηκάμεναι βρέφος ἐπιγουνίδιον, infantem genibus suis imponentes, Py. 9. 108; ubi alii legunt ἀνθηκάμεναι, eodem sensu: malè autem alii simpliciter, θηκάμεναι, nam metrum requirit verbum compositum.

Καταφαίνω, *declaro.* τοῦτον κατέφηνε λόγον, hunc sermonem et hoc dictum declaravit, verum ostendit, Ne. 10. 20.

Καταφημίζω, fut. ίσω et ίξω. *divulgo, sermonibus omnium trado,* in bono et malo sensu. μήτηρ κατεφάμιξεν αὐτὸν καλεῖσθαι τοῦτο ὄνομα, Ol. 6. 93, promulgavit, ut vocaretur hoc nomine filius suus, sc. Iamus; ubi in sensu optimo.

Καταφθίνω, *pereo.* ἐπέων καρπὸς οὐ κατέφθινε, Ist. 8. 102, verborum fructus non peribat, i. e. fiebat reverâ quod dictum fuerat.

Καταφράζω, *indico.* κατέφρασεν, enarravit, φανερὸν ἐποίησεν, Ol. 10. 68.

Καταφυλλοροέω, fut. ήσω. *folia in humum labi facio.* et dicitur de arbore, cujus folia decidunt. κατεφυλλορόησε, Ol. 12. 22, i. e. κατεμαράνθη. a κάτω, φύλλον, et ῥοέω pro ῥέω.

Καταχεύω, *defundo.* νεφέλην κατέχευας αὐτῷ ἐπὶ κεφαλῇ, caliginem ei offundere soles in capite, Py. 1. 16.

Κατελέγχω, fut. έγξω. *contrà indico.* it. *dedecoro.* αὐτὸν οὐ κατελέγχεις, eum non dedecoras, Py. 8. 50, i. e. οὐ καταισχύνεις. οὐ κατελέγχει, Ist. 3. 23, non dedecorat. τὸν οὐ κατελέγχει κρετοῦ γενεὰ πατραδελφεοῦ, Ist. 8. 142, hunc non redarguit et repudiat eximii genus patrui. ἔργῳ οὐ κατελέγχων εἶδος, Ol. 8. 25, non factis contra formam testans quasi, non dedecorans speciem pulchram factis.

Κατέχω, fut. καθέξω. *obtineo, possideo, oppleo.* ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει φάτις, Py. 1. 187, odiosa eum tenet fama: atque ibi eum vocat νηλέα (κατὰ) νόον, crudelem animo. αὐτὸν λήθη, Ne. 8. 42, oblivio eum tegit. κατέχει φρεσὶ κόρον, cohibet et coërcet in animo petulantiam, frænat, Ist. 3. 3, ubi laudatur, qui studium injuriæ, oriundum ex satietate et

opulentiâ, reprimit. ὄλβιος, ὃν φᾶμαι ἀγαθαὶ κατέχοντι, Doricè pro κατέχουσι, Ol. 7. 18, circumdant. ὄφρα κατέχῃ οἶκον, ut obtineat domum, Py. 1. 139. κατέχων μέτρα, Ist. 6. 104, tenens mediocritatem.

Κατοικίζω, fut. ίσω. *condo*. κατῴκισθεν (pro κατῳκίσθησαν) ἄστη, conditæ sunt urbes, Ne. 10. 8.

Κάτω, adv. *deorsum, sub*. πολλὰ ἄνω, τὰ δὲ αὖ κάτω, sursum multa, alia deorsum, Ol. 12. 7. κάτω, inferiùs, a parte inferiori, Py. 2. 88.

Καυτὴρ, ῆρος, ὁ. *ustor*. ταύρῳ χαλκέῳ καυτῆρα Φάλαριν, Py. 1. 185, i. e. κατακαύσαντα τοὺς ἀνθρώπους in æneo bove.

Καύχα, Dor. pro καύχη, ης, ἡ. *gloriatio, gloria*. καύχας ἀοιδὴ πρόσφορος, Ne. 9. 17, cantio conveniens est gloriæ.

Καυχάομαι, fut. ήσομαι. *glorior, jacto me*. τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν μανίαις ὑποκρέκει, Ol. 9. 58, gloriari intempestivè, insaniis consonat.

Καύχημα, ατος, τὸ. *gloriatio*. καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ, Ist. 5. 65, gloriationem irriga et quasi fœcundam fac silentio, ut deinde, quasi hoc humore refecta, novo argumento servetur. σιγᾷ est casus sextus, non verò adverbialiter positum. fœcundiores redduntur plantæ, irrigatæ pluviâ: et qui certo tempore de aliquâ gloriâ silet, is eam, si vera est, eo silentio quasi imprægnat. ergo h. l. in sensu optimo posita vox.

Καύω, fut. σω. *uro, accendo*. καυθείσῃ γαίᾳ πυρὶ, Ne. 10. 65, i. e. in vase fictili.

Καχλάζω, fut. άσω. *resono*. propriè, si aqua aut alius liquor funditur, et sic sonum facit. Hinc, φιάλην καχλάζουσαν ἔνδον ἀμπέλου δρόσῳ, phialam quæ resonat intus a rore vitis, i. e. ab infuso vino mero, Ol. 7. 3, ubi ponitur antecedens, i. e. infusio vini dum fit, et intelligitur consequens, ut dicat, τὴν πεπληρωμένην.

Κέαρ, τὸ. *cor*. θεὸς εἴη ἀπήμων (κατὰ) κέαρ, Py. 10. 33, Deus illis sit propitius ex animo et affectu vero. ἐμὸν οὔποτε φήσει κέαρ, meum cor nunquam cogitabit, Ne. 7. 150, nunquam proponet sibi. ἐμὸν κέαρ ὕμνων γεύεται, Ist. 5. 25, hymnos attingit et meditatur.

Κεδνὸς, ἡ, όν. *curâ et æstimatione dignus, venerandus, in pretio habendus*. it. act. *curæ prudentis plenus*. κεδνὰν χάριν, Ol. 8. 105, æstimabilem et curâ dignam gloriam; vide χάρις. κεδνοὶ πολῖται, cari cives, Py. 4. 208, observantiâ digni. κεδναὶ κυβερνάσιες πόλεων, Py. 10. 111, urbium gubernationes accuratæ et solicitæ et æstimabiles. κεδνῶν τοκέων, Ist. 1. 5, parentum æstimatione dignorum, venerandorum, curâ pro liberis plenorum. κεδνότατον ἐπιχθονίων, Αἴακον, Ist. 8. 48, honoratissimum et æstimatissimum mortalium.

Κεῖθι, adv. *ibi, illic*.

Κεῖμαι, *jaceo, depositus sum*. ἐπὶ πρυμνοῖς ἀγορᾶς θανὼν, Py. 5. 126, mortuus jacet, i. e. sepultus est, in extremâ parte fori. τὰ δὲ οὐκ ἐπὶ ἀνδράσι κεῖται, hæc non in hominum potestate sita sunt, Py. 8. 107. ἐν Πυθίοις δαπέδοις Νεοπτόλεμος, situs est, sepultus, Ne. 7. 51. θάλλουσα κεῖται, florens est, Ist. 5. 21. ἐν ἀγαθοῖς κεῖνται πολίων κυβερνάσιες, Py. 10. 110, in manibus bonorum sitæ sunt gubernationes urbium: et id h. l. historicè dicitur de illis ante dictis principibus. κεῖτο γὰρ (ἐν) λόχμῃ, Py. 4. 434, asservabatur

in saltu. ἔνθα κεῖτο, ibi situs et sepultus erat, Py. 9. 146. ἐφ' ἑκάστῳ ἔργματι κεῖτο τέλος, Ist. 1. 36, i. e. quodvis certamen simplex erat, et integrè cum se ipso terminabatur, sine nexu cum alio exercitio: nam contrà in πενταέθλῳ conjuncta erant quinque certamina, quæ omnia debebat vincere qui victor esse vellet: ἐφ' ὧν πέντε συζευγμένων κεῖτο τέλος, et h. l. id vult: si Castoris ævo jam fuissent conjuncta certamina, non verò mera simplicia; etiam in illis se præstantem exhibuisset cum fratre.

Κεῖνος, et ἐκεῖνος, η, ο. *ille.* κεῖνος εἴην, O si ego ei similis essem! Ol. 3. 81, nam optativum sine conjunctione positum aiunt verum esse optativum, cum conjunctione aliquâ, e. c. ἄν, κὲ, &c. esse loco conjunctivi. Sed displicet tamen hæc lectio melioribus, qui legunt κεινὸς, pro κενὸς, quod vide. κεῖνος ἀνὴρ, talis vir, Ol. 6. 10. et 137, sc. ὁ Ἑρμῆς. ὄρνις, illud augurium, Py. 4. 33. et 515, sc. ὁ Δημόφιλος. ἔννεπεν, et deest γὰρ, Py. 9. 169. Ne. 8. 39, sc. ὁ φθόνος. κείνου ἀνδρὸς, Ne. 1. 12. et 103, sc. Herculis, et pertinet ad βελέων. Py. 4. 221, sc. Ἰάσονος. κείνῳ, pro αὐτῷ, Py. 3. 135. σὺν, Ist. 6. 46, sc. Τελαμῶνι. κεῖνον, scil. τὸν Ἱέρωνα, et monstrat quasi, Ol. 1. 163. γὲ καὶ, Py. 5. 76, et est ibi admirantis. πυρσὸν ὕμνων, Ist. 4. 74, illam facem hymnorum. ἐκείνων τε, τῶν τε, i. e. Ἀρκάδων καὶ Συρακουσίων, Ol. 6. 174. φυτευθέντες, illorum posteri, Py. 4. 256. ἰάχαις, Ne. 3. 18, sc. νεανιῶν, illorum juvenum vocibus. κείνοις εἰπὼν, Py. 4. 187, sc. Chironi et suis. κείναν πόλιν, sc. Αἴτνην, Py. 1. 118. κεῖναι, sc. ἡμίονοι, Ol. 6. 41. κεῖνο, Py. 1. 47, sc. ὁ Τυφώς. κεῖνο κεῖνο ἦμαρ διαίτησε, Py. 9. 121, illud ille dies peregit. ἐκεῖνος ἂν εἴποι, Ol. 8. 81, sc. Melesias.

Κεινὸς, Ionicè et ob metrum pro κενὸς, ἡ, όν. *vacuus.* κεινὸς εἴην, Ol. 3. 81, frustra essem; sc. si ulteriorem felicitatem expeterem mihi; μάταιος ἂν εἴην, εἰ ζήτησα τοῦτο. cæterum est ea phrasis Dorica, nullâ additâ conjunctione ad εἴην: Δωριεῖς γὰρ εἰσιν ὀλιγοφραδεῖς καὶ συλληπτικοί, amant brevitatem phrasium. κεινὰν παρὰ δίαιταν, Ol. 2. 116, propter inanem et inopem victum, διὰ τὴν πενίαν.

Κείρω, fut. κερῶ, et Æol. κέρσω. *demeto, deseco, everro.* ἐκ λεχέων κεῖραι μελιηδέα ποιὰν, Py. 9. 64, e lectis demetere mellitam herbam. κερθέντες πλόκαμοι, Py. 4. 145, detonsi cirri. nam in viros recepti tondebant capillos: in specie, τοῖς ποταμοῖς τὰς πρώτας κόμας ἀπεκείροντο οἱ ἀρχαῖοι. h. l. iste, sicut Achilles, τὴν πρώτην κόμην οὐκ ἐκείρατο θεοῖς εἰς ἀπαρχὴν, ἀλλὰ νέος ἦν πρωτοκόμης.

Κέκλομαι, id. quod κέλομαι. κέκλετο αὐτὸν ἐπώνυμον ὄρνιχος, Ist. 6. 78, appellabat eum agnominem τῷ αἰετῷ.

Κελαδεννὸς, ἡ, όν. Doricè pro κελαδεινὸς, *clamoris plenus.* ἐξ ἐπέων κελαδεννῶν, ex carminibus sonoris, Py. 3. 200. κελαδεννᾶς ὕβριος, Ist. 4. 14, tumultuosæ et dicacis contumeliæ. Et hoc epitheton rei ipsi valdè aptum est: nam οἱ ὑβρισταὶ sunt valdè λάλοι, dicaces et garruli. κελαδεννᾶν χαρίτων, Py. 9. 158, Gratiarum celebrantium voce sonorâ.

Κελαδέω, fut. ήσω. *clamo clarè.* ὄφρα Θέμιν κελαδῆτε, ut canatis et celebretis eam, Py. 11. 17. τίνα κελαδήσομεν, quem celebrabimus cantu, Ol. 2. 3. κόσμον ἡδυμελῆ κελαδήσω, Ol. 11. 14, ornamentum dulcisonum canam, i. e. hymnum ob victoriam. κελαδῆσαι, i. e. ὑμνῆσαι, ἀνυμνῆσαι, Ol. 6. 150. Py.

1. 112, canere, celebrare cantu claro. κελάδησε (omisso augmento) ὕμνον, cecinisset clarè cantum, Ne. 4. 26. κελαδεῖν αὐτὸν, ubi deest ὥστε, Ol. 1. 15, ad canendum, ut cantent. κελαδέοντι, Dor. pro κελαδέουσι, Py. 2. 27, cantant, χορεύουσι. κελαδέων ἀμφὶ ἀρετῇ αὐτοῦ, Py. 2. 115, cantaturus de virtute ejus: ubi est particip. f. 2. pro κελαδῶν, distracto circumflexo per insertum ε. vel est præsens pro futuro. sic et Ne. 3. 117, κελαδέων ὕμνος χάρμα, hymnus celebrans gaudium. κελαδησόμεθα χάριν, i. e. ὕμνον, Ol. 10. 96. notat ergo hoc verbum in specie, *cantum sonorâ et lætâ voce edere.*

Κελαδῆτις, ιος, ἡ. *sonorè clamans, cantans et celebrans.* γλῶσσαν κελαδῆτιν, Ne. 4. 140, linguam cantatricem.

Κέλαδος, ου, ὁ. *clamor hortantis, sermo clarâ voce.* Py. 4. 107, κελάδῳ αὐτομάτῳ, spontaneâ voce et elocutione, non per quæstionem elicitâ.

Κελαινεγχὴς, έος, ὁ, ἡ. *atram hastam habens.* a κελαινὸς, i. e. μέλας. et quia κελαινὸς etiam *colorem cruoris* designat, hinc est, *cruentam hastam gerens.*

Κελαινεφὴς, έος, ὁ, ἡ. *nigricante colore apparens.* κελαινεφέων πεδίων, Py. 4. 93, nigricantium camporum; qui est tractus Libyæ Cyrenaïcus, ob fœcunditatem et terræ præstantiam hoc epitheto insignitus; vel et, quòd ibi sæpè pluit, quod in aliis tractibus non sæpè solet.

Κελαινῶπις, ιδος, ἡ. *nigricante vultu, fuscus.* κελαινῶπιν νεφέλην, Py. 1. 13, atram caliginem, quæ obversatur oculis dormire volentibus; et somnus plenus est ἡδὺ βλεφάρων κλαΐστρον, suave claustrum oculorum, ut ibi statim additur.

Κελαινὼψ, ῶπος, ὁ. idem. κελαινώπεσσι Κόλχοις, Py. 4. 377, fuere enim colonia Ægyptiaca, hinc erant μελανόχροες.

Κέλευθος, ου, ἡ. *via.* et plur. κέλευθα, ων, τά. οὐ προσάντης ἡ κέλευθος, non ardua est via, Ist. 2. 48. ἐστί μοι μυρία κέλευθος, Ist. 4. 2, est mihi infinita via et methodus. φείσασθαι κελεύθου, abstinere ab itione et profectione, Ne. 9. 48. κελεύθῳ ἐν καθαρᾷ, in viâ purâ ab obstaculis, Ol. 6. 39. ναυσὶ ἁλὸς βαθεῖαν κέλευθον ἀνοίγων, Py. 5. 118. conf. ἀνοίγω. τέτραπται ἔργων καθαρὰν ἀνὰ κέλευθον, Ist. 5. 29, conversa est civitas in puram viam factorum. ἔργα ζωοῖσιν ὁμοῖα κέλευθοι φέρον, Ol. 7. 96, viæ et vici apud Rhodios ejusmodi artificiosa signa ostendebant, τὰ ἄμφοδα ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. μυρίαι ἔργων καλῶν τέτμηνται ἑκατόμπεδοι κέλευθοι, Ist. 6. 32, ubique egregiè fecistis. κελεύθοις ἁπλόαις ζωῆς, Ne. 8. 60, viis simplicibus. πάντων οἶσθα πάσας κελεύθους, Py. 9. 81, methodos omnes omnium et causas medias: et sermo est de Deo omniscio. κελεύθους πόντου εὔφρονας ἐκάλει Ζῆνα, Py. 4. 347, poscebat Jovem cursus placidos per mare. κέλευθος est ab ἐλεύθω, eo, præfixo κ.

Κελεύω, fut. εύσω. *jubeo, hortor.* κελεύεις, μὲ αὐτῷ στήλην θέμεν, jubes, ut ei columnam statuam, Ne. 4. 130. αὐτὴν χεῖρας ἀνασχεῖν, Ol. 7. 117, jussit, sc. ὁ Ἥλιος personificatus, eam manus tollere. διακρῖναι ποδῶν ἀέθλοις, Py. 9. 203, jussit dijudicare per cursum.

Κέλομαι, idem. κέλεται γὰρ Φρίξος, ἐὰν ψυχὰν κομίξαι, jubet enim is, ut animam suam reportemus ex terrâ peregrinâ, Py. 4. 283. ἐνυπνίῳ πιθέσθαι μιν κελήσατο, jubebat eum

parere somnio, Ol. 13. 113. στάντα μιν σπονδαῖς ἄρξαι κελήσατο, Ist. 6. 54, stantem eum auspicari libationibus jubebat: ut ergo et a. 1. med. quasi a κελεόμαι, sit in usu.

Κενεὸς, ὰ, όν. *vacuus, inanis.* κενεᾶ πραπίδι, vanâ mente, ματαίᾳ, Py. 2. 112. κενεὰν γνώμην, Ne. 4. 65, consilium inane. κενεὰ πνεύσαις, Ol. 10. 111, postquam spiravit et laboravit incassùm; ut neutrum plurale sit adverbialiter.

Κενεόφρων, ονος, ὁ, ἡ. *vana sentiens.* κενεόφρονες αὖχαι, gloriationes vanæ, Ne. 11. 38.

Κεντέω, fut. ήσω. *pungo.* κεντεῖ νῶτον, Py. 1. 55, pungit dorsum, sc. id cui incubat.

Κέντρον, ου, τὸ. *stimulus, aculeus.* πρὸς κέντρον λακτίζειν, Py. 2. 173, proverbium de bubus, contra stimulum calcitrantibus, et sic plures dolores sibi creantibus: usus proverbii est, si quis potentioribus adversatur in majus suum damnum. ἐμβάλλων κέντρον αἰανὲς τοῖς βουσὶ, Py. 4. 420, de aratore; immittens stimulum gravem bubus, et sic acriter agens eos.

Κεραΐζω, fut. ΐσω. *incurso et contundo cornibus.* deinde metaph. *vasto, occido.* κεράϊζε θῆρας, conficiebat et configebat feras, Py. 9. 39, incursabat eas.

Κεραυνὸς, ου, ὁ. *fulmen cum tonitru.* κεραυνὸν αἰχμητὴν πυρὸς, Py. 1. 8, pro, πῦρ κεραυνοῦ αἰχμητοῦ. κεραυνὸν πυρφόρον ψολόεντα, Ne. 10. 133, πλῆξε, contorsit fulmen fuliginosum et fumans. κεραυνῶν πρύτανιν, Py. 6. 24, Deum.

Κεραυνόω, fut. ώσω. *fulmino, fulmine percutio.*

Κεράω, fut. άσω. *infundo in pocula, misceo, tempero.* οὔτε γῆρας οὐλόμενον κέκραται ἱερᾷ γενεᾷ, Py. 10. 65, nec senectus damnosa admixta est sacræ genti. ὥρᾳ κεκραμένον, Ol. 10. 123, floridâ ætate perfusum. πλοῦτον ἀρετῇ κεκραμένον, Py. 5. 2. divitias cum virtute sociatas. αἷμα ἐκ τοῦ καὶ τοῦ κεκραμένον, sanguis (i. e. origo) mistus ex his illisque parentibus, Ne. 11. 46.

Κερδαίνω, fut. ανῶ. *lucror.* ἀγαθοὶ ἡρώων πολεμισταὶ λόγον (i. e. ὕμνους) ἐκέρδαναν, Ist. 5. 33, boni inter heroës bellatores famam lucrati sunt: Doricè pro ἐκέρδηναν.

Κερδαλέος, α, ον. *prudens, attentus ad commodum et utilitatem, vafer, callidus.* κερδαλέον τοῦτο τελέθει, Py. 2. 143, lucrosum istud est. Nam apud recentiores τὸ κέρδος magis determinatum est ad lucri notionem: apud Homerum significat latiùs et honestiùs.

Κερδίων, ονος, ὁ, ἡ. τὸ κέρδιον. *utilior, commodior.* κερδίων οὔ τοι ἅπασα ἀλήθεια, Ne. 5. 30, utilis non sanè omnis veritas: et ibi compar. loco positivi.

Κέρδος, εος, τὸ. *utilitas, commodum.* κέρδος δόλιον, Py. 4. 248, lucrum iniquum, commodum dolo malo partum. φίλτατον, maximè amabile lucrum, Py. 8. 17. ὕψιστον, summum, Ist. 1. 73. κέρδει δὲ, respectu commodi quod nanciscuntur; et est casus sextus, Py. 2. 142. κέρδει καὶ σοφία δέδεται, lucrum etiam sapientia amare solet, Py. 3. 96. ὑπὸ κέρδει, Ne. 7. 26, sc. præsentis venti. κέρδει κλέπτεται αἰδὼς, Ne. 9. 79, lucro surripitur verecundia. κερδέων μέτρον, Ne. 11. 62, lucrorum modum oportet tenere. κέρδεσιν εὐτραπέλοις, Py. 1. 179, jocularibus lucris, quorum invidiam jocis elevant homines faceti et parasitici.

Κευθμὼν, ῶνος, ὁ. *latebra.*

Κεύθος, εος, τὸ. *specus obscurus, locus subterraneus.* ὑπὸ κεύθεσι γαίας, Ne. 10. 105, apud inferos, ὑπὸ τοῖς κευθμῶσι γῆς.

Κεφαλὴ, ῆς, ἡ. *caput.* κεφαλῆς βαλεῖν, Ol. 1. 93, quòd lapis sit casurus in caput. λίθον ὑπὲρ κεφαλῆς, Ist. 8. 20, et utroque loco sermo est de Tantalo, cui, ex fictione recentiorum, superpendet grande saxum jam jam casurum. κεφαλῇ ἑῇ, capiti suo, i. e. sibi, Ol. 6. 103. κεφαλῇ νέᾳ, i. e. νέος ὤν, Py. 11. 53. κεφαλῇ ἀταρβεῖ, capite intrepido, Py. 9. 54, i. e. ipsa intrepida. κεφαλὴν τοῦ ἔπραθε, Py. 9. 140, amputavit caput ei. κεφαλᾶν πολλᾶν νόμον, Py. 12. 41, i. e. πολυκέφαλον legem; et sermo est de tibiâ, quæ multa et variè sonantia habet foramina exaltata; quasi ista elata foramina essent capita sibilantia aut sonantia. κεφαλαῖς ὑπὸ παρθενίοις, ὀφίων τε, Py. 12. 16, a virginibus et a serpentibus.

Κεφάλαιος, ου, ὁ, ἡ. *capitalis.* κεφάλαια λόγων, Py. 4. 206, i. e. τὰ μείζονα καὶ καίρια.

Κήδω, *funesto.* in mediâ formâ, κήδομαι, *curo, procuro.* καδόμενοι, Doricè, i. e. ἐπιμελούμενοι, solicitè curantes, Ol. 6. 79.

Κῆλον, ου, τὸ. *lignum, sagitta.* κῆλα δὲ καὶ δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί τε Λατοΐδου σοφίᾳ βαθυκόλπων τε Μουσᾶν, Py. 1. 21, ubi κῆλα cum his adjectis dicuntur *concentus musici:* sic et alibi βέλος ponitur pro *vi poëticâ* et *musicâ.*

Κιθαρίζω, fut. ίσω. *citharâ cano.*

Κίθαρις, ιος, ἡ. *cithara.* κίθαριν ἔπορε, Py. 5. 87, i. e. κιθαριστικὴν ἐμπειρίαν.

Κικλήσκω, *voco, nomino, invoco.* κικλήσκων προσηύδα με, Py. 4. 212, nominans allocutus est me.

Κινδυνεύω, fut. εύσω. *discrimen et periculum adeo.* κεκινδυνευμένον, cum periculo susceptum, Ne. 5. 26.

Κίνδυνος, ου, ὁ. *periculum, discrimen.* κίνδυνος μέγας οὐ λαμβάνει φῶτα ἄναλκιν, Ol. 1. 129, periculum magnum non recipit nec occupat virum imbellem, i. e. οὐδεὶς ἄναλκις ὑπομένει περὶ τῆς ψυχῆς κινδυνεύειν, de vitâ periclitari. κίνδυνος τίς, Py. 4. 125, quis labor periculosus occupavit eos? ἅπας, Ne. 8. 35, est totum periculosum. ἱέμενοι, Py. 4. 368, tendentes. κίνδυνον αὐτῆς, Ne. 9. 83, pugnæ. κίνδυνος est a κινεῖν δύνην, vel ὀδύνην, *movere ærumnam.*

Κινηθμὸς, ου, ὁ. *motus corporis.* κινηθμὸν ἀμαιμάκετον πετρᾶν, concursum ineluctabilem petrarum, Py. 4. 370; nam illæ duæ petrosæ insulæ finguntur natantes, et concurrentes secum.

Κινητὴρ, ῆρος, ὁ. *concussor, quassator.* de Neptuno, Ist. 4. 32.

Κινύρας, ου, ὁ. rex Cypri insulæ. Recentiores faciunt simul eum sacerdotem Veneris Cypriæ; adduntque eum, valdè divitem, excepisse hospitio Græcos cum classe ad se venientes, et promisisse etiam se missurum commeatus largos in castra: sed, quia id facere neglexerit, diris devotum esse absentem ab Agamemnone.

Κιρνάω, et κίρνημι, *infundo in pocula, misceo, tempero.* κρητῆρα Μουσᾶν κίρναμεν (præs. indic. a κίρνημι) μελέων, Ist. 6. 3, infundimus et replemus poculum Musarum canticis: nisi μελέων (pro μελῶν, a τὸ μέλος) Μουσᾶν jungendum est, ut sit, poculum canticorum Musicorum infundimus et præbemus gustan-

dum. κόμπον ἀοιδῇ κιρνάμεν, infin. pro κιρνάναι, Ist. 5. 31, gloriationem et hilaritatem miscere cantu. κιρναμένη ἔερσα, Ne. 3. 135, commixtus vel affusus ros.

Κισσοφόρος, ου, ὁ. *hederam gestans.* epitheton τοῦ Διωνύσου, Ol. 2. 50, nam hedera, si in capite gestetur, dicitur ebrietati resistens.

Κιχέω, fut. ήσω. *consequor, nanciscor.* αἰετὸν κίχε, vel aquilam adsequi potest celeritate, Py. 2. 92, καταλαμβάνει. κίχε νιν, invenit eam, Py. 9. 45. κιχὼν παῖδα, Py. 3. 76, apprehendens puerum, accedens ad eum.

Κίων, ονος, ὁ. et Atticè Ionicèque, ἡ. *columna.* κίων οὐρανία, Py. 1. 36, i. e. mons Ætna, altè in aërem exsurgens, utpote cujus summum cacumen nubes plerumque superat. κίονα ἀστραβῆ Τροίας, ἄμαχον Ἕκτορα, Ol. 2. 146, firmam columnam Trojæ, invictum Hectora. κίονα δαιμονίαν ὑπέστησε ξένοις, Ol. 8. 36, supponit hospitibus columnam divinam, i. e. justè tuetur hospites. ὑπὲρ κιόνων Ἡρακλέους, Ne. 3. 36, ultra columnas Herculis. σὺν κιόνεσσιν ὀρθαῖς διοποσύναις, Py. 4. 475, rectis columnis herilibus, inter columnas rectas heriles.

Κλαΐς, Dor. pro κληΐς, ῖδος, ἡ. Ion. idem ac κλείς. *clavis, sera.* κρυπταὶ κλαΐδες ἐντὶ (Dor. pro εἰσὶ) σοφῆς πειθοῦς ἱερῶν φιλοτήτων, Py. 9. 69, occultæ claves sunt sapientis suadelæ sacrorum amorum; et dicit κληΐδες, quia cor amasiæ occlusum quasi est, aperiendum prudenti persuasione; quam artem non omnis novit, quæ tamen plurimùm valet. cæterum in textu h. l. penultima syllaba est correpta, κληΐδες, ob metrum. Ἡσυχία, ἔχουσα κλαΐδας ὑπερτάτας βουλῶν τε καὶ πολέμων, Py. 8. 4, ubi Ἡσυχία personificata est, studium pacis et tranquillitatis, ἡ Εἰρήνη. Ea multùm valet domi in consiliis habendis: nam quid boni ex factiosis conventionibus inter senatores oriri possit? valet et in bello, ut id tantummodo pacis consequendæ aut custodiendæ causâ geratur.

Κλαΐστρον, Dor. pro κληΐστρον, ου, τό. *claustrum, sera.*

Κλᾶρος, Dor. pro κλῆρος, ου, ὁ. *sors.* κλᾶρος προπετής, Ne. 6. 107, sors temeraria, i. e. iniqui judices. κλᾶρον βαθὺν, Ol. 13. 87, magnas opes, magnam rem familiarem. κλάροις ἱεροῖς θεοπροπέων, vaticinans, oracula edens, ὁ Μόψος, Py. 4. 338, sortibus sacris μαντευόμενος iste magnus vates: et erat hic mos exquirendi fata antiquus, ut essent ἐπὶ τῶν ἱερῶν τραπεζῶν ἀστράγαλοι, οἷς ῥίπτοντες ἐμαντεύοντο, e. c. ἐὰν βάλλοντός μου τόδε ἀναβῇ, ἀποτελεσθήσεται τόδε, εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἀποτελεσθήσεται. possunt huc conferri *Prænestinæ sortes.*

Κλαρόω, Dor. pro κληρόω, fut. ώσω. *sorte adsigno, proprium do sorte; sorte eligo.* πότμος ἐκλήρωσεν ὑμᾶς Διΐ, Ol. 8. 19, Parca et Fortuna conciliavit vos Jovi, quia vos pluribus certaminibus Jovi sacris victoriam adepti estis.

Κλεεννὸς, ὴ, όν. *famâ celebratus aut celebrandus.* κλεεννᾶς Πυθιάδος, i. e. εὐδόξου, Py. 5. 25.

Κλεΐζω, fut. ίσω et ίξω. *celebro famâ, memoro cum laude.* κλεΐξειν, cantaturum et celebraturum me esse, Ol. 1. 176.

Κλεινὸς, ὴ, όν. idem quod κλεεννός. κλεινὸς οἰκιστὴρ, Py. 1. 59, inclytus conditor urbis.

Κλειτὸς, ὴ, όν. *celebratus famâ, eximius.*

Κλέος, εος, τὸ. *fama, sermo vulgatus.* et per addita vel ex contextu determinatur, gloria sit, an sinistra fama. λάμπει δέ οἱ κλέος, splendet ei fama, Ol. 1. 37. et 151, τηλόθεν δέδορκε, conspicitur ex longinquo. βαθὺ, Ol. 7. 97, gloria alta et elata. ἀρεταῖς ἑλέσθαι, Ol. 9. 154, famam virtutibus adsequi. πρὸς πελώριον, ad ingentem gloriam, Ol. 10. 24, ὤρμησε, accedere fecit eum. αἰχμῆς ἄνθησε, Py. 1. 128, gloria hastæ, i. e. virtutis bellicæ, floruit. κείνου κατὰ κλέος, ad famam de eo, Py. 4. 221. ἐμὸν, gloria mea, Py. 5. 97, cujus et ego Pindarus sum particeps, utpote unus τῶν Αἰγειδᾶν, siquidem ex eâ familiâ nobili fuit. ἐτήτυμον ἄγων, Ne. 7. 92, afferens laudem veram. δύσφαμον κλέος μὴ προσάψαι παισὶ, Ne. 8. 62, sinistram famam non adjungam filiis: ubi vides ambiguitatem vocis κλέος, in se. ἀνθῆσαι αὐτῷ, Ne. 9. 94, famam celebrem floruisse ei. ποθεινὸν ἔπραξε, Ist. 5. 10, desiderabilem gloriam acquisivit sibi. ἀΐει, Ist. 6. 36, audit famam ejus. μέγιστον αὔξων, Ist. 7. 42, maximam gloriam accumulans.

Κλέπτω, fut. ψω. *clàm habeo, clàm subduco; furor.* σοφία δὲ (τοῦ Ὁμήρου) κλέπτει, παράγοισα μύθοις, Ne. 7. 34, solertia ejus clàm insinuat se, vel et, occultat se sub figuris variis; et decipit narrationibus, nisi probè attendas. κλέπτει αὐτὸν (Ἀπόλλωνα) οὐ θεὸς, οὐ βροτὸς, ἔργοις οὔτε βουλαῖς, Py. 3. 53, fallit eum nec deus nec homo factis aut consiliis: nemo eum vel simulando vel dissimulando prætérit, ne videat. sic et κλέπτειν ponitur Eph. 4. 28, ubi notatur is, qui clàm circumscribere alios, et simulando vel dissimulando in fraudem inducere, solitus fuit. κλέπτων θυμῷ δεῖμα, Py. 4. 171, occultans et tectum habens in animo timorem: dissimulans metum. κλέπτοισα θεοῦ γόνον, Ol. 6. 60, celans et dissimulans conceptum ex deo semen, πειρωμένη λαθεῖν ἐγκυμονοῦσα. κλέψεν Μήδειαν, furtim abduxit eam, Py. 4. 445. κλέψαις, Ol. 1. 98, clàm subducens; vel potiùs, clàm faciens id. αἰδὼς γὰρ (at enim verecundia honesta, quâ cavetur ne quid turpe committamus) ὑπόκρυφα (neut. plur. adverbialiter) κέρδει κλέπτεται, Ne. 9. 79, ubi est objectio, quâ dicitur, summam honestatem nonnunquam latenter et improvisò a lucro posse averti, et in lucri partes sensim trahi: optimi sæpè in diversa aguntur, spe lucrandi aliquid.

Κλέω, *mando famæ, celebro verbis et narrationibus et laudibus.* κλέονται ἐν φορμίγγεσσιν, celèbrantur citharis, Ist. 5. 33.

Κλεωναὶ, ῶν, αἱ. erat oppidum inter Argos et Corinthum, in colle probè munito. Non procul inde erat ἡ Νεμέα, cum campo sacro, in quo τὰ Νέμεα celebrabantur.

Κλίνω, fut. νῶ. *inclino, acclino.* κλιθεὶς μέλει τῷδε, Ne. 4. 25, applicans se et incumbens ad hoc carmen. κλιθεὶς πόρῳ Ἀλφεοῦ, Ol. 1. 148, situs, depositus, sepultus, ad alveum Alphei fluvii.

Κλισία, ας, ἡ. *sella,* it. *casa, tabernaculum.* ἀπὸ κλισιᾶν, Py. 4. 237, ex sedibus, ex domo, ubi convivati fuerant.

Κλονέω, fut. ήσω. *turbam et confusionem facio, perturbo et disturbo.* κλονέονται ψάμαθοι κύμασι, Py. 9. 85, volvuntur et agitantur arenæ fluctibus.

Κλύμενος, ου, ὁ. socer Nestoris, vir illustris, pater Ergini. Quum Argonautæ venirent in Lemnum,

Hypsipyle dabat certamen gymnicum in honorem patris Thoantis: in quo quum certaret Erginus, canis ornatus, etsi nondum senex, risere Lemniades: sed is tamen vicit. Sic et Psaumis canus vicerat.

Κλῦμι, idem ac κλύω. Iones amant reduplicationem, κέκλυθι pro imper. κλῦθι.

Κλυτόκαρπος, ου, ὁ, ἡ. *præstantes fructus ferens.* κλυτοκάρπων στεφάνων, Ne. 4. 124, coronarum celebres fructus habentium, ob gloriam, qui est fructus laborum jucundissimus et pulcherrimus.

Κλυτὸς, ὴ, όν. *celeber, de quo multum auditur, de quo multum dici debet, celebrandus.* κλυτῆς αἰῶνος, inclytæ et laudatæ vitæ, Py. 5. 7. κλυτὴν αἶσαν, memorabilem sortem, Ol. 6. 174. δαῖτα, Ol. 8. 69, i. e. περιαδομένην.

Κλύω, *vocor, audio, obedio:* κλύειν, audire, Py. 1. 175. κλύοντες, audientes, Py. 4. 103.

Κνίζω, fut. ίσω et ίξω. *scabo cum pruritu; mordeo, pungo.* κνίζον (ἔκνιζον) αὐτοῦ ὀργὴν αἰπεινοὶ (προσάντεις καὶ χαλεποὶ) λόγοι, Ne. 5. 59, i. e. ἐλύπουν. ἔκνισέ νιν, Py. 11. 36, exstimulaverit illam, quasi cum pruritu. οὐκ ἔκνισεν ὄπιν, Ist. 5. 74, non excitavit curam eorum, non solicitavit cogitationem eorum quanti sumptus in spem victoriarum facti sint, non momordit eos. μὴ κόρος ἐλθὼν κνίσῃ, Py. 8. 44, i. e. μὴ προσκορὴς ὀφθῇ ὁ λόγος μοῦ. ἔκνιξε, Py. 10. 94, mulcere solet. ἔκνιξέ μιν χάρις ἔνδον, Ist. 6. 74, titillavit eum gaudium. κνιζομένη, Ol. 6. 75, i. e. ἀλγοῦσα, ἐλυπουμένη, quo maternus affectus notatur.

Κνῖσα, et κνίσσα, ης, ἡ. *nidor ex adusto adipe.* κνίσσᾳ ἀγαζόμενοί σε, Ne. 11. 8, nidore ex sacrificiis venerantes te, O Dea: nam circumvolvebatur adeps sacris, nidoris et celerioris combustionis causâ.

Κνισσάεις, Dor. pro κνισσήεις, εσσα, εν. *nidore suavi plenus.* κνισσάεσσα πομπὴ μήλων, Ol. 7. 145, pecudum nidorosa pompa, quæ sacrificantur et adolentur ei, ut deo. κνισᾶντι, Ist. 4. 112, pro κνισήεντι, contractè κνισῆντι, et Doricè κνισᾶντι, ex quo loco vides etiam per unum sigma scribi κνισήεις.

Κνώδαλον, ου, τὸ. dicitur propriè de *leone;* is enim dormit cum sono, ut procul audiri possit dormiens; a κνώσσω. deinde, *quævis fera vel bestia* sic appellatur. κνωδάλων ὀρθιᾶν (Doricè pro ὀρθιῶν) bestiarum se erigentium in pedes posteriores, Py. 10. 56, et sermo est de asinis. ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων, Ne. 1. 76, arcere voluit injuriam bestiarum; et sermo ibi est de draconibus magnis.

Κνώσσω, fut. ξω. *dormio cum sonitu quasi serra magna duceretur.* in genere, *profundè dormio.* κνώσσων αἰετὸς, Py. 1. 16, recubans aquila, quasi dormituriens. κνώσσοντι αὐτῷ, dormienti ei, Ol. 13. 100.

Κοιλόπεδος, ου, ὁ, ἡ. *planitie intra montes instructus.* ἀνὰ κοιλόπεδον νάπος θεοῦ, Py. 5. 50, per cavum campum, ubi certamina Pythica celebrabantur.

Κοῖλος, η, ον. *cavus, concavus.* κοίλῃ ἐν νάπῃ, Ist. 3. 19, in cavo nemore, i. e. in quo nemore erat spelunca leonis Nemeæi. κοίλαν πρὸς Ἀγυιὰν, Ol. 9. 53, ad cavum et tenebricosum vicum, i. e. in sepulchrum.

Κοιμάω, fut. ήσω. *cubare et requiescere facio, sopio.* formâ mediâ, κοιμάομαι, *dormio.*

Κοινάω, fut. ήσω. *communico.* νυκτὶ κοινάσαντες (Doricè pro κοινήσαντες) ὁδὸν, Py. 4. 204, noctu viam ingressi. conf. νύξ.

Κοινὸς, ἡ, ὀν. *commune jacens vel positum.* κοινὸν σπέρμα ἀπὸ Καλλιάνακτος, Ol. 7. 170, commune semen cum Diagorâ a Callianacte: nam filia Diagoræ nupserat Callianacti: et pepererat filios egregios. κοινὸν λόγον, Ol. 10. 15, publici juris hymnum, qui evulgatur. ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς ἐγὼ, Ol. 13. 69, ego privatus in publicâ causâ (a Musis) emissus ut canam: nisi ἐν κοινῷ pertinet ad γαρύων, ut in publico narrem virtutes majorum. κοινὸν εὔξασθαι ἔπος, Py. 3. 3, publicum optare verbum, i. e. votum pro Hierone, mihi cum omnibus bonis commune. κοινὸν γάμον ἐν ἀλλήλοις μῖξαι, Py. 4. 396, communes inter se nuptias coïre, ad quas uterque consensit. κοινὰν χάριν, Py. 5. 137, communem gratiam laudum, sibi sc. ipsis et Arcesilao ἀπογόνῳ. κοινὰν γενεᾷ νίκαν, Py. 6. 15, communem generi victoriam; nam plures ex ejus majoribus victoriam curru retulerant; ergo, solennem, solitam. κοινὸν φέγγος, Ne. 4. 20, publicum lumen; et est nominativus ad ἴδος. κοινὸν ἔρχεται κῦμα Ἀΐδαο μετὰ ἀδόκητον καὶ ἐς δοκέοντα, Ne. 7. 44, communis unda Orci vadit ad non putantem et ad putantem. κοινὸν θάλος, Ist. 7. 34, commune decus. κοιναὶ χάριτες, Ol. 2. 90, communes gratiæ et laudes: nam Theron et frater Xenocrates equos communibus sumptibus aluerant; hinc ii equi missi ad certamina, utrique victoriam pepererunt, ut fratres victores pronuntiarentur. Hinc erant ὁμόκληροι, ejusdem rei participes. κοιναὶ ἔρχονται ἐλπίδες πολυπόνων ἀνδρῶν, Ne. 1. 48, communes eveniunt spes miseris hominibus, seu expectationes; i. e. eadem omnibus sunt metuenda: nescit vel opulentissimus, ubi alterius vel egentissimi ope egeat: ergo amici sunt parandi de bonis præsentibus; nam quæ alii jam miseri patiuntur, ea et nobis sunt expectanda: nemo spem habet præcipuam certam.

Κοινόω, fut. ώσω. *communico.* ἐγὼ κοινώσομαι αὐτὸν ὀάροις ἐκείνων λύρᾳ τε, Ne. 3. 19, conciliabo eum suavibus cantibus eorum et lyræ.

Κοινὼν, ῶνος, ὁ. *communicator, qui communicat suum cum aliis.* κοινᾶνι παρὰ εὐθυτάτῳ, Py. 3. 50, i. e. νόῳ, et h. l. innuitur vis ejus μαντική.

Κοινωνία, ας, ἡ. *communio.* κοινωνίαν (εἰς) μαλθακὴν, Py. 1. 189, in consortium suave.

Κοιρανέω, fut. ήσω. *impero; sum dux et caput.* θεοὶ κοιρανέοντι (Doricè pro κοιρανέουσι) χορούς, Ol. 14. 12, i. e. διατάττουσι χοροὺς δεσπόζοντες.

Κοίρανος, ου, ὁ. *dux, imperator, caput exercitûs.* Ne. 3. 109, dux militaris juventutis.

Κοίτα, Dor. pro κοίτη, ης, ἡ. *cubile, cui quis incubat dormiturus.* κοίταν ξενίαν, Py. 3. 56, concubitum cum hospite ad se recepto. κοῖται ἐννύχιαι, Py. 11. 39, nocturni concubitus.

Κοιτάζω, fut. άξω. *decumbere facio, compono in cubili.* ἀνὰ βωμῷ (ad aram) θεᾶς κοιτάξατο νύκτα, decubuerat per noctem, Ol. 13. 107.

Κολεὸς, οῦ, ὁ. *vagina,* in quam gladius intruditur et conditur.

Κολλάω, fut. ήσω. *conglutino, compingo* in genere, *conjungo alterum alteri firmiter.* κολλᾷ ὑψίγυιον ἄλσος σταδίων θαλάμων, Ol. 5. 29, conglutinat altam sylvam stabilium

domorum; i.e. ædificat urbem junctis altis domibus. Et id tribuitur fluvio proximo, quia per eum trabes et ligna ad ædificandum advehuntur, etiam naves lapidum et calcis plenæ. Μοῖσά (Doricè pro Μοῦσα) σοι κολλᾷ χρυσὸν καὶ ἐλέφαντον, Musa firmiter conjungit tibi aurum et ebur, Ne. 7. 115, i.e. connectit tibi pretiosa et pulchra, i.e. non perfunctoriè nec obiter te laudat.

Κολοιὸς, οῦ, ὁ. *graculus.* κραγέται κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται, Ne. 3. 143, nam non altè subvolant hæ aviculæ.

Κόλπος, ου, ὁ. *sinus.* κόλπου Ἀργείου, Py. 4. 87, ex sinu Argivo. κατὰ κόλπον Νεμέας, Ol. 9. 131, ad recessum Nemeæ. ἀπὸ κόλπων ἀέρος ψυχρᾶς, Ol. 13. 125, ex alto aëre. ἐκ κόλπων ἀνεμοσφαράγων, Py. 9. 7, ex sinibus ventosis montis. quibus omnibus locis hoc nomen impropriè ponitur, de *cavis recessibus,* et *receptaculis.* sic et Ol. 6. 51, ἔκρυψε ὠδῖνα κόλποις, occultavit fœtum conceptum μυχοῖς γαστρός. et Ol. 14. 33, παρὰ κόλποις Πίσης, i.e. ταῖς κοιλάσι.

Κολώνη, ης, ἡ. *collis.* κολώνην εὔδμητον ναίεις, Py. 12. 6, inhabitas benè ædificatum collem.

Κόμη, ης, ἡ. *coma.* χρυσέᾳ κόμᾳ θάλλων, Apollo, Ist. 7. 69. κόμην φαιδίμην, sc. Gigantum, Ne. 1. 104.

Κομιδὴ, ῆς, ἡ. *cura, portatio.* κομιδὴν πατρὸς, Py. 6. 39, vecturam patris, ut curru avehi posset.

Κομίζω, fut. ίσω et ίξω. *curo, fero, porto.* πόλιν κόμιζε, urbem cura, Py. 8. 142. ἐκόμιζε τὰ παρὰ Κένταυρον, portabat ea ad Chironem, Ne. 3. 84. Ἑλένην κομίζοντες, Helenam repetentes, reducere volentes, Ol. 13. 82, i.e. ζητοῦντες κομίσασθαι. ἀοιδοὶ καὶ λόγιοι (poëtæ et oratores) τὰ καλά σφιν ἔργα κόμισαν, Ne. 6. 52, circumportare solent: et σφιν est casus sextus, ipsis, sc. ἔπεσι. ἄρουραν πατρίαν κόμισον, Ol. 2. 28, i.e. ἐπιμελείας ἀξίωσον, cura eam. ἄνδρα ἐκ θανάτου κομίσαι, Py. 3. 99, reducere, recipere, ἀναγαγεῖν, et pendet infinit. ab ἔτρατε. μάχῃ κομίσαι, pugnâ repetere, Ne. 7. 41. νίκας ἐκόμιξαν, Ne. 2. 31, victorias reportaverunt. κέλεται Φρίξος, ἑὰν ψυχὰν κόμιξαι, Py. 4. 284, jubet animam suam ex barbarico solo reducere, ἀνακαλέσασθαι εἰς Θετταλίαν, ἀνακομίσαι. sic et Ne. 8. 78, τεὰν ψυχὰν reducere ab inferis. ὅλον δίφρον κομίξας, Py. 5. 66, integrum et illæsum currum referens, ἀγαγών.

Κομπέω, fut. ήσω. *sonum edo qualem ea quæ percutiuntur et pulsantur.* deinde, *glorior.* τί κομπέω, cur glorior de hâc re, Py. 10. 5.

Κόμπος, ου, ὁ. *sonus qui cædendo aut tundendo redditur.* a κόπω vel κόπτω, interserto μ. metaphoricè *jactantia.* In Pindaro significatus, ex tripudio læto deductus, obtinet, et deflectitur ad *gloriationem honestam, laudationem magnificam et lætam.* πρόσφορον ἔργῳ κόμπον ἐνιεὶς, Ne. 8. 83, accommodam operi jactantiam injiciens; i.e. gaudeo, mihi commodam in hâc operâ hujus hymni occasionem dari celebrandi artem poëticam, ut non incommodè laudes ejus jactare possim. ἀγάνορα κόμπον φέρειν τοῖς, Ist. 1. 60, tribuere illis magnificam gloriationem: et τοῖς, sc. εὑρόντεσσί νιν, i.e. ἀρετήν: ad χρὴ verò subaudiendum, τοὺς ποιητάς. μὴ φθόνει κόμπον τὸν ἐοικότα, Ist. 5. 30, ne invide gloriationem consentaneam et convenientem.

Κονία, ας, ἡ, *pulvis.* κονίᾳ ἐν

χέρσῳ, in sicco pulvere, Ne. 9. 102, ἐν τῇ γῇ τῆς Ἠπείρου.

Κόνις, ιος et εως, ἡ. idem. κόνις οὐ κατακρύπτει συγγόνων χάριν, Ol. 8. 104, cinis, qui rogis superest, non celat cognatorum gloriam.

Κόρα, et Ion. κούρα, ας, ἡ. *puella*. κούρας γενεάν, puellæ genus, Py. 9. 77. κόρᾳ ἐγχειβρόμῳ, Ol. 7. 78, i.e. Minervæ. κούρᾳ Ὑψέως, filiæ, Py. 9. 22. et 207, κόρᾳ, filiæ suæ. κούραν, Py. 3. 69, ubi sic vocat Coronidem, mortuam, ex Apolline prægnantem. κόραν Ἐπάφοιο, Py. 4. 25, i.e. Λιβύην τὴν ἡρωΐδα, a quâ terra Libya nomen accepit, et quæ terra quoque h. l. intelligitur. κόραν μάντιν, Py. 11. 49, puellam vatem, Cassandram, filiam Priami. κόραν γλαυκώπιδα, Minervam, Ne. 7. 141. κοῦραι, Py. 3. 138, sc. Thebanorum, in primis düæ filiæ Pindari, Πρωτομάχη καὶ Εὔμητις. κοῦραι ἁγναί, Py. 4. 183, filiæ incorruptæ. βαθύζωνοι Μνημοσύνης, i.e. Musæ, Ist. 6. 109. κοςᾶν Doricè pro κορῶν, amasiarum, Ol. 9. 82; sc. Protogeniæ. ἀγλαοθρόνων πεντήκοντα, Ne. 10. 2, filiarum Danaï. κούραις εὐθρόνοις, Ol. 2. 39, sc. post superata infortunia factis felicibus.

Κόραξ, ακος, ὁ. *corvus*. a sono suo sic vocatus. κόρακες ὥς, velut corvi, Ol. 2. 157.

Κόρος, ου, ὁ. *satietas*. apud Pindarum κόρος plerùmque notat *fastidium, lascivia ex nimiâ affluentiâ oriens, tædium*. κόρος ἔβη, solet aggredi, Ol. 2. 173, ubi κόρος est ὕβρις ex satietate et invidiâ oriens. conf. ἔβη. κόρος αἰανὴς ἀπαμβλύνει ταχείας ἐλπίδας, Py. 1. 160, satietas prolixitatis nimiæ molesta obtundit mentes auditorum celeres et acutas, demit iis acrem attentionem. μὴ κόρος ἐλθὼν κνίσῃ, Py. 8. 43, ne satietas superveniens molesta sit. ἔστι δὲ καὶ κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι, Ne. 10. 37, difficile est occurrere satietati, vel, incurrere in satietatem et tædium auditorum. ὕβριν κόρου ματέρα, Ol. 13. 12, quod videri possit dictum per hypallagen audacem, pro θυγατέρα: nam, ut Theognis, versu 153, habet; τίκτει τοι (parit certè) κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται ἀνθρώπῳ: ut appareat, eos, qui divitiarum et honorum pleni sunt, pronos esse ad injuriam faciendam, et ad contumeliam. Sic in contrariâ hypallage Epicharmus dixit: ἐγγύη (sponsio) ἄτης καὶ ζημίας θυγάτηρ, i.e. μήτηρ. Sed et Pindarus tamen, et Epicharmus, ab ineptâ istâ hypallages figurâ liberari possunt, si cogites, insolentiam et fastum animi contemptoris omninò facere, ut facilè fastidiamus et tædio capiamur, et deprimamus bona aliena: et si quis fataliter ad detrimenta et damna ex præcipitantiâ est factus, eum facilè etiam ad spondendum induci. κόρῳ ἕλεν ἄταν, Ol. 1. 89, διὰ τὸν κόρον, i.e. ὑπὸ τοῦ ὄγκου τῆς τιμῆς, ab onere honoris, μεγάλως ἐβλάβη: et rectè ὁ κόρος subjungitur τῷ καταπέψαι, concoquere; nam hæc est imago, quasi ebrius fuerit fortunâ secundâ. κόρῳ, Ne. 1. 98, i.e. ὕβρει. κόρον ἔχει καὶ μέλι καὶ τὰ τερπνὰ ἄνθεα ἀφροδίσια, Ne. 7. 77, et mel, et jucundi flores venerei, habent satietatem, i.e. omnium vel suavissimarum rerum est satietas. κατέχει φρεσὶν αἰανῆ κόρον, Ist. 3. 4, coërcet in animo gravem petulantiam et injuriandi libidinem, τὴν ὕβριν, cujus mater solet esse copia et satietas.

Κορύσσω, fut. ύσω. *armo, extollo, concito*. In Pindaro eleganter et

metaphoricè verbum ponitur. κορύσσειν βίον, Py. 8. 106, victum cumulare et extollere, rem familiarem augere, facere ut bona nostra caput altiùs et firmiùs extollant. κορύσσοντα ἔργον, Ist. 8. 115, strenuè armantem et exercentem opus suum: et sermo est de opere pugnæ, quod opus eleganter cum verbo militari exprimitur: est idem ferè ac κορύσσειν πόλεμον, Il. β. 273, ubi πόλεμος, pugna, est personificata, ut sit, pugnam armans et instruens, i. e. λαοὺς εἰς πόλεμον.

Κορυφὴ, ῆς, ἡ. *caput*, deinde et, *quodvis summum*. κορυφὴν κτεάνων, eximium et quasi summum inter alias possessiones, φιάλην πάγχρυσον, totam ex auro phialam, Ol. 7. 7. et 67, πατρὸς κορυφὴν κατὰ ἄκραν ἀνορούσασα Ἀθηναία, ex supremo vertice patris prosiliens: nam ex capite Jovis nata fuit Minerva. κορυφὴν ὀρθὴν λόγων, Py. 3. 142, sermonum summam veram. κορυφὴν παντὸς ἔχει καιρὸς, Py. 9. 136, opportunitas temporis valet in omni re plurimùm. ἐπὶ αὐτὴν ἀέθλων κορυφὴν, Ne. 9. 20, cacumen certaminum. κορυφαὶ λόγων, i. e. τὰ κεφάλαια, Ol. 7. 125. κορυφαῖς μελαμφύλλοις, Py. 1. 53, sub nigrifrondibus cacuminibus Ætnæ, quæ Typhœo sunt imposita. κορυφαῖς ἀφνεαῖς πολίων, excelsis et ditibus urbibus, Ne. 1. 22, estque ablativus. περὶ κορυφαῖς ἀέθλων ἁμιλλᾶται, Ne. 10. 59, certat de supremis præmiis certaminum. κορυφὰς ἀρετῶν ἀποδρέπων, Ol. 1. 21, τὰ ἐξαίρετα τῶν ἀρετῶν. et in talibus eleganter substantivum pro adjectivo ponitur: summos gradus et quasi coronam summam cujusvis præstantiæ. Sic et Ol. 2. 24, κορυφὰς ἀέθλων, præstantissima certamina et præmia; nam Olympica erant præstantissima. κορυφὴ est a τὸ κάρη, cum paragoge.

Κορυφόω, fut. ώσω. *consummo, attollo in altitudinem*. κορυφοῦται βασιλεῦσι τὸ ἔσχατον, Ol. 1. 182, supremum fastigium regibus in sublime attollitur: nam τὸ ἔσχατον est, τὸ ὕψιστον.

Κοσμέω, fut. ήσω. *orno, instruo*. κοσμεῖν νᾶσον, Ne. 6. 78, ad condecorandam insulam. ἐκόσμησαν δόμον, Ist. 1. 27, honoraverunt, ornaverunt domum. κοσμήσαις, Dor. pro κοσμήσας, Py. 9. 209, ordinans, decenter instituens. Quidam tamen ibi de κόσμῳ γυναικείῳ, quo filiam exornaverat antè, id accipiunt.

Κόσμος, ου, ὁ. propriè est, *ordo cum curâ constitutus*. notat et, *ornatum aptè dispositum, decus, decorum*. κόσμῳ φέρειν, decenter ferre, Py. 3. 148, κοσμίως καὶ ἀνθρωπίνως. κόσμον γλαυκόχροα ἐλαίας, Ol. 3. 24, glaucicolorem ornatum coronæ oleaginæ. λιπαρὸν κόσμον (ἐν) Ὀλυμπίᾳ, Ol. 8. 109, splendidum decus in Olympiâ, i. e. νίκην, et ponitur signum pro signato. κόσμον ἡδυμελῆ, Ol. 11. 13, i. e. ὕμνον. αἰγλᾶντα (pro αἰγλήεντα) Py. 2. 19, splendidum ornatum. δέδωκεν Ἀθήναις, Ne. 2. 12, ornamentum. κόσμον ποτίφορον (pro πρόσφορον), Ne. 3. 54, ornamentum commodum, i. e. argumentum laudis.

Κότος, ου, ὁ. *ira*. κότον ἀμείλιχον ἐνελάσῃ καρδίᾳ, Py. 8. 11, iram implacabilem infixerit cordi.

Κούρα, ας, ἡ. vid. Κόρα.

Κοῦρος, ου, ὁ. *adolescens*. κοῦρον θεόφρονα ἔτικτε, Ol. 6. 70, peperit puerum divinâ mente præditum. Ἰαπετιονίδος φύτλης κοῦροι, Ol. 9. 82, filii illius stirpis.

Κοῦφος, η, ον. *levis*. κούφα δόσις

ἀνδρὶ σοφῷ, leve et non molestum donum est viro docto, Ist. 1. 62, non molestum est ei, dare hoc donum, ut scil. verbis bonis suam et alterius gloriam condat. πληροῖ θεῶν δύναμις κούφην κτίσιν, efficit deorum potentia leve opus, Ol. 13. 117, i. e. κούφως. κούφοις ποσὶν, i. e. ἐλαφροῖς, Ol. 13. 163: κούφοις ποσὶν ἵσταμαι, Ne. 8. 32, consisto pedibus celeribus, cohibeo eos. ἐφαπτομένη χειρὶ κοῦφα, Py. 9. 18, leviter tangens manu.

Κραγέτης, οῦ, ὁ. *clamosus, loquax.* κραγέται κολοιοὶ, Ne. 3. 143, clamosi et garruli graculi.

Κραδία, ας, ἡ. *cor.* ἀπήμων κραδία, illæsum cor, Ne. 1. 83. σὺν ἀτρώτῳ κραδίᾳ, cum corde non vulnerato, Ne. 11. 12.

Κραίνω, fut. ανῶ. *efficio, effectum reddo.* κεῖνος κραίνει σοῦ εὐτυχίαν, Ol. 6. 139, ille, sc. Jupiter, et Mercurius, efficit tuam felicitatem. τερπνὴν κραίνειν γάμου τελευτὴν, Py. 9. 118, jucundum exitum nuptiarum perficere. κραίνων ἐφετμὰς, i. e. τελειῶν, Ol. 3. 19, exsequens mandata et instituta Herculis: et sermo est de judice in certaminibus ab Hercule institutis. τῶν κλέος ἐκράνθη, Py. 4. 311, horum gloria completa est.

Κραιπνὸς, ὴ, όν. *vehemens, celer, rapidus.*

Κράνα, Dor. pro κρήνη, ης, ἡ. *fons, scaturigo.* propriè est *fons scaturiginis,* cui deinde notio *fluenti* est adjuncta.

Κραναὸς, ὴ, όν. *quod multa quasi capita et eminentia loca habet; asper; saxosus.* κρανααῖς ἐν Ἀθήναις, i. e. τραχείαις, nam terra Attica valde alta et montana, Ol. 7. 151.

Κρανίον, ου, τὸ. *cranium, capitis anterior pars supernè.* a τὸ κάρηνον, Dor. κάρανον. κρανίοις ξένων, Ist. 4. 92, craniis advenarum, sc. Antæus exornare solebat templum.

Κρὰς, ἀτὸς, ὁ. *caput.* κρατὶ ἐπὶ ἀγκύλῳ, Py. 1. 15, super aduncè rostratum caput; de aquilâ, i. e. ῥινὶ ἐπὶ κεκαμμένῃ. κρατὶ δυσμενέων, Py. 8. 14, capiti hostium: ubi tamen alii legunt κράτει, robori, potentiæ. κρᾶτα συλήσαις Μεδούσης, Py. 12. 28, caput cùm abstulisset Medusæ: coll. 29, τόν: ut ergo ibi manifestò sit genus masculinum.

Κραταιὸς, ὰ, όν. *superans, potens, vehemens.* κραταιὸν ἔπος, valens verbum, Py. 2. 149.

Κρατερὸς, ὰ, όν. *superans, potens, fortis.* κρατερᾶν χειρῶν, Py. 11. 27, gen. plur. Dor. in malo sensu; violentium.

Κρατέω, fut. ήσω. *præsto, impero.* Θέτις κρατεῖ (ἐν) Φθίᾳ, Ne. 4. 81, regnat, dominatur; et præpositio ibi est omissa. κρατεῖ ἥλικας, superat, vincit æquales, Ne. 5. 84. πάχει μάκει τε ναῦν κράτει, pro ἐκράτει, Py. 4. 436, navem superabat et excedebat crassitie et longitudine, ὑπερέβάλλετο: et sermo est de dracone. ποσσὶ κράτεσκεν, Ne. 3. 90, pro κρατέεσκεν, quæ Ionica est forma pro ἐκράτει, prævalebat pedibus. κράτησεν, vicit, Ne. 6. 61. ἐκράτησε στέφανον, Ne. 10. 46, obtinuit victoriâ suâ coronam. κράτησαν ἔργον, Ol. 9. 126, obtinuerunt opus, i. e. vicerunt. κρατεῖν ἐπιχθονίων, Ol. 7. 94, mortales superare, excellere. κρατέων, Py. 2. 9, i. e. νικῶν. sic Ist. 3. 21, ἱπποδρομίᾳ.

Κρατὴρ, et Ion. **κρητὴρ, ῆρος, ὁ.** *crater; vas capacius, in quod vinum ex amphorâ infundebatur, et ex quo deinde in pocula minora.* κρητὴρ γλυκὺς ἀοιδᾶν, Ol. 6. 155, dispen-

sator suavis cantionum; et sic vocat præcentorem hymnorum, qui convivas participes facit hymni, sicut crater vini. παρὰ κρατῆρα, Ne. 9. 118, apud craterem, i.e. in συμποσίῳ, ubi bonum præbetur vinum, vox poëtæ et cantoris fit confidentior et animosior. συμποσίου δεύτερον κρατῆρα, Ist. 6. 2, ubi non notat alterum haustum, sed alterum craterem denuò impletum, priore jam exsiccato a convivis. Ex quo patet crateres fuisse admodum capaces. Bacchus ipse sic loquens inducitur alibi:

τρεῖς γὰρ μόνους κρητῆρας ἐγκεραννύω
τοῖς εὖ φρονοῦσιν· τὸν μὲν Ὑγίειας ἕνα,
ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον,
Ἔρωτος Ἡδονῆς τε· τὸν τρίτον δ' Ὕπνου,
ὃν εἰσπιόντες, οἱ σοφοὶ κεκλημένοι,
οἴκαδε βαδίζουσιν· ὁ δὲ τέτρατος οὐκ ἔτι
ἡμέτερός ἐστι, ἀλλ' Ὕβρεως &c.

quartus crater, i.e. quartâ vice repletus, est insolentiæ. h.l. autem Pindarus per primum craterem intelligit hymnum ob victoriam Nemeam huic viro cantatum, Ne. 5. alter crater est hic hymnus Isthmicus.

Κρατησίμαχος, ου, ὁ, ἡ. *victoriosè pugnans.* κρατησίμαχον σθένος υἱῶν, Py. 9. 150, robur victoriosum filiorum, i.e. filios victoriosos.

Κρατησίπους, οδος, ὁ, ἡ. *vincens pedibus et cursu.* κρατησίποδα ἔθηκε, victorem cursu fecit eum, Py. 10. 25.

Κρατήσιππος, ου, ὁ, ἡ. *validos et victores equos regens et continens.*

Κράτιστος, η, ον. *fortissimus; maximè superior.* κρατίστου θεῶν, Ol. 14. 20. Jovis. τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν, Ol. 9. 152, quod naturæ est, præstantissimum omne. ὃν κράτιστον, quem fortissimum, Ne. 7. 39. κτεάνων κρατίστην χάριν, præstantissimum donum inter opes alias, Py. 11. 89. κράτιστοι, excellentissimi, Ist. 1. 25.

Κράτος, εος, τό. *robur, superioritas, potentia.* κράτος Ζηνὸς, Ol. 6. 162, i.e. τὸν Δία. κράτος ἐξέφηναν αὐτῷ ἐς γένος, potentiam exhibuerunt ei in posteros, Ne. 4. 110. ἀέθλων κράτος, i.e. νίκην, Ist. 8. 7. κράτει, i.e. νίκῃ, Ol. 1. 34. et 126, κράτει πέλασον με, victoriæ admove me. ἐν ἅπαντι κράτει, in omni victoriâ, Ol. 10. 97: nam ante victorum laudes, mos erat Jovi hymnum canere. κράτει δυσμενέων, robori hostium, Py. 8. 14, ubi tamen alii aptiùs legunt κρατὶ, i.e. κεφαλῇ, hostili capiti objectat se repugnando; sumptâ imagine a cervis aut tauris.

Κρέας, ατος, τό. *caro edulis.* a κρέω, *primus sum;* nam *regnat* quasi inter cibos. τραπέζαις ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν σοῦ διεδάσαντο, Ol. 1. 80, de Pelope mactato: circa ultima convivii mensis distribuebant de carnibus tuis. conf. δεύτατος. κρεῶν ὕπερ, Ne. 7. 61, propter carnes, in sacrificio: et sermo est ibi de Neoptolemo, qui ægrè ferens carnes sacras injustè dividi, et prohibere conatus, cæsus est Delphis.

Κρέμημι, et **κρεμάω**, fut. ησω. *suspendo.* κρέμαται, sc. ἔντεα, pendent arma vel instrumenta, Py. 5. 46, i.e. ἀνίερωται, pendent dedicata ad templum. Nam Apollini dedicabatur et suspendebatur currus victor. ἀμπλακίαι (errores) κρέμανται, Ol. 7. 45, ubi vides significatum metaphoricum, adhærent, affixi sunt. κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν ἐμβόλου, suspenderunt anchoras in altum sublatas super paxillum navis in prorâ, Py. 4. 341.

Κρέσσων, ονος, ὁ, ἡ. *superior, præstantior.* κρέσσων οἰκτιρμῶν φθόνος, Py. 1. 164, malo invidiam quàm misericordiam; hinc epigramma:

ὁ φθόνος οἰκτιρμοῦ, κατὰ Πίνδαρον, ἐστὶν ἀμείνων. κρέσσων ἀνὴρ καταπαύει δίκην, Ne. 9. 35, vir præstantior et prudentior sedat litem, ut Adrastus fecit magno suo fratrumque commodo, reconciliato per affinitatem Amphiarao. κρέσσον βέλος κεραυνοῦ, Ist. 8. 72, 74, fulmine aliud fortius telum. νόον κρέσσονα ἡλικίας, Py. 5. 146, animum præstantiorem ætate suâ, ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν τὸν νοῦν καὶ τὴν φρόνησιν ἔχων. κρέσσονα τέρψιν, Py. 8. 130, præstantiorem delectationem. τέχνη ἀνδρῶν χειρόνων (i. e. ὁ δόλος καὶ μηχανή τις deteriorum hominum) ἔσφαλλε καὶ κρέσσονα, Ist. 4. 56, etiam præstantem virum labefactare potest. οὐδὲ ἀλλοτρίων ἔρωτες ἀνδρὶ φέρειν κρέσσονες, Ne. 3. 52, neque desideria bona sunt (comparativus pro positivo, ut sæpè) ἀνδρί, i. e. τινὶ, alicui, de alienis aliquid afferre: alienas laudes nemo debet appetere sibi. κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν, Ol. 2. 43, præ bonis potioribus, πένθος βαρὺ πιτνεῖ, concidit gravis dolor. νεῖκος κρεσσόνων ἀποθέσθαι ἄπορον, Ol. 10. 47, contentionem potentiorum amoliri difficile est. χαλεπὴ ἔρις, ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων, Ne. 10. 136, difficilis contentio, hominibus negotium habendo cum potentioribus et fortioribus: utroque loco in significatu primo: cæterùm ὁμιλεῖν regit dativum ἀνθρώποις, et κρεσσόνων est pro ἐκ τῶν κρεσσόνων, cum viris qui sunt ex numero fortiorum. κρέσσονας κτεάνων ψυχὰς, Ne. 9. 77, divitiis præstantiores animas habentes.

Κρέων, οντος, ὁ. *imperans, regens.* κρέοντι οὐρανοῦ δόκιμον, regi cœli gratum, i. e. Jovi, Ne. 3. 17.

Κρημνήμι, *suspendo.* ἄγκυραν κρημνάντων, sc. ἡμῶν, suspendentibus nobis ancharam sublatam, Py. 4. 43, qui est gen. plur. part. præs. κρημνὰς, suspendens.

Κρημνὸς, οῦ, ὁ. *declivitas loci,* quæ eadem est et *acclivitas.* ἐπὶ κρημνοῖς ζαθέοις Ἀλφειοῦ, Ol. 3. 39, divinis in ripis declivibus Alphei fluminis. παρὰ Βοιβιάδος κρημνοῖς, Py. 3. 61, ad ripas lacûs illius.

Κρηπὶς, ῖδος, ἡ. *calcei* species. item, *fundamentum.* κρηπῖδα, i. e. βάσιν καὶ ἀρχὴν, fundamentum et initium, Py. 4. 245. κρηπὶς est a ῥάπις, *calceamenti* species.

Κρητὴρ, ῆρος, ὁ. vid. Κρατήρ.

Κρίνω, fut. ινῶ. *separo, judico.* πότμος κρίνει συγγενὴς περὶ πάντων ἔργων, Ne. 5. 73, fortuna congenita (cuique nascenti a Deo contributa) judicat (et eventum faustum vel minus adjudicat) circa omnia illius hominis opera: ut cujusque fortuna est, ita habet eventum operum suorum, πότμος κυβερνᾷ ἔργα πάντα. ἔκρινας ἂν κίνδυνον αὐτῆς, Ne. 9. 83, dijudicâsses sanè periculum pugnæ, i. e. crevisses ferro. κρίνεται ἀλκὴ διὰ δαίμονας ἀνδρῶν, Ist. 5. 13, virtus dijudicatur et æstimatur secundum fortunas et divitias hominum: quò quis est fortunatior et ditior, eò plus virtutum habere putatur. πεῖρας θανάτου οὔτι κέκριται, Ol. 2. 56, terminus mortis nullus cognitus est, πεφανέρωται, γνώριμόν ἐστι ὁπότε ἔσται. εὐφροσύνη ἄριστος πόνων κεκριμένων ἰατρὸς, Ne. 4. 2, i. e. συντελεσθέντων, κρίσιν λαβόντων· molestiarum dijudicatarum et finitarum medicus optimus est lætitia subsequens. διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένη δύναμις, ὡς τὸ μὲν οὐδὲν, Ne. 6. 4, i. e. διακεκριμένη, κεχωρισμένη, tota diversa potentia discrimen facit (sc. inter Deos et homines; nam potentia Deorum longè est alia;) quòd hoc quidèm, sc. humanum genus, nihil sit. τοῖς

νόστος οὐκ ἐπαλπνος κρίθη, pro ἐκρίθη, Py. 8. 121, adjudicatus illis est reditus non delectabilis. ἐν Πυθιάδι (in regione Pythicâ) pertinet ad ἐκρίθη; et phrasis est poëtica: in illâ terrâ certantibus, non datus est jucundus reditus domum, quia victi sunt. οἱ μὲν κρίθεν, pro ἐκρίθησαν, Py. 4. 300, i. e. διεκρίθησαν, διεχωρίσθησαν, diversi abierunt. ἀρετῇ κριθεὶς, Ne. 7. 10, ex virtute judicatus, et probatus, et conspicuus; excellens et præstans virtute.

Κριὸς, οῦ, ὁ. *aries.* πάγχρυσον νάκος κριοῦ, Py. 4. 121, de aureo vellere.

Κρίσις, εως, ἡ. *judicium, discrimen.* κρίσις ἀμφὶ ἀέθλοις, Ol. 7. 146, judicium de certaminibus, i. e. ἀγὼν ἄγεται. κρίσιν ἐπιδείξαντο, Py. 4. 451, exhibuerunt specimen judicio subjiciendum. πρὸς ἀέθλων κρίσιν, Ne. 10. 43, ad judicium de præmiis.

Κρίσσα, ης, ἡ. et Κίῤῥα, ας. urbs Phocensium, ζαθέη, quia ibi Δημητρέων ἐπιφανὴς, imò et sacra Apollini. Κρισαῖον λόφον, sc. πρὸς, ad, Py. 5. 49, in campo Crisæo, ubi certamina Pythica. Crissa est navale Delphorum, distans a Delphis stadia sexaginta.

Κριτὸς, ἡ, όν. *electus, selectus, egregius.* κριτὸν γένος, i. e. ἔκκριτον, Py. 4. 89, lectum. κριτοῦ πατραδελφεοῦ, Ist. 8. 143, eximii.

Κρόκα, Dor. pro κρόκη, ης, ἡ. *trama.* κρόκαις μαλακαῖς, Ne. 10. 83, notat ergo *subtegmen* in texturâ.

Κρόκεος, α, ον. *croceus, crocei coloris.* κρόκεον εἷμα, vestimentum κροκοβαφὴς, Py. 4. 413, quod gestabat dux Jason.

Κροκωτὸς, ἡ, όν. idem. κροκωτὸν -άργανον, Ne. 1. 58, i. e. κροκοβαφὴς, utpote principalis infans. τὸ κροκωτὸν, sc. εἷμα, absolutè et quasi substantivè ponitur, pro veste principali et ducali.

Κρόνος, ου, ὁ. Saturnus, pater Jovis. παρὰ τύρσιν, ad Saturni urbem munitam, Ol. 2. 127, nam is est præses insulæ beatorum. Py. 3. 5, Οὐρανίδου, nam Saturni pater fingitur ὁ Οὐρανός. Κρονίου Πέλοπος, Ol. 3. 41, nam avia Pelopis fuerat filia Saturni. Κρόνιον παρ' ὄχθον, Ol. 9. 4. ad collem Saturnium; qui et absolutè dicitur τὸ Κρόνιον, juxta Olympiam, Ol. 1. 179. Κρονίου πὰρ τεμένει, ad sacrarium Saturnii Jovis, i. e. Olympiæ, Ne. 6. 105.

Κρουνὸς, οῦ, ὁ. *torrens.* nam propriè οἱ κρουνοὶ sunt, οἱ καταῤῥέοντες ἐξ ὄρους μετὰ ψόφου καί τινος κρούσεως, αἱ τῶν χειμάῤῥων ἀρχαί. nam perennes fontes vocantur πηγαί. κρουνοὺς δεινοτάτους ἀναπέμπει, Py. 1. 47, de Ætnâ igneos torrentes extrudente. est ergo a κρούω, quasi κρουσμῷ νάειν, *cum pulsu et strepitu fluere.*

Κρύϐδα, adv. *clàm, occultè.* κρύϐδα ἔπεμπον, clàm emittebant, Py. 4. 202, i. e. λαθραίως.

Κρύϐδαν, Dor. pro κρύϐδην, idem. κρύϐδαν πατρὸς, clam patre, Py. 3. 25.

Κρυόεις, εσσα, εν. *horrorem incutiens.* κρυοέσσᾳ ἐν συντυχίᾳ, Ist. 1. 53, in horrendo casu. κρυόεν μάντευμα, horribile vaticinium, Py. 4. 129.

Κρυπτὸς, ἡ, όν. *occultatus.* κρυπταὶ κλαΐδες, Py. 9. 69, occultæ claves.

Κρύπτω, fut. ύψω. *occulto, tego, abscondo.* μὴ κρύπτε κοινὸν σπέρμα, Ol. 7. 170, ne occulta, ne obscurum vivere sinas, genus nepotum, ἀλλὰ σίμνυνε. μὴ κρυπτέτω, Py. 9. 167, ne celet. μὴ κρύπτειν φάος,

Ne. 10. 75, i. e. μὴ κάτω βλέπειν, non abscondere faciem, præ pudore aut ignominiâ. κρύψε παρθενίαν ὠδῖνα, Ol. 6. 51, occultabat, clàm habebat. κρύψεν αὐτὸν ἅμα ἵπποις, Ne. 9. 60, occultavit eum sub terrâ, sc. Amphiaraum, a terrâ absorptum cum curru et equis. κρύψαν ὑπὸ γᾶν, Py. 9. 142, i. e. sepeliverunt. ἀμάχον, κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος, Ol. 13. 16, impossibile est occultare congenitos mores: i. e. delere eos ex animo et exercitio, σβέσαι. κεκρύφθαι, Ol. 7. 105, latuisse.

Κρυφᾷ, adv. *clàm.* κρυφᾷ ἔννεπε, Ol. 1. 75, i. e. κρυφίως.

Κρυφαῖος, α, ον. *occultatus.* κρυφαῖον πλούτον, Ist. 1. 97, divitias occultas.

Κρύφιος, α, ον. *occultus.* κρυφίαις ἐν ψήφοις, occultis sententiis, Ne. 8. 44. κρύφιον, neutrum adverbialiter, Py. 1. 162, i. e. κρυφίως, occultè, latenter.

Κρύφος, ου, ὁ. *occultatio.* κρύφον θῆναι ἐσθλῶν, occultationem facere bonorum, Ol. 2. 177.

Κτάομαι, fut. ήσομαι. *acquiro.* κτησάμεναι ἵπποι φιάλας, Ne. 9. 124, equæ, quæ acquisiverunt præmium victoriæ, phialas argenteas.

Κτέανον, ου, τό. *peculium, possessio.* φόρμιγξ, κτέανον Ἀπόλλωνος σύνδικον, Py. 1. 3, peculium conveniens ei. κτεάνων αἰδοιέστατον χρυσός, reverendissimum possessionum aurum, Ol. 3. 75. κτεάνων κορυφὴν, Ol. 7. 7, capitalem partem. δόσιν, dationem bonorum, Py. 1. 88. κτεάνων ἄπο, procul a suis fortunis, Py. 4. 517. εὐώνυμον χάριν, κτεάνων κρατίστων, Py. 11. 89, donum bonæ famæ, præstantissimum possessionum. κρέσσονας κτεάνων ψυχὰς ἔχοντες, Ne. 9. 76, præstantiores divitiis suis animas habentes. κτεάνων ἅμα καὶ φίλων ἐλείφθη, Ist. 2. 18, opibus simul et amicis destitutus fuit.

Κτέαρ, ατος, τό. *possessio.* ἐξαρκέων κτεάτεσσι, satis instructus opibus, Ol. 5. 55. περὶ κτεάτεσσι καὶ τιμᾷ γενέσθαι ὑπέρτερον, Py. 2. 109, divitiis et honore fuisse superiorem; et περὶ est pro κατὰ κτέατα καὶ τιμάν. κτέατα ἀνάγων, Ne. 7. 59; pro quo tamen Schmidius legit εὐκτὰ ἀνάγων, votiva adducens.

Κτέατος, ου, ὁ. princeps Eleorum, filius Neptuni, occisus ab Hercule, sicut et frater ejus.

Κτείνω, fut. νῶ. *occido.* κτείνοντα ἐλάφους, Ne. 3. 88, in venatione. κτεῖνε pro ἔκτεινε, Ist. 6. 71. κτανὼν, Ne. 1. 95; et pendet ab ὁμιλήσει.

Κτίζω, fut. ίσω. *condo.* κτίσῃ ἑορτὰν, Ol. 6. 116, festivitatem instituerit. ἐκτίσατο ἀγῶνα, instituit certamen, Ol. 10. 32. κτισσάσθην γόνον, Ol. 9. 70, ambo condiderunt et creaverunt sobolem. [Heynius autem, Ol. 9. 70. legit, "κτησάσθαν, *sibi compararunt.*"] κτίσθη τεῖχος, Ol. 8. 48, exstructus est murus.

Κτίλος, ου, ὁ. *aries, dux gregis.* dictus a κίω, insertis literis duabus, quia præit gregem, ὁ προηγούμενος τῆς ποίμνης κριός. Et quia talis solebat esse χειροήθης καὶ ἥμερος, ad manum pastoris assuetus et cicur; hinc κτίλος, quasi adjectivè, *omne aliud cicur et mansuetum animal* notat. Igitur metaphoricè est κτίλος, ὁ συνήθης, εἰθισμένος τῇ χειρὶ, σύντροφος, συντεθραμμένος. Hinc est verbum κτιλόω, fut. ώσω, *cicuro;* ut Herodotus, ἐκτιλώσαντο τὰς λοιπὰς τῶν Ἀμαζόνων, reliquas ex cæde Amazonas cicuraverunt. ἱερέα κτίλον Ἀφροδίτας, Py. 2. 31, sacerdotem familiarem Veneris, τὸν Κινύραν, qui simul erat rex Cypri; ut ergo κτίλον metaphoricè possit esse, principem politicum, Veneri simul sacratum.

Κτίσις, *ιος*, et *εως*, ἡ. *constitutio, institutio, inceptum.* θεῶν δύναμις καὶ τὰν παρὰ ἐλπίδα κτίσιν κούφαν τελεῖ, Ol. 13. 118, deorum potentia etiam præter spem inceptum leve efficit: vel, institutum, de cujus eventu desperes, facilè ad complementum perducit.

Κυαναιγὶς, *ίδος*, ἡ. est epitheton Minervæ: i. e. μέλαιναν καὶ φοβερὰν αἰγίδα ἔχουσα.

Κυάνεος, *η*, *ον*. *cœruleus, niger.* a κύανος, quod significat *colorem nigricantem, qualis est color cœli puri interdiu, aut corvi ad solem.* κυανέης ὑπὸ λόχμης, i. e. συσκίου τόπου, Ol. 6. 69, in umbroso loco abdito.

Κυβέρνασις, Dor. pro κυβέρνησις, εως, ἡ, *gubernatio.* Py. 10. 112, gubernationes urbium.

Κυβερνάτας, Dor. pro κυβερνήτης, ου, ὁ. *gubernator.*

Κυβερνατὴρ, Dor. pro κυβερνητὴρ, ῆρος, ὁ. idem. κυβερνητὴρ εἰ μὴ γένηται ἡγεμόνεσσι θεὸς, si non Deus adsit rector principibus, Py. 4. 488.

Κυβερνάω, fut. ήσω. *guberno navem.* Διὸς νόος κυβερνᾷ δαίμονα ἀνδρῶν, Jovis providentia gubernat fortunam hominum, Py. 5. 164, et h. l. est, ἐπὶ τὰ βελτίονα ἄγει. Non enim simpliciter notat hoc verbum officium gubernatoris ut ut imperiti, sed maximè *peritiam benè gubernandi, et benè ad finem perducendi.* κυβερνῶνται νᾶες, Ol. 12. 4, i. e. ἰθύνονται.

Κυδαίνω, fut. *ανῶ*. *honore afficio, decoro.* κυδαίνων πόλιν, i. e. δοξάζων, Ol. 10. 80. Ne. 9. 29, decorans et honestans urbem.

Κύδιμος, *ου*, ὁ, ἡ. *honoris et decoris plenus.*

Κῦδος, *εος*, τὸ. *gloria.* κῦδος Μειλησίων, Ol. 8. 72, i. e. δόξαν ἣν ἔσχεν ἀγωνιζόμενος ἐξ ἀγωνίων, et est pro, εἰς κῦδος, sc. ἀνδρῶν, vel, ἐπὶ κῦδος. κῦδος ἑλεῖν αὐτῷ, Ol. 3. 69, gloriosam victoriam et dignitatem. ἀνδρῶν ἔσχεθε, Ol. 9. 132, obtinuit. ἀγήραον, Py. 2. 96, i. e. ἄφθαρτον εὐδοξίαν. σαθρὸν, Ne. 8. 58, rancidam gloriationem: ex quo apparet, τὸ κῦδος et in sinistro sensu poni posse, determinandum per addita.

Κύκλος, *ου*, ὁ. *circulus.* κύκλῳ, in circuitu, circa, Ol. 10. 57. ἐν ἀλύτῳ κύκλῳ, Py. 4. 383, in rotâ solutionem non dante. κύκλον διήρχετο, Ol. 9. 140, stadium percucurrit.

Κυκλόω, fut. *ώσω*. *circumago in circulum.* χεῖρα κυκλώσαις, Ol. 10. 87, manum circumrotans, utpote jacturus; jactum disci parans.

Κυλίνδω, *volvo.* κυλίνδει γνώμην κενεὰν σκότῳ, Ne. 4. 65, volvit consilium inane in tenebris. κυλίνδονται ἐλπίδες, Ol. 12. 9, volvunt se, δίκην τροχοῦ περιφέρονται. κυλινδέσκοντο (Ion. pro ἐκυλίνδοντο), Py. 4. 372, ἐπεκυλίοντο ἀλλήλαις, mobiles istæ petræ. κυλινδόμενον, volutatum, circumvolutum, Ixionem in rotâ suâ, Py. 2. 42. κυλινδομένη φλὸξ, evoluta flamma ex Ætnâ, Py. 1. 45. κυλινδομέναις ἡμέραις, Ist. 3. 29, volventibus se diebus.

Κῦμα, *ατος*, τὸ. *fluctus turbidus.* κῦμα ῥέον, unda fluens, Ol. 10. 15, i. e. ἡ ποίησις, fluxus idearum. κῦμα κοινὸν Ἀΐδου, Ne. 7. 45, communis unda orci, i. e. mors, quâ obruimur in sepulchro. τὸ παρὰ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον κυμάτων, Ne. 6. 95, i. e. τὸ παρὰ πηδαλίῳ, vel potiùs, ad carinam et latera navis.

Κύμαι, *ῶν*, αἱ. urbs Campaniæ, colonia ex antiquâ illâ Græciæ urbe. Ab hac urbe usque ad fretum Siciliæ omnia littora sunt ignibus subterraneis infensa.

Κυμαίνω, fut. ανῶ. *fluctuo.* et metaphoricè, κυμαίνει ἄνθος ἥβης, Py. 4. 282, flos pubertatis in vigore est, intumescit et æstuat quasi: et sermo est de Jasone.

Κυναγέτας, Dor. pro κυνηγέτης, ου, ὁ. *venator.* οὐκ ἄμοιρος κυναγέτας, Ne. 6. 26, non expers, sc. τῶν ἀγώνων.

Κυπαρίσσινος, η, ον. *cypressinus.* κυπαρίσσινον μέλαθρον, Py. 5. 52, coll. 54. ædes cyparissina, asseribus ejusmodi contecta intùs: sicut in sacris est " *ædes cedrina.*"

Κύριος, ου, ὁ. vel potius adjectivè, κύριος, α, ον. *præcipuus, auctoritate præditus.* Ζεὺς, ὁ πάντων κύριος, caput et princeps omnium, Ist. 5. 67. κυρίῳ ἐν μηνὶ, certo et justo mense partûs, Ol. 6. 52, sc. κυρίῳ τοῦ τίκτειν, ὡρισμένῳ τοῦ τόκου. κύριον ὃς πάντων τέλος οἶσθα, Py. 9. 80, qui certum et proprium eventum omnium nôsti. κύριε πολλᾶν ἀγυιᾶν, Py. 2. 106, domine multorum vicorum. ὁδὸν κυρίαν λόγων, Ne. 7. 75, viam propriam et constitutam celebrationum. ξένον, δύναμιν (sc. κατὰ) κυριώτερον, Ol. 1. 168, hospitem superiorem vi, κατὰ τὴν ἰσχὺν ἐπικρατέστερον καὶ κρείσσονα. κύριος est à κῦρος, *auctoritas;* quod a τὸ κάρα, *caput,*

Κύων, νος, ὁ, ἡ. *canis.* κύνες θρασεῖαι Γηρυόνου, Ist. 1. 16, ubi pluralis pro singulari, nam reverà unus tantum fuit canis. κυνῶν ἄνευ, sine canibus venaticis, Ne. 3. 89.

Κῶας, ατος, τὸ. *pellis villosa,* præcipuè ovis. κῶας αἰγλᾶεν, Py. 4. 411, de aureo vellere Phrixi.

Κωκυτὸς, ου, ὁ. *ejulatus.*

Κωλύω, fut. ύσω. *præpedio, impedio.* κώλυεν μεῖναι, Py. 4. 57, arcuit eos a manendo ibi. κωλύω propriè est, *membra vel artus inutiles facio alicui;* a κῶλον, ου, τὸ, *artus.*

Κῶμα, ατος, τὸ. *somnus profundus, quo quis altè sopitus jacet.* a κεῖμαι, *jaceo.* Apud Pindarum τὸ κῶμα est, voluptas ex κώμῳ, i. e. cantu conviviali vel ἐγκωμιαστικῷ. ἰαίνει καρδίαν κώματι, Py. 1. 21, delectat cor suavitate cantûs tui, ut omnium aliarum rerum obliviscatur, velut in somno alto.

Κώμαζω, fut. ασω et αξω. *epulas solennes cum hymnis et tripudiis agito.* it. *hymnum canto, encomium celebro.* κώμαζε αὐτῷ, Ist. 7. 27, festivitatem institue in honorem ejus. κωμάζοντι αὐτῷ, Ol. 9. 6, i. e. κώμους ἄγοντι καὶ χορεύοντι ἐπὶ τῇ νίκῃ. κωμάσομεν, Ne. 9. 1—6, festivitatem ducemus, O Musa, hymno sequente, ἐς Αἴτναν. ἐν τελεταῖς Ἀθηναίων ὀμφαὶ κωμασάν μιν, Ne. 10. 64, in sacrificiis eorum voces decantârunt illum. κωμάσομαι τοῖς, Py. 9. 156, encomium illis faciam.

Κῶμος, ου, ὁ. *epulum solenne et hilare.* a κεῖμαι, quia multi ibi accubant. it. *hymnus unà cum choro saltantium, epulantibus cæteris;* σὺν ὕμνῳ χορός. κώμου δεσπότῃ, Ol. 6. 30, domino hujus hymni, cui dedicatus et sacer est. κώμῳ Δωριεῖ, Py. 8. 29, i. e. ὕμνῳ τῷ τῶν Αἰγινητῶν. Ἀγησίου, Ol. 6. 166, hymnum in honorem Agesiæ. τόνδε ἀνέρων, Py. 5. 28, huncce chorealem hymnum virorum, i. e. ὕμνον παρὰ τῶν χορευτῶν: nam ad omnes hymnos aderant saltatores, exprimentes pedibus gestibusque numeros et vim verborum. κώμων τέκτονες, Ne. 3. 8, i. e. artifices, cantatores et saltatores νεανίαι. κώμων οὐκ ἄγνωτες, Ist. 2. 45, i. e. hymnis sæpè decorati.

Κώπα, Dor. pro κώπη, ης, ἡ. propriè *manubrium;* deinde *remus.* κώπαν σχάσον, Py. 10. 79, remum inhibe. κώπαις ἐμβαλεῖν, Py. 4. 357, i. e. σπουδαιότερον ἐρέττειν.

Κωφὸς, ἡ, όν. *mutus.* κωφὸς ἀνὴρ

τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παρβάλλει, Py. 9. 151, mutus est homo, qui Herculi os non applicat; i.e. ἀπαίδευτος, qui loqui aptè nihil valet, et ad silentium inter sapientiores est damnatus. κωφὸς est a κόπτω et ἡ ὄψ, quasi κοφθεὶς καὶ ἀφαιρεθεὶς τὴν ὄπα, cui vox et loquela quasi est contusa et præsecta.

Λ.

Λάβρος, α, ον. *vehemens.* λάβρος στρατὸς, Py. 2. 160, impetuosus et fremens populus, ἐν δημοκρατίᾳ. λάβρον καπνὸν, Ol. 8. 47, rapidum fumum, i. e. incendium delens urbem. λίθον, Ne. 8. 79, impetuosum lapidem ingentem. σέλας, Py. 3. 70, fulgor rapidus, i. e. ignis absumens rogum. λάβροι παγγλωσσίᾳ, valdè blaterantes, Ol. 2. 156. λαβροτάτων γενύων, Py. 4. 435, impetuosissimarum maxillarum.

Λαγέτας, Dor. pro λαγέτης, ου, ὁ. *qui populo præest.* λαγέταν τύραννον ὁ μέγας πότμος δέρκεται, Py. 3. 151, ducem populi magnum fatum respicit et tuetur. λαγέτας (ἡγεμόνας) ἕξ, Ol. 1. 144, sex principes peperit.

Λαγχάνω, est distractum a λήχω, fut. 2. λαχῶ. *accipio per sortem, sortior.* deinde in genere, *participem facio,* vel *particeps fio.* οὐ φύσιν Ὠαριωνίαν, Ist. 4. 84, i. e. non staturam magni gigantis nactus est. ἐλάχομεν, nacti sumus, Ne. 7. 5. ἐλάχον αὐτὴν αἰ εἶναι τοῦ, Py. 2. 51, quale exemplum personificatæ rei, quæ accipit hominem in partem suam, nobis occurrit apud Il. ψ. 79, κὴρ, ἥπερ λάχε (pro ἔλαχε) γεινόμενόν περ, fatum, quod me, cum nascerer, in portionem suam accepit ut absorberet me, inquit Umbra Patrocli; et ἡ κὴρ personificata ibi est eleganter. λαχόντες ἀΐδην, i. e. τὸν τάφον, Py. 5. 130. λαχοῖσαι ὑδάτων, sc. τὸν κλῆρον, Ol. 14. 1, nactæ sortem fluvii illius. λέλογχας πρυτανεῖα, possidenda et regenda accepisti judiciorum et consiliorum publicorum loca, Ne. 11. 1. ἀκέρδεια λέλογχε κακηγόρους, damnum sortitur maledicos, Ol. 1. 84, ubi ἡ ἀκέρδεια est personificata, i.e. βλάβην κληρονομοῦσι οἱ βλασφημοῦντες. λέλογχε, Ol. 9. 25, ubi est dativus ejus qui sorte accipit, vel appropriat sibi, cum accusativo rei. et Ne. 1. 34, ubi sensus est; nactus est bonos et probos viros, qui testimonio suo de virtute Chromii restinguant maledicentiam obtrectatorum, ceu ignem aqua.

Λάθα, Dor. pro λήθη, ης, ἡ. *oblivio.* κατέχει τὸν, Ne. 8. 41, oblivio detinet eum, ejus obliviscuntur homines, ejus rationem nullam habent. λάθας νέφος ἐπιβαίνει, oblivionis nubes superinducit se, Ol. 7. 83. λάθαν τοῦ ἔπαυσε, Ne. 6. 35, sustulit oblivionem ejus.

Λαιψηρὸς, ὰ, όν. *valdè celer.* ab αἰψηρὸς, præfixâ syllabâ intensivâ λα. λαιψηροὶ πόλεμοι, pugnæ citæ, Ol. 12. 5.

Λακέρεια, ας, ἡ. urbs Thessaliæ.

Λακτίζω, fut. ίσω. *pede ferio.* πρὸς κέντρον δέ τοι λακτίζειν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος, Py. 2. 174, nam contra stimulum calcitrare est sanè perniciosa ratio: sumptâ metaphorâ a bubus, qui, stimulo incitati ad eundum, si stimulum referire volunt pede suo, graviorem sibi læsionem accersunt. φλὸξ αἰθέρα λακτίζοισα (Dor. pro λακτίζουσα) καπνῷ, Ist. 4. 113, flamma æthera feriens fumo: ubi metaphora est audacior et dithyrambica.

Λαλαγέω, fut. ήσω. *garrio clarè, obstrepo.* λαλαγῆσαι, Ol. 2. 176, i. e. θορυβῆσαι λόγῳ. μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοιαῦτα, Ol. 9. 60, θορύβει, φλυάρει, λήρει.

Λαμβάνω, (a λήβω,) fut. λήψομαι. *capio, prehendo.* κόσμον ἔλαβες, decus accepisti, Ne. 3. 54. λάβεν ἥβης καρπὸν, Ol. 6. 96, accepit fructum pubertatis, i. e. adolescens factus est. κείνην λάβε, eam accepisset, Py. 4. 84. λαβὲ φροντίδα, Ne. 10. 40, suscipe curam. ἔλαβον χάρμα, Ol. 10. 26, acceperunt, nacti sunt, gaudium. λαβόντα μὲ, ego qui accepi, Py. 2. 173. λαβεῖν ἀρετὴν, i. e. κτήσασθαι, Ol. 8. 8. λαμβάνει κίνδυνος φῶτα, Ol. 1. 131, occupat periculum virum. et 28, λάμβανε ἀπὸ πασσάλου, et alloquitur ipse se. sic, λάμβανε, accipe, Ist. 5. 78.

Λᾶμνος, Dor. pro Λῆμνος, ου, ἡ. Insula celeberrima. Λαμνόθεν, i. e. ἐκ Λήμνου, Py. 1. 100, et pertinet ad μεταλλάσσοντας, ex Lemno ducendum eum quærentes. Λάμνιαι γυναῖκες, Py. 4. 88, 89, et 448. nàm in primâ suâ profectione versati sunt Argonautæ cum his mulieribus, quæ viros suos omnes occiderant. τὰ Λήμνια κακὰ, jactata proverbio, originem habuère ex somno virorum, qui dormientes occisi sunt.

Λαμπρὸς, ὰ, όν. *splendidus, illustris, fulgens.* λαμπρὸν δέρμα, splendidum vellus aureum, Py. 4. 429. φέγγος, splendidum lumen, Py. 8. 138. δέρκομαι, Ne. 7. 97, video serenum oculo meo, clarè video. τὸ λαμπρὸν, id quod splendet et clarum eminet, Ne. 8. 57.

Λάμπω, fut. ψω. *luceo, splendeo.* λάμπει κλέος, sc. Hieronis, splendet latè gloria ejus, Ol. 1. 36. (κατὰ) χρῶτα, Ist. 4. 40, fulget corpore.

Λανθάνω, (a λήθω,) *lateo*, it. *latere facio, celo.* οὐδὲ ἔλαθε Αἴπυτον κλέπτουσα, non incognita mansit ei celans, Ol. 6. 59. εἴ τις θεὸν λασέμεν (Dor. pro λησέμεν, et id Ion. pro λήσειν) ἔρδων τι, faciens aliquid, Ol. 1. 103. λάθεται (pro λήθεται) Ἀΐδου, Ol. 8. 95, obliviscitur mortis, λαμβάνει λήθην αὐτοῦ. ἐλάθοντο φρένες αὐτῶν, illorum mentes oblitæ fuerant, Py. 4. 73. μή μιν λαθέτω, ne eum lateat, Py. 5. 30, ubi pro μὶν alii legunt σέ. ἔλαθεν οὐ σκοπὸν, Py. 3. 46, non latuit speculatorem.

Λαὸς, οῦ, ὁ. *populus congregatus, plebs.* λαὸν Pindarus deducit a lapidibus, Ol. 9. 66, sqq. sed id poëticè magis accommodans fabulæ, quam seriò. Ἥρας εὐήνορα (πρὸς) λαὸν, Ne. 10. 66. λεὼν Atticè, Ol. 9. 100.

Λαοσεβὴς, έος, ὁ, ἡ. *a populo cultus.* ἥρως λαοσεβὴς, semideus a populo cultus religiosè, Py. 5. 129, ἀποθεωθεὶς Battus.

Λαοσσόος, ου, ὁ, ἡ. *concitator exercitûs et populi, congregator populi.* λαοσσόων μναστῆρα ἀγώνων, Py. 12. 42, admonitricem certaminum exercitus moventium: nam de pugnis militaribus est sermo; et h.l. maximè propriè positum nomen.

Λαοτρόφος, ου, ὁ, ἡ. *populos augens et firmans et alens.* λαοτρόφον πόλιν, urbem plurimos incolas nutrientem, Ol. 5. 9, εὐδαίμονα καὶ πολυάνθρωπον.

Λάτριος, α, ον. *servilis, ministerialis.* λάτριον μισθὸν, Ol. 10. 34, quæ pacta merces erat, decima boum: est ergo μισθὸς ἀντὶ λατρείας καὶ ὑπηρεσίας. λατρίαν Ἰαωλκὸν, Ne. 4. 89, urbem illam, subjugatam et redactam in servitutem.

Λαῦρα, ας, ἡ. *platea in urbe,* στενὴ ὁδὸς, ἡ ἄμφοδος, δι' ἧς λαοὶ ῥέουσιν ἤτοι φέρονται. κατὰ λαύρας, Py. 8. 123, per vicos.

Λάχνη, ης, ἡ. *lanugo.* λάχναι ἔρεφον γένειον, Ol. 1. 110, prima la-

nugo operiebat ei mentum, i. e. ἀνδρώδης καὶ τέλειος γέγονε.

Λαχνήεις, εσσα, εν. *pilosus, pilis obsitus.* στέρνα λαχνάεντα, Py. 1. 36, pectora ejus hirsuta, Typhœi.

Λάχος, εος, τὸ. *sors.* οὔτις ἐνέδειξε λάχος Ἀελίου, nemo indicavit nec designavit, quænam sors, i. e. terra sorte accepta, Solis deberet esse, Ol. 7. 107. ἔστι σοὶ μὲν τούτων λάχος, Ne. 10. 159, est tibi horum sors, i. e. eligere inter ista potes, nam utrumque debetur tibi.

Λέβης, ητος, ὁ. *pelvis, lebes.* λέβητος καθαροῦ, Ol. 1. 40, i. e. ἱεροῦ, διὰ τὴν θυσίαν, et est ibi, lebes in quo Pelops adolescens coquendus fuerat. λεβήτεσσι pro λέβησι, Ist. 1. 28, nam Iones formant tertium vel sextum casum pluralis in declinatione tertiâ a nominativo plurali, adjungentes syllabam σι, et si is nominativus non desinit in ις, concipitur quasi sic desineret, ut σώματα, σωμάτεσσι, quasi nominativus fuisset σώματις. cæterùm h. l. inter præmia victoribus data numerantur. λέβης est a λείβειν, *fundere.*

Λέγω, fut. ξω. *lego, eligo, dico.* λέγει, indicat, Ol. 8. 57. λέγοντι Dor. pro λέγουσι, dicunt, Ol. 2. 51. λέγε, dic, Ist. 5. 49. λέγειν, i. e. διηγεῖσθαι, Ol. 13. 15. βροτοῖς, Py. 2. 41, dicere mortalibus. λέγεται, narratur, Ol. 6. 49. λέξατο πάντας, i. e. κατελέξατο, recensuit, Py. 4. 336. λέλεκται πολλὰ πολλοῖς, dicta sunt multa a multis, Ne. 8. 33. λελέχθαι, Ol. 13. 145, dicta esse. λεγόμενον (τὸ) ἐρέω, dicam quod jam dictum est, Py. 5. 145, de laude Arcesilai.

Λεία, ας, ἡ. *præda.* λεῖαν πᾶσαν, prædam omnem, Ol. 10. 52. est quasi ἕλεια, ab ἕλω, *sumo,* abjecto ε.

Λείβω, fut. ψω. *fundo, stillo.* deinde in specie, *libo.* λειβόμενον ὑπὸ ὀφίων κεφαλαῖς, Py. 12. 17, a capitibus serpentum fluentem querelam, i. e. sororibus Medusæ, angues in capite habentibus; hanc querelam audivit Minerva.

Λείπω, fut. ψω. *linquo.* λείποντα, relinquentem, Ol. 6. 169. et 76, λεῖπεν αὐτὸν χαμαί, jacentem humi puerum reliquit, et abiit. λίποιν νᾶσον, reliquerint insulam, Ne. 5. 27. εἰ μὴ λίποι, sc. ἐμὲ ὁ βίος, Ol. 1. 174, nisi destituerit me vita. μή με λίποι φέγγος Χαρίτων, ne me deficiat lumen Gratiarum, Py. 9. 159. ἄνευθε λιπὼν ἐγχέων ἀκμάν, quando hastas seposuit, Py. 1. 19. νᾶσον, relinquens insulam, Py. 4. 12. et 222, κράναν, rivum. et 329, λειπόμενον, relictum. ἐλίποντο, reliquerant eum, ἀκλήρωτον, exsortem, sine parte, Ol. 7. 109. λείφθη, superstes fuit, ut vindex, Ol. 2. 76.

Λείριον, ου, τὸ. *lilium.* λείριον ἄνθεμον, Ne. 7. 116; ubi τὸ ἄνθεμον est substantivum, pro τὸ ἄνθος, et λείριον est per appositionem quoque substantivum, sed non præcisè *lilium album* notans, sed *florem pulchrum* in genere, vel adhuc generaliùs, *suavitatem, amœnitatem.* Hoc notetur, esse et adjectivum, λείριος, α, ον, *suavis, mitis, placidus,* it. *gracilis, non hispidus aut horridus.*

Λέκτρον, ου, τὸ. *lectus.* τᾶς λέκτρον ἀμφεπόλησαν, Ne. 8. 11, ejus lectum curaverunt.

Λεπτὸς, ἡ, όν. *tenuis, non crassus.*

Λέρνα, ης, ἡ. palus et fluvius agri Argivi. Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς, Ol. 7. 60, i. e. ἀπὸ Ἄργους. In isto stagno fiebant celebres et multi καθαρμοί, purgationes a peccatis; unde proverbium ortum, Λέρνη κακῶν, quia

plurima mala in eam aquam erant quasi immersa et abluta.

Λευκανθὴς, έος, ὁ, ἡ. *candido flore præditus.* λευκανθέα καπνὸν, Ne. 9. 55, candidè efflorescentem fumum, candidè exsurgentem in altum.

Λεύκιππος, ου, ὁ, ἡ. *albos equos habens.* λευκίππου θυγατρὸς, Ol. 6. 160, i. e. Proserpinæ: nam λευκοπώλῳ ἅρματι ἡ Κόρα ab inferis in cœlum sublata, apud Jovem est sex menses; alteros sex apud Plutonem et inferos. λευκίππων πατέρων, Py. 4. 207, i. e. ἱππικῶν, nitidos equos habentium. λευκίπποις ἀγυιαῖς, Py. 9. 146, nam Thebani pulchrorum equorum erant studiosi.

Λευκόπωλος, ου, ὁ, ἡ. *albis equis decoratus.* est epitheton τῶν Διοσκούρων, Py. 1. 127, λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν, albis equis insidentium Tyndaridarum.

Λευκὸς, ἡ, όν. *albus.* λευκοτέραν Παρίου λίθου, Ne. 4. 132, de columnâ marmoreâ. λευκαῖς φρεσὶ, Py. 4. 194, i. e. ἀνοήτοις, sumptâ metaphorâ a spumanti mari, quod se extollit, et suprà albescit; ut ergo *arrogans temeritas* notetur.

Λευκόω, fut. ώσω. *album facio.* λευκωθεὶς κάρα, Ist. 4. 117, dealbatus quod attinet caput, i. e. coronatus myrteâ coronâ: ut appareat, colorem viridem subalbicantem indicari.

Λευκώλενος, *pulchra et candida habens brachia cum lacertis.*

Λευρὸς, ὰ, όν. *lævis, planus, latus.* in genere, *benè politus.* λευρὸν ξίφος, i. e. λεῖον, Ne. 7. 39.

Λεύσσω, fut. λεύσω, *video.* σθένος ἁλίου χρύσεον λεύσσομεν, i. e. vivimus, Py. 4. 258.

Λέχος, εος, τὸ. *lectus.* λέχος ἐς ἱμερτὸν, Py. 3. 177, in cubile amabile. ἀναγκαῖον λέχος, i. e. conjugium coactum, Py. 12. 27. ἀνάγει φήμαν παλαιὰν ἐκ λεχέων, Ist. 4. 37, famam antiquam ex lecto suscitat: quasi dormierit aliquamdiu fama illa olim celeberrima. βροτέων δὲ λεχέων τυχοῦσα, sc. ἡ Θέτις, mortale connubium nacta, Ist. 8. 79. γυναικῶν ἐν λέχεσιν, Py. 4. 90, in conjugio uxorum.

Λέων, οντος, ὁ. *leo.* λέοντος ἐν χόρτοις, i. e. ἐν Νεμέα, Ol. 13. 62. λέοντος βοτάνη, Ne. 6. 72, i. e. τὸ σέλινον, quo victores in Nemeâ coronabantur. βαρύκομποι, Py. 5. 77, qui crepitant dentibus terribiliter.

Λεὼς, Att. pro λαὸς, οῦ, ὁ. *populus congregatus.*

Λήγω, fut. ξω. *finire facio, desino.* λήξαντος οὔρου, desinente vento secundo, Py. 4. 520.

Λῆμα, ατος, τὸ. *cupiditas fruendi aliquâ re, indoles.* λῆμα Κορωνίδος, cupiditas ejus, Py. 3. 43. γενναῖον λῆμα, Py. 8. 64, generosus impetus animi. ἐκνόμιον λῆμα, inusitatam indolem animi, Ne. 1. 87. ἀεθλοφόρου λήματος ἕνεκεν, Ne. 3. 146, ob cupiditatem generosam vincendi in certaminibus.

Λίαν, adv. *valdè, nimis.* Ion. λίην. μὴ κάμνε λίαν δαπάναις, Py. 1. 175, ne defatigeris admodum sumptibus. λίαν εὐμαρὲς ἦν, valdè facile erat, Ne. 11. 43.

Λιβύη, ης, ἡ. regio Africæ. ὁ Λίβυς, i. e. Antæus, Py. 9. 207. Λιβύσσης ἀμφὶ γυναικὸς, Py. 9. 183, quæ erat ἡ Ἀλκηὶς, Antæi filia; ab aliis nominata ἡ Βάρκη.

Λιγυρὸς, ὰ, όν. *clarè sonans.* λιγυρᾶς ἀκόνας, Ol. 6. 141, cotis acutè sonantis dum opus suum peragit, et h. l. intelligitur Musica.

Λιγὺς, εῖα, ύ. *sonorus acutè et clarè.* λιγὺν οἶμον, Ol. 9. 73, can-

tum sonorum. a λίγγω, *sono clarè et acutè.*

Λίθινος, η, ον. *lapideus, e saxis.* λίθινον γόνον, Ol. 9. 70, de Deucalione et Pyrrhâ. λιθίνῳ ἔνδον τέγει, Ne. 3. 93, de Chirone, qui Jasonem educavit in antro suo, i. e. in arce suâ, cujus introitus erat per saxum excisus. λιθίνη ψῆφος, i. e. στήλη, Ol. 7. 158.

Λίθος, ου, ὁ. et Ionicè, ἡ. *lapis.* λίθου Παρίου λευκοτέραν, Ne. 4. 132, Pario marmore candidiorem. λίθον καρτερὸν, supra caput Tantali, et jamjam ruiturum, Ol. 1. 92, notat vitam anxiam et solicitam. Μουσῶν, Ne. 8. 80, et quidèm λάβρον, ingens saxum Musarum, i. e. Carmen, quod potius est omnibus statuis lapideis. λίθων θέναρ βωμοῦ, Py. 4. 367, superficies aræ ex lapidibus facta. λίθος videtur dictus a λίαν τιθεῖσθαι vel τίθεσθαι, διὰ τὸ φύσει βρίθον.

Λίμνη, ης, ἡ. *stagnum, stagnatio aquæ.* λίμναν ἐγχωρίαν, Ol. 5. 26, i. e. τὴν Καμαρίνην.

Λιμὸς, οῦ, ὁ. *fames.* λιμὸν αἰανῆ ἀμύνων γαστρὶ, arcens a ventriculo gravem vel miseram famem, Ist. 1. 70.

Λίνδος, οὐ, ἡ. nobilis urbs Rhodi, sita in monte, ad littus meridionale. nomen habuit a conditore Λίνδῳ, filio Κερκάφου, filii Solis, Ol. 7. 137.

Λιπαρὸς, ὰ, όν. *nitidus, tener.* λιπαρὸν κόσμον, splendidum ornatum, Ol. 8. 108. λιπαρὰ Μαραθὼν, i. e. ἡ πλουσία, Ol. 13. 157, vel et, pulchra. λιπαρᾷ ἐν Νάξῳ, Py. 4. 157, i. e. εὐδαίμονι, fertili. λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν, Py. 2. 6, a Thebis splendidis, ob heroäs claris.

Λίσσομαι, *alloquor voce supplici, precor voce supplici et clarâ.* λίσσομαι, precor, rogo, Ol. 12. 1.

Λιτανεύω, fut. εύσω. idem.

Λιτὴ, ῆς, ἡ. *supplicatio.* λιταῖς ἔπεισεν ἦτορ Ζηνὸς, Ol. 2. 144, precibus, παρακλήσεσιν, ἱκεσίαις, flexit animum Jovis. λιταῖς, θυσίαις, Ol. 6. 132, supplicationibus, sacrificiis: ubi est per appositionem.

Λόγιος, α, ον. *disertus, eloquens.* ἀοιδοὶ καὶ λόγιοι, poëtæ et oratores, Ne. 6. 51. et 75, πλατεῖαι πάντοθεν λογίοις ὁδοί εἰσιν, eloquentibus undique sunt latæ viæ. λογίοις καὶ ἀοιδοῖς, per oratores et poëtas, nam est ibi casus sextus, Py. 1. 183. ut ergo λόγιος in specie sit ὁ πεζογράφος, in opposito ad *poëtam.*

Μηχανάομαι, fut. *ήσομαι*. *conor aliquid efficiendum, quæro rationem efficiendi*. *ὅσα φροντίδι μηχανᾶται*, Py. 2. 170. quæ cum curâ molitur contra alios.

Μιαίνω, fut. ανῶ. *polluo*. οὐκ ἐμίανεν ἀγορὰν, non contaminavit cœtum, Ne. 3. 25.

Μιγνύω, *misceo*. ἐμίγνυόν νιν ἄνθεσι, Ne. 4. 35, admovebant et inserebant eum floribus, i. e. coronabant eum. ἐμίγνυτο ἵπποις, Py. 2. 84, equabus miscebatur Centaurus, creandæ sobolis causâ. μιγνύμενον φρεσὶ, Py. 5. 23, admistum prudentiæ.

Μίδυλος, ου, ὁ. Nobilis Ægineta; et posteri ejus, gens valdè illustris, dicti Μιδυλίδαι, οἱ, Py. 8. 53.

Μιμέομαι, fut. ήσομαι. *imitor accuratè*. μιμήσαιτο γόον, imitaretur luctum, Py. 12. 38.

Μὶν, pro αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτό. μὶν, sc. τὸν στρατὸν, Ol. 11. 17. τὸν Δία, Ne. 7. 124. Χείρωνα, Py. 3. 115, ubi tamen duplici modo pertinet et ad ἔπειθον, hortarentur eum hymni mei; et ad παρασχεῖν, ut sit pro ἑαυτὸν, ut præberet se medicum. Ne. 3. 66, οὐκ ἔπαυσέ μιν (κατὰ) ἀλκὰν, non cessare fecit eum, quod attinet robur. μὶν, i. e. τὴν ἀρχὴν, Py. 4. 193. et pro αὐτὴν, Ol. 2. 48.

Μινύαι, ων, οἱ. gens nobilis in Orchomeno, a Minyâ rege oriunda; et quidam horum inde profecti, εἰς Ἰωλκὸν Thessaliæ habitatum concesserunt; hinc et Argonautæ dicti Μινύαι. πλευσάντων μετὰ νάκος, Py. 4. 122. i. e. τῶν Ἀργοναυτῶν, qui ad τὸν Μινύαν, τὸν τοῦ Ποσειδῶνος, referebant genus. Ὀρχομενὸς, τοῦ Μινύα (Dor. pro Μινύου) μυχὸς, Ist. 1. 80, ubi τὰ Μινύεια celebrata. ἡ Μινύεια, sc. πόλις, Ol. 14. 27.

Μίσγω (pro μίγω), fut. ίξω. *misceo, adjungo*. τῷ ἔμιξε πότμον, Ist. 7. 35, fatum et mortem intulit ei; ubi est notio mortalitatis. ἔμιξαν Κόλχοις βίαν, Py. 4. 379, robur suum, i. e. se, immiscuerunt illis, i. e. accesserunt ad eos. μῖξαι γάμον ἐν ἀλλήλοις, Py. 4. 397, nuptias jungere inter se. μέμικται ἐν αἱμακορίαις, Ol. 1. 147, pro ἐμμέμικται, assecutus est honores sepulchrales. ἄξιος εὐλογίαις μεμίχθαι, dignus laudibus immisceri, i. e. laudari, Ist. 3. 5. ἔμιχθεν (pro ἐμίχθησαν) στεφάνοις, Ne. 2. 34, adjuncti sunt coronis, i. e. vicerunt. θάμβει μιχθεὶς, Ne. 1. 86, stupori admixtus, i. e. stupens. μιχθέντι θεῷ καὶ κούρῃ γάμον, cum conjungeret nuptias inter deum et puellam, Py. 9. 22. μιχθέντα φύλλοις, Ne. 1. 27, foliis olearum admixtum, i. e. vincentem et coronatum: assecutum coronam. μιχθέντες ἤθεσι τῶν, Py. 4. 458, admixti sedibus eorum, i. e. recepti ab iis in partem agri.

Μισέω, fut. ήσω. *aversor, nolo, odi*. μισεῖν ὑβρίζοντα, contumeliosum odisse et aversari, Py. 4. 506, βδελύττεσθαι.

Μισθὸς, οῦ, ὁ. *merces*. μισθὸς οὗτος πρόσφορος ἀγαθοῖς, Ne. 7. 93, merces hæc conducibilis bonis. χρυσὸς μισθῷ ἐν χερσὶ φανεὶς, Py. 3. 97, aurum, ut mercedi esset, in manibus apparens. μισθῷ συνέθου παρέχειν φωνὴν ὑπάργυρον, Py. 11. 63, mercede pacta es exhibere vocem venalem, O Musa. ὡς Αὐγέαν λάτριον μισθὸν πράσσοιτο, ut ab eo mercedem famularem exigeret, Ol. 10. 35. ἕλομαι μισθὸν, Py. 1. 149, amplectar pro mercede.

Μίτρα, ας, ἡ. *cinctus latus circa ventrem, quo tegitur et constringitur venter*. post Homerum, ἡ μίτρα etiam ἐπὶ τῆς περὶ κεφαλὴν ταινίας, vel ex communi dialecto ἐπὶ τῆς φασκίας, poni cœpit, ut notaret *obvolucrum capitis*. μίτραις Ἰσθμίαις, i. e. στεφάνοις, Ol. 9. 125, ubi vel est metaphora, ipsam coronam vocans μίτραν, vel est a parte, quia μίτρας καὶ

διαδήματα ποικίλα sub coronis impositis gestabant: metonymicè verò notat *τὰς νίκας*. *μίτραν Λυδίαν*, Ne. 8. 25, mitram Lydiam, sc. in capite gestans, i. e. Lydio more et concentu adveniens. *μίτραν εὔμαλλον*, Ist. 5. 79, vittam villosam, in capite gestandam cum coronâ. *μίτρα* est a *μίτος*, unde *μιτηρὸς*, per sync. *μίτρος*.

Μνᾶμα, Dor. pro *μνῆμα*, *ατος*, *τὸ*. *res quæ memoriam alterius rei conservat, memoria*. *μνᾶμα κάλλιστον ἀέθλων*, Ol. 3. 27, nam ex *κοτίνῳ* nectebantur coronæ. *μνᾶμα τοῦ κελαδῆσαι*, Ist. 8. 135, memoriam ejus (Nicoclis) celebrare.

Μναμήϊον, *ου*, *τὸ*. *monumentum*.

Μναμοσύνα, Dor. pro *μνημοσύνη*, *ης*, *ἡ*. *memoria, cogitatio firma*. *μνημοσύναν ἀνεγείροντα*, Ol. 8. 97, memoriam excitantem, i. e. *μνήμην*.

Μνάομαι, fut. *μνήσομαι*. *in memoriam mihi revoco, et infixum habeo; cogito*. *μέγα ἔργον ἐμνήσαντο ὠκέως*, Ne. 10. 120, sic vitiosè legunt quidam ibi pro *μήσαντο*, a *μήδομαι*. *ἐμέμνηντο ταῦτα*, Ist. 8. 58, hæc meminerunt. *μεμνήσθω*, Ne. 11. 20, memento, *περιστέλλων θνητὰ μέλη*, quod amictus sit membris mortalibus. *μεμνᾶσθαι* (pro *μεμνῆσθαι*) *τῶν*, Ol. 6. 156, meminisse Syracusarum. *ἀέθλων Μοῦσα μεμνᾶσθαι φίλει*, libenter meminit certaminum, eaque decantat, Ne. 1. 15. *μνασθέντι δὲ*, Ol. 7. 110, ei, cùm mentionem faceret hujus rei, *ἀνάμνησιν ποιοῦντι*, *ἀναμνησαμένῳ* Ἡλίῳ.

Μνάστειρα, Dor. pro *μνήστειρα*, *ας*, *ἡ*. *proca*. *ὅστις ἐὼν καλὸς εἶχεν Ἀφροδίτας εὐθρόνου μνάστειραν, ἡδίσταν ὀπώραν*, Ist. 2. 7, qui formosus existens habebat Veneris procam, suavissimam ætatis maturitatem.

Μναστὴρ, Dor. pro *μνηστὴρ*, *ῆρος*, *ὁ*. *procus, qui ambit fœminam, ut nubat sibi*. item, *qui recordari facit, qui memoriam facit*. *μναστῆρα ἀγώνων*, Py. 12. 42, i. e. *μνήμην ἐμποιοῦντα, ὑπόμνημα ἔνδοξον ποιοῦντα*. *λαὸν πολέμου μναστῆρα*, Ne. 1. 24, pugnandi memorem. *μναστῆρες μετὰ κούραν*, proci ad puellam, Py. 9. 187.

Μνάω, fut. *ήσω*. *facio ut aliquid firmum in mente hæreat et maneat, ne excidat animo; in mentem revoco*. *ἔμνασε* (Dor. pro *ἔμνησε*) *τὸ*, Py. 11. 21, memoriam illius rei renovavit.

Μοῖρα, *ας*, *ἡ*. *portio, pars, sors, fatum, conditio*. *ὅταν θεοῦ μοῖρα πέμπῃ ὄλβον*, Ol. 2. 37, quando Dei distributio mittat beatitatem. et 65, *οὕτω δὲ μοῖρα* (i. e. *ἡ τύχη*) *σὺν ὄλβῳ ἄγει καὶ πῆμα*, malum patiendum. *εὖ παθεῖν* (in statu felici esse) *τὸ πρῶτον ἀέθλων* (primum est præmiorum), *εὖ δ' ἀκούειν, δευτέρα μοῖρα*, benè audire, altera est felicitatis pars, Py. 1. 192. *μοῖρα εὐδαιμονίας ἕπεταί σοι*, Py. 3. 150, portio plena felicitatis comitatur te. *μοῖρά τις ἄγεν αὐτοὺς εἰς ἔραν πολύθυτον*, fatum aliquod bonum duxit eos in pinguem terram, Py. 5. 102. *ἕσποιτο*, sequatur bona fortuna, Py. 10. 26. *ἄγει οὕτω θνητὸν σθένος*, fatum ducit et ordinat sic homines, Ne. 11. 55. *ἔστι αὐτῷ διδύμων ἀέθλων μοῖρα*, duplicium præmiorum portio attributa, Ist. 3. 16. *εἴ σε τούτων μοῖρα ἐφίκοιτο καλῶν*, Ist. 5. 19, si ad te pervenerit sors horum bonorum. *ἐν μιᾷ μοίρᾳ χρόνου*, Ol. 7. 174, uno tempore. *ἀμφὶ μοίρᾳ καλῶν*, circa attributionem bonorum, Ol. 8. 114. *ἐν δαιτὸς δὲ μοίρᾳ*, Py. 4. 226, i. e. *ἐν τῷ συμποσιακῷ καιρῷ καὶ τῇ μερίδι τῆς εὐωχίας*. *μοῖραν ἀέθλων*, Ol. 6. 135, sortem præmiorum in certaminibus. *μοῖραν πατρωΐαν ἀστέων*, Ol. 7. 140, paternam partem urbium. *φιλίαν*

νόστου, Py. 4. 349, optabilem et jucundam fortunam reditûs. ἄγων τοῖς, Py. 12. 22, infortunium et exitium afferens iis. εὔνομον, Ne. 9. 70, fortunam bonis legibus munitam. ἐσλῶν ἔχει, Ne. 10. 37, sortem et partem bonorum. ἀγώνων διέπουσι, Ne. 10. 98, sortem certaminum administrant dii illi. οἵαν ὕμνων μοῖραν, Ist. 6. 92, qualem et quantam portionem hymnorum!

Μοῖρα, ας, ἡ. *Parca.* Μοῖραι, Ol. 10. 65, quæ si adsunt, felix est auspicium. Py. 4. 258, sqq. i. e. felicitas abscedit ab illis cognatis.

Μοιρίδιος, ου, ὁ, ἡ. *fatalis, fato immissus aut datus.* παῖδα μοιρίδιον τελέσαι, filium a bonis fatis datum vel dandum re ipsâ exhibere, Ist. 6. 67. μοιρίδιον ἆμαρ ἢ (μοιρίδιοι) νύκτες, felix dies, vel (felices) noctes, Py. 4. 454. τὸ μεμοιραμένον, bono fato tributum. sic, μοιρίδιον ἦν, fatale erat, a fato datum, Py. 1. 108, ex vaticinio Heleni auguris. μοιριδίῳ σὺν παλάμῃ, Ol. 9. 38, cum aliquo fatali auxilio, δαιμονίᾳ σὺν μηχανῇ καὶ τέχνῃ.

Μοῖσα, Dor. pro Μοῦσα, ης, ἡ. *Musa.* αὔξεται, Py. 4. 496, i. e. poësis fit celebris. Μοῦσαι δίδωσιν Ἀπόλλων, i. e. τὴν μουσικὴν, Py. 5. 88. βαθυκόλπων, Py. 1. 24, nam sunt optimè nutritæ et nutrientes, quod attinet ingenium. ἄγγελος ὑποφήτης, i. e. ἀληθὴς κῆρυξ, Ol. 6. 153. ἐν δίφρῳ πρόσφορος, i. e. accommodatus poëticæ Musæ. προφρόνων τύχοιμεν, Ist. 4. 73, utinam eas faventes habere possimus. ἐν, Py. 5. 152, cum Musis, i. e. in rebus eruditis. Μουσικῆς laudes sunt Py. 1, toto. Μουσικῆς ἐν ἀώτῳ, Ol. 1. 23, simul id innuit pacem bonam; nam in pace sunt Musæ vigentes.

Μολέω, fut. ήσω. *volo aliquò, accedo, peto locum.* μόλον (ἔμολον) ἐν ναυσὶ, iissem navibus, Py. 3. 120. sic, ἀείδων ἔμολον, celebrans accedo, Ol. 14. 27. ὅσοι μόλον, i. e. παραγένοντο, ad Æsculapium, Py. 3. 83. σὺν Ἑλένῃ γὰρ μόλον, venerunt cum eâ, Py. 5. 111. σὺν χάρισιν ἔμολον, cum Gratiis veni, Ist. 5. 26. ἔμολεν Ὀρφεὺς, Py. 4. 315, accessit. ὑπὸ σπλάγχνων ματρὸς εἰς αἴγλαν, Ne. 1. 56, ex visceribus matris in lucem prodiit. solet cum accusativo construi sine præpositione εἰς vel πρός. ὀμφαλὸν χθονὸς ἔμολεν, Ne. 7. 50, i. e. πρός: Delphos profectus est. sic et, λαὸν Ἥρας, Ne. 10. 66, venit ad populum Junonis. μόλεν εἰς ὅμιλον ἀνδρῶν μακάρων, Py. 10. 70, venit ad cœtum eorum. εὖτε ἂν μόλῃ εἰς χθόνα, si quando venerit, Py. 4. 137. μὴ ὀπίσω πάλιν μόλοι, ne rediret, Ne. 3. 111. πεδίον (εἰς) μολὼν, Ol. 9. 108, in campum profectus. ἐπὶ τὴν, Ne. 10. 19, ad eam. πρὸς στρατὸν, ad populum, Ne. 10. 47. παρὰ ὄχθῳ, ad collem, Ne. 11. 31. μολόντων παρὰ ματέρι, reversorum ad matrem, Py. 8. 121.

Μολπὴ, ῆς, ἡ. *cantus festivus cum tripudio.* μολπῇ Αἰολῆϊδι, Ol. 1. 164, carmine ad harmoniam Æolicam facto. cæterùm nomen est a præt. med. μέμολπα, a μέλπω, i.e. μέλος ἕπω.

Μομφὴ, ῆς, ἡ. *vituperium.* μομφὴν ἐπισπείρων ἀλιτροῖς, Ne. 8. 67, vituperium aspergens improbis. μομφὴν ἔχει παίδεσσιν Ἑλλάνων, Ist. 4. 61, est causa reprehensionis Græcorum, facit ut reprehendantur, succenset illis.

Μοναμπυκία, ας, ἡ. *si unus tantùm equus est ornatus circa caput, si unus equus est frænatus* διαχρύσοις χαλινοῖς. μοναμπυκίᾳ, Ol. 5. 15, ubi per id abstractum notatur equus κέλης, ut sit, δι' ἑνὸς ἵππου.

Μοναρχέω, fut. ήσω. *solus imperium teneo.*

Μόναρχος, ου, ὁ. *solus imperans.* μόναρχον σκῆπτρον, sc. πονεῖ με, Py. 4. 270, i. e. τὸ σκῆπτρον τῆς μοναρχίας.

Μονόδροπος, ου, ὁ, ἡ. *ex unâ decisâ arbore*, vel *ex uno deciso ramo, factus*; vel potiùs, *una arbor decerpta et decisa sola.* μονόδροπον φυτὸν, Py. 5. 56; ubi pertinet per appositionem ad ἀνδριάντα, ut notet statuam ex unâ decorticatâ et in radicibus suis stante adhuc arbore factam, sic ut nulla membra aliunde addita sint; μονόξυλον; et fuit sine dubio Apollinis signum.

Μονόκρηπις, ιδος, ὁ, ἡ. *uno tantùm calceo indutus*, μονοσάνδαλος, Py. 4. 133. coll. 168—171.

Μόνος, η, ον. *solus.* scribitur ob metrum et μοῦνος. ἔστη σὺν Ἀχιλλεῖ μόνος, stetit solus unà cum eo, nec fugit ut cæteri, Ol. 9. 110. ἐξελέγχων μόνος ἀλήθειαν χρόνος, Ol. 10. 65, solum tempus arguit tandem veritatem. μόνη καὶ μόνον γόνον, Py. 2. 80, ubi Doricè est μόνα, sc. νεφέλη ista; unica nubes, et sola peperit unicum filium. δεξιτερῷ μόνον ἀμφὶ ποδὶ πέδιλον, Py. 4. 170, ubi necesse non est, μόνον pro adverbio positum putare. μούναν παλαίοισαν, solam luctantem, Py. 9. 46. et 149, ἐν μόναις ὠδῖσιν, i. e. uno partu, edidit geminos.

Μονόψαφος, Dor. pro μονόψηφος, ου, ὁ, ἡ. *unius suffragii.* μονόψαφον ξίφος, Ne. 10. 10; ubi sic vocat ensem Hypermnestræ, quæ suo judicio, non verò ex sententiâ sororum et pàtris, eo ense utebatur, sponsoque parcebat.

Μόριμος, ου, ὁ, ἡ. *a fato attributus et destinatus.* μόριμος υἱὸς, Œdipus, Ol. 2. 70, ubi culpa in fatum conjicitur, ut excusetur quodammodò filius: ὁ ἐκ μοίρας δαίμονος τεταγμένος ἀποκτεινεῖν Λάϊον, fatalis filius.

Μόρος, ου, ὁ. *portio.* in specie, *portio a fatis attributa, mors, exitium.* διασιγήσομαι αὐτῷ μόρον, reticebo ejus fatum supremum, Ol. 13. 130. κεραυνὸς ἐνέσκηψε μόρον, fulmen inflixit mortem, Py. 3. 105. αὐτῷ δώσειν μόρον, Ne. 1. 99, et quidèm τὸν ἐχθρότατον, ei pensurum esse fatalem odiosissimam portionem, i. e. occisum iri ab eo.

Μόρσιμος, ου, ὁ, ἡ. idem ac μόριμος. αἰὼν ἔφεπε μόρσιμος, Ol. 2. 19, vita insequebatur a fato felici data; ἐπηκολούθησεν εὐδαιμονίαν ἐπιπέμπων αἰὼν ταῖς ἀρεταῖς αὐτῶν: et sermo est de claris viris post exantlatos labores: εὔμοιρος βίος ἐπηκολούθησεν αὐτοῖς. τόγε μόρσιμον οὐ παρφυκτὸν, a fato destinatum nemo effugit, Py. 12. 53. τὸ μόρσιμον ἀπέδωκεν, Ne. 7. 64, quod fatale ei fuit, id exsolvit Neoptolemus. τὸ μόρσιμον Διόθεν πεπρωμένον, fatum a Jove constitutum ei, Ne. 4. 99. ἐς τὸν μόρσιμον αἰῶνα, Ist. 7. 58, ad fatale ævum, i. e. ad terminum vitæ naturalem, a fato mihi dictum.

Μορφὴ, ῆς, ἡ. *forma.* ὑπέρφατον ἄνδρα μορφᾷ τε καὶ ἔργοις, Ol. 9. 98, percelebrem virum formâ suâ. παραμεύσεται ἄλλων, formâ superabit alios, Ne. 11. 17. εὐκλέα μορφὰν, Ol. 6. 128, gloriosam speciem; ubi est tropicè. μορφὰν βραχὺς, Ist. 4. 89, staturâ et aspectu corporis externo brevis.

Μορφάεις, Dor. pro μορφήεις, εσσα, εν. *formosus aspectu.*

Μουσικὴ, ῆς, ἡ. *Musica.* vid. sub voc. Μοῖσα.

Μόχθος, ου, ὁ. *labor cum gemitu junctus, molestia gravis et ærumnosa.* μακρὸς μόχθος ἀνδρῶν οὔ τοι τε-

τύφλωται, Ist. 5. 73, longus labor virorum non sepultus est in tenebris, οὐκ ἀποκέκρυπται. πᾶνις μόχθον καθύπερθε ἦτορ ἔχουσα, virago habens cor superius labore, Py. 9. 55. ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνὸν, Ol. 10. 112, præbuit labori brevem aliquam oblectationem. ἐξαίρετον εἷλε μόχθον, Py. 2. 54, exquisitam sustinuit ærumnam. δύστηνον ἀμφέπει, miserum administrat laborem, Py. 4. 477. ἥρωσι, heroïbus laborem gravem, Ist. 6. 42. τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοὴν, Ol. 8. 9, ubi deest ἐκ, respirationem ex laboribus. ἀμοιβὴν ἐκαρπώσαο [Heyn. h. l. legit ἐπαύρεο], Ne. 5. 88, laborum remunerationem cum fructu nactus es. ἄποινα, Ne. 7. 23, remunerationem. ἄλλων ἐν ἡμέραις, diebus aliarum ærumnarum, Ne. 8. 53. ἀντὶ παντοδαπῶν, Ist. 1. 63, pro laboribus omnigenis. idem ferè dicitur ὁ μόλος, qui de bellico labore in specie ponitur, et huc referri possit.

Μόψος, ου, ὁ. Lacedæmonius, vates excellens apud Argonautas.

Μυθέομαι, fut. ήσομαι. *narro; loquor, dico.* μυθήσαιτο, libens narraret, Py. 4. 531.

Μῦθος, ου, ὁ. *verbum, sermo.* μῦθοι δεδαιδαλμένοι, Ol. 1. 47, sermones magis quam fert veritas elaborati et exornati. μύθοις παράγουσα σοφία αὐτοῦ, Ne. 7. 34, ubi sermo est de Homero; et μύθους ponit Pindarus in significatu recentiorum, de *figmentis*. μῦθος est a μύω, *comprimo*, ut etymologia indicet, sermonem esse rem sacram, et loqui debere nos antè nobiscum quàm cum aliis.

Μυρίοι, αι, α. *permulti, infiniti, innumerabiles.* μυρία κέλευθος, via immensa, Ist. 4. 2. μυριᾶν ἀρετᾶν, Dor. Ne. 3. 73.

Μυρσίνη, ης, ἡ. *myrtus arbor.* Atticè dicitur ἡ μυῤῥίνη.

Μύρτος, ου, ὁ. idem. λευκωθεὶς κάρα μύρτοις, Ist. 4. 118, i. e. coronâ myrteâ coronatus.

Μυχὸς, οῦ, ὁ. *penetrale, recessus.* μυχὸς Παρνάσσιος, Py. 10. 13, recessus Parnassius, ubi sedebant judices certaminum. μυχῷ ἐν Μαραθῶνος, Py. 8. 113, in convallibus Marathonis, campi Attici. Ἑλλάδος, Ne. 6. 44, in sinu Græciæ. μυχὸν μαντῆϊον, Py. 5. 91, adytum subterraneum ex quo oraculum Delphicum oriebatur. Μινύου, Ist. 1. 80, recessum Minyæ, i. e. Orchomenon Bœotiæ. ἐκ μυχῶν, Py. 1. 42, ex interioribus partibus Ætnæ, ἐκ κοιλωμάτων καὶ κρατήρων τοῦ ὄρους. ἀπὸ Ἀρκαδίας πολυγνάμπτων μυχῶν, Ol. 3. 49, ab Arcadiæ flexuosis recessibus et angulis; nam est regio montana. μυχοῖς ἧμενον, Ol. 10. 41, i. e. ἐν κοιλάσι. ἐν Πιερίδων, Py. 6. 49, in recessibus Musarum. Κορίνθου, Ne. 10. 78, i. e. in Isthmo. ἐς μυχοὺς ἁλὸς, Py. 6. 12, in sinus littoris marini. μυχὸς est a μύω, *claudo.*

Μῶμος, ου, ὁ. *vituperium, probrum.* μῶμος ἐκ δ' ἄλλων κρέμαται, Ol. 6. 124, i. e. ἐκ τῶν ἄλλων φθονούντων, μῶμος ἐπικρέμαται τοῖς τετυχηκόσι τῶν τιμῶν τούτων· οἱ μὴ τετυχηκότες, τοὺς τυχόντας διαμωμῶνται, ὡς μηδενὸς ἀξιολόγου τετυχηκότας. μῶμος μείων, Py. 1. 160, reprehensio minor, i. e. nulla. μῶμος est a μάω (ortum ex μάω) *quæro.* erat enim ὁ Μῶμος δαίμων τις, ἀεὶ ἐπιζητῶν, καὶ μηδὲν τῶν ἄλλων ἱκανὸν εἶναι νομίζων, ἀλλὰ ἐνδεῖν τοῦ κρείττονος, qui semper quærebat meliora, et præsentia omnia vituperabat. hinc *vituperium* et *vituperatio* ipsa est dicta.

N.

Ναὶ, adverbium affirmantis, comprobantis, jurantis. ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον, nam per ipsam jurisjurandi religionem, Ne. 11. 30.

Ναιετάω, *frequento, inhabito*; it. *sum frequens et celeber, habitor.* In Pindaro ubique activè ponitur: cæterùm nota est regula; ferè omnia Græca verba activa, possunt et intransitivè, et vel quasi passivè, notare.

Ναίω, *habito.* ναίεις κολώνην, habitas collem, Py. 12. 5. ἐν αὐτῇ (πόλει) ἡ Εὐνομία ναίει, justitia ibi habitat et frequens est, Ol. 13. 6. παρὰ αἰγιόχῳ, apud Jovem habitat, Ist. 4. 100. αὔτε ναίετε καλλίπωλον ἕδραν, quæ inhabitatis sedem, i. e. regionem, pulchros equos habentem, Ol. 14. 2. οἳ πάρα πόλει ναίοισι, Dor. pro ναίουσι, Py. 12. 46, ubi sermo est de arundinibus et calamis, qui apud illam urbem frequentes crescunt; ut ergo sit pro, φύονται πολλοί. ναίουσι, inhabitant, Ist. 6. 97. εἰ δὲ σώφρων Χείρων ἔτι ἔναιεν ἄντρον, si prudens Chiron adhuc inhabitaret antrum suum, Py. 3. 111. μάκαρ μετὰ ἀνδρῶν ἔναιεν, felix inter nobiles viros versabatur, Py. 5. 128. ναίων λόφον κρόνιον, Ol. 5. 40, de Jove, templum ibi habente. τίνα οἶκον ναίοντα ὀνυμάξομαι, quam domum celebrem nominabo? Py. 7. 6, ubi notat passivè ferè. γέροντα, ναίοντα πόδα Παρνασσοῦ, senem, habitantem ad radices Parnassi, Py. 11. 54, Strophium. ὑπὸ ὄχθαις Ταϋγέτου ναίοντες, sub collibus hujus montis habitantes, Py. 1. 123. ναίειν ἐθέλει ἔν σοι, habitare vult juxta et prope te, Ne. 7. 134.

Νάκος, εος, τὸ. *vellus.* νάκος πάγχρυσον κριοῦ, vellus aureum arietis, sc. ὑμνήσω, Py. 4. 121.

Νάξος, ου, ἡ. insula ex Cycladum numero. ἐν λιπαρᾷ, splendente, Py. 4. 156. Ναξίαν, sc. ἀκόναν, Ist. 6. 107. vocata olim ἡ Δία.

Ναὸς, οῦ, ὁ. *ædes sacra, templum.* ναοῖς θεῶν, Ol. 13. 29, quibus impositæ aquilarum effigies.

Νάπη, ης, ἡ. *vallis, circumdata montibus.* νάπῃ ἐν Ἀπολλωνίᾳ, Py. 6. 9, in planitie Apollineâ, prope Delphos, ubi Pythica certamina fiebant. ἐν κοίλᾳ λέοντος, i. e. in Nemeâ, Ist. 3. 20. vides igitur *vallem cavam* signari. deindè notat et, *regionem saltuosam, ubi valles et juga alternant.*

Νάπος, εος, τὸ. idem. νάπος ἀνὰ κοιλόπεδον θεοῦ, Py. 5. 51, per cavum campum Apollinis, circa quem montes.

Νασιώτας, Dor. pro νησιώτης, ου, ὁ. *insulanus.* νασιώταις, Py. 10. 75, Seriphiis.

Νᾶσος, Dor. pro νῆσος, ου, ὁ. *insula.* νᾶσος, Ol. 7. 128, Rhodus. δικαιόπολις, Py. 8. 33, Ægina. ἀγλαΐαν ἔγειρε νάσῳ, decus constituit insulæ, Ne. 1. 16, Ortygiæ. νᾶσον μακάρων, Ol. 2. 129, quam Pindarus unam tantùm novit, sitam in Oceano Atlantico. τρίπολιν, Ol. 7. 34, Rhodum, quæ tres habuit urbes celebres, Λίνδον, Ἰηλυσὸν, Κάμειρον, a tribus filiis Κερκάφου, Solis filii, appellatas. ἱερὰν, sc. Θήραν, Py. 4. 12. et 461, Καλλίστην. Δωρίδα, Αἴγιναν, Ne. 3. 5. φαεννὰν, Ne. 4. 81, splendidam insulam. εὐκλέα, gloriosam, Ne. 5. 27. τήνδε ἐπιστείχοντα, Ist. 6. 29, pervenientem ad hanc insulam. νῆσος est a νέω, *nato*, quia innatat aquis.

Ναυάγιον, ου, τὸ. *naufragium factum.* τὰ ναυάγια sunt, *reliquiæ diffractæ navis.* ἐρειδόμενον ναυαγίοις,

Ist. 1. 52, nixum tabulis fractæ navis, i. e. fortè fortunâ elapsum ex malo, ac si naufragus arreptâ tabulâ ex præsenti morte enatat. ἡ ναυαγία, ας, est ipsa *amissio navis per naufragium*.

Ναῦς, ναὸς, ἡ. *navis*. ἵππου θᾶσσον καὶ ναὸς ὑποπτέρου, celerius equo et nave veloci, Ol. 9. 36, ubi "navis alata" est, remis et velis benè instructa; maximè tamen remis, qui sunt πτερὰ νηός. πόθον Ἀργοῦς, desiderium navis Argo, Py. 4. 329. et 409, ὃς ἄρχει ναὸς, qui præest navi. παρὰ ποδὶ, Ne. 6. 94, ad pedem navis, i. e. ad carinam et latera aquæ immersa. πομπὴν, Py. 4. 292, deductionem navi. et 436, ναῦν πεντηκόντορον, navem quinquaginta remis agendam. ἐριζόμεναι ἐν πόντῳ, Ist. 5. 5, certantes in mari. ἀπὸ ναῶν ὠκυπόρων, sc. Hieronis, Py. 1. 144, a navibus ejus. δεσπότην, Py. 4. 369, τὸν Ποσειδῶνα. ναυσὶν ἐν κοίλαις, Ol. 6. 15, i. e. παρὰ τοῖς θαλαττεύουσιν, apud navigantes. νάεσσι, navibus, διὰ νηῶν, Py. 4. 98. ναυσὶ κλυτὴν θέσαντο γῆν, navibus celebrem fecerunt terram, Ne. 5. 18.

Ναυσίστονος, ου, ὁ, ἡ. *navibus miseriam afferens*. ναυσίστονον ὕβριν, Py. 1. 140, intuens cladem contumeliosam, navibus lachrymabilem.

Ναυσιφόρητος, ου, ὁ, ἡ. *in navibus portatus, qui navi vehitur, vel vehi solet*. nam de multis navibus solis poni potest, ab ablativo plurali ναυσὶ, *navibus*, et φορητὸς, *portatus*. ναυσιφορήτοις ἀνδράσι, Py. 1. 64, viris nauticis.

Ναυστολέω, fut. ήσω. *nave adornatâ veho*. ἴδια ναυστολέοντες ἐγκώμια, plenis quasi navibus vehentes, Æginetæ insulani, et navigationum peritissimi, argumenta laudum ipsis propria, Ne. 6. 55.

Ναύτης, ου, ὁ. *nauta*. ναυτᾶν ἄωτος, i. e. οἱ Ἀργοναῦται, Py. 4. 335. et 21, ναύταις ἡμιθέοις, de iisdem. ἐρθωθεῖσα ναύταις Σαλαμὶς, Ist. 5. 62, defensa a nautis, i. e. navali prælio servata et clara facta.

Ναυτιλία, ας, ἡ. *navigatio*. ναυτιλίας ἀρχὴ, Py. 4. 124, initium navigationis. ἐσχάτης μάρτυρας, Ne. 3. 39, testes navigationis ultimæ; et sermo est de columnis Herculis, in fine terrarum. ναυτιλίαις ἡμεράσας πορθμοὺς, ad navigationes mansuefaciens freta, Ist. 4. 98.

Νεανίας, ου, ὁ. *adolescens*. φιάλαν δωρήσεται νεανίᾳ γαμβρῷ, donabit juveni genero, Ol. 7. 5. τέκτονες κώμων νεανίαι, Ne. 3. 8, artifices hymnorum juvenes.

Νεᾶνις, ιδος, ἡ. *adolescens virgo*. μόχθου καθύπερθε νᾶνις ἦτορ ἔχουσα, Py. 9. 55, supra laborem habens cor virgo.

Νεαρὸς, ὰ, όν. *novitius, tenellus*. νεαρὸν υἱὸν, filium adolescentem, Py. 10. 39. νεαρὰ δοῦναι βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, κίνδυνος, ὄψον φθονεροῖς, Ne. 8. 34, nova inventa dare examini ad explorationem, periculosum est, et cibus invidis.

Νεῖκος, εος, τὸ. *contentio, certamen*. οἷον ἀταρβεῖ νεῖκος ἄγει κεφαλῇ, Py. 9. 54, qualem concertationem intrepido capite sustinet. βαρὺ ἔμπεσέ σφι, incidit iis gravis contentio, Ne. 6. 86. νείκει λυγρῷ, Ne. 8. 42, molestâ in rixâ. νεικέων πέταλα, Ist. 8. 92, contentionum folia, i. e. litis tabulas ad judicium nostrum exhibendas.

Νεῖλος, ου, ὁ. fluvius Ægypti, qui et ipse dicitur ὁ Αἴγυπτος. Vocabatur et αἰγύπτιος Ζεὺς, ob inundationem loco pluviarum, et ob fœcunditatem et τὸ ζωογόνον. Νείλοιο

Κρονίδου, Py. 4. 99, ubi divinitas ejus exprimitur, ut filius Saturni et Ζεὺς Ægyptius.

Νεκρὸς, ὰ, όν. *mortuus.* ἐκ νεκροῦ (ex corpore mortuo) ἥρπασε παῖδα, eripuit puerum Apollo, Py. 3. 76, nam prægnans erat Coronis ex Apolline, cùm interficeretur, partui vicina. νεκρῶν πυρὰς, rogos, Ol. 6. 23.

Νέκταρ, αρος, τὸ. potus deorum, *nectar.* quod sit ποτὸν θεῖον, obtinuit ex Homero apud plures: recentiorum tamen quidam ex eo fecere ξηρὰν θείην τροφήν. Sappho, Alcman, aliique recentiores, dixere, θεοὺς ἐσθίειν νέκταρ, καὶ πίνειν ἀμβροσίην. νέκταρ χυτὸν, Ol. 7. 12, i. e. ἄκρατον, τὸ ἐκ Μουσᾶν, ubi sic vocat poësin.

Νεκτάρεος, α, ον. pro νεκτάρειος. *præstantissimus, divinus.* νεκταρέαις σπονδαῖς, Ist. 6. 54, nectareis libationibus.

Νέμεσις, εως, ἡ. Μεγάλη Θεὸς, tribuens cuique ut meretur; maximè autem injustos odio habens. βωμὸν αὐτῇ πρῶτος Ἄδραστος βασιλεὺς ἵδρυσε περὶ ῥόον ποταμοῦ Αἰσήπου· hinc ipsa dea sæpè vocatur ἡ Ἀδράστεια.

Νέμω, fut. ῶ. *tribuo, attribuo, distribuo, pasco pecus, habito, rego.* νέμει πόλιν, gubernat civitatem, Ol. 10. 17. ὃς Συρακόσσαισι νέμει, Py. 3. 124, i. e. βασιλεύει. αὐτὸς νόσων ἀκέσματα νέμει ἄνδρεσσι καὶ γυναιξὶ, Py. 5. 87, tribuit et communicat medicamenta morborum. ἔνδον νέμει πλοῦτον, domi possidet divitias, Ist. 1. 96. Ζεὺς τάδε καὶ τὰ νέμει, Ist. 5. 66, hæc et illa tribuit, quæcunque sint. νέμων ἕδος Ὀλύμπου, possidens sedem, Ol. 2. 23, i. e. οἰκῶν. λαὸν νέμων, regens populum, Ol. 13. 37. ἐν ἴχνεσιν αὐτοῦ ἐὸν πόδα νέμων, Ne. 6. 28, pedem suum administrans et movens in vestigiis, i. e. ad exemplum ejus. ὄλβος, ἔμπης τὰ καὶ τὰ νέμων, felicitas, quæ tamen bona malis mixta tribuit, Py. 5. 74. ἀγῶνα νέμειν, certamen administrare, Ol. 3. 65, i. e. διοικεῖν. Χαρίτων νέμομαι κᾶπον, colo et fruendum habeo, Ol. 9. 39. νέμεαι, possides, Py. 4. 267. νέμονται αἰῶνα, Ol. 2. 120, i. e. διάγουσι. κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται, graculi humilia sectantur et depascuntur, Ne. 3. 144. ἡμέραι παρὰ πατρὶ νέμονται, Ne. 10. 105, per diem apud patrem habitant. νεμόμενος ἡσυχίᾳ, Py. 11. 85, gerens se tranquillè; etsi Schmidius ibi legi jubet, ἥσυχά τε νεμόμενος, et tranquilla sortitus.

Νεόγυιος, ου, ὁ, ἡ. *juvenili corpore.*

Νεόδματος, Dor. pro νεόδμητος, ου, ὁ, ἡ. *recèns structus.*

Νεοθαλὴς, Dor. pro νεοθηλὴς, έος, ὁ, ἡ. *recèns protrusus, recèns virens aut florens.*

Νέοικος, ου, ὁ, ἡ. *recèns habitatus.* νέοικον τὴν ἕδραν, Ol. 5. 19, nam restitui cœpta est Camarina circa hoc tempus.

Νεόκτιστος, ου, ὁ, ἡ. *recèns conditus.* fœminina terminatio νεοκτίστην est Ionica.

Νεόκτονος, ου, ὁ, ἡ. *recèns cæsus et interfectus.* ἀμφὶ νεοκτόνῳ Ἀχιλεῖ, circa recèns occisum eum, Ne. 8. 52.

Νέομαι, *eo, abeo, redeo.* νέομαι, redeo, Py. 4. 181. νέονται, abeunt, Ne. 7. 28. μὴ νεῖσθαι τηλόθεν, Ne. 2. 18, non procul incedere. νεῖσθαι κατ' ἀμαξιτὸν, Py. 4. 439, proficisci per viam publicam, i. e. methodum narrandi vulgarem servare.

Νέος, α, ον. *novus, recens.* νέος ἐν παισὶ, inter juvenes est juvenis

et facit juvenilia, Py. 4. 501. νέον πύργον, novum murum et turrim, Ol. 8. 48. νέον ὕμνον, Ist. 5. 80, novum hymnum. νέον (adverbialiter) λαχὼν καλόν τι, nactus recenter pulchri quid, Py. 8. 126. ὦ νέοι, Ist. 8. 2, O juvenes. νέων ἐν ἀοιδῇ, Py. 5. 139, juvenum tripudiantium et canentium. νέοις ἐν ἀνδράσι, Ol. 4. 39, etiam juvenibus sæpè nascuntur cani capilli. νέοις ἐν ἀέθλοις, Ol. 2. 78, renovato bello ab ἐπιγόνοις. νέᾳ εὐπραγίᾳ, Py. 7. 17, nuperum ob successum felicem. κεφαλῇ, Py. 11. 53, i.e. νέος ὤν. νέαν χαίτην, Ol. 14. 32, i.e. τὰς νεωτέρας αὐτοῦ κόμας. ἀρετὴν, Ist. 8. 105, juvenilem fortitudinem; ubi tamen Schmidius legi jubet νεαρὰν, præter necessitatem. ἀλόχοις, Py. 11. 40, juvenculis uxoribus. ἑορταῖς, Ne. 9. 26, novis festis.

Νεοσίγαλος, Dor. pro νεοσίγηλος, ου, ὁ, ἡ. *recèns natus, novus.* νεοσίγαλον τρόπον, novum modum, Ol. 3. 8.

Νεότας, Dor. pro νεότης, ητος, ἡ. *juvenilis ætas, pueritia.* ἐν Ἐπιδαύρῳ νεότης πρὶν ἔδεκτο, Ist. 8. 150, in Epidauro, i.e. in certaminibus Æsculapiis, juventus sua eum antea excepit, i.e. juvenis ibi vicit. ἥκων νεότητι, veniens ad juventutem, Ol. 10. 103, ad pueritiam revertens senex. νεότητι μὲν, juventuti quidèm tuæ, Py. 2. 115.

Νευρὰ, ᾶς, vel ῆς, ἡ. *nervus in arcu.*

Νεύω, fut. εύσω. *nuo, annuo.* νεῦσον, Κρονίων, annue O Jupiter, Py. 1. 137.

Νεφέλη, ης, ἡ. *nubes.* νεφέλης παίδων, filiorum nubis, i.e. pluviarum, Ol. 11. 3. ἐριβρόμου στρατὸς, nubis valdè frementis exercitus, Py. 6. 11, i.e. imber et procella cum tonitrubus. νεφέλᾳ παρελέξατο, concubuit cum nube, Py. 2. 67. νεφέλᾳ ἐν ταύτῃ, Ist. 7. 38, i.e. in hoc bello vel prælio. νεφέλην ξανθὴν ἀγαγὼν, sc. Ζεὺς, Ol. 7. 90, κελαινῶπιν, nubem nigram; Py. 1. 13, i.e. ὕπνον, nigredinem oculis offundentem. νεφέλην φόνου, Ne. 9. 90, nubem cædis, i.e. pugnam mortiferam.

Νέφος, εος, τὸ. idem. Amphiaraus vocatur πολέμου νέφος, Ne. 10. 16, propter fortitudinem suam quâ ingruebat velut tempestas aliqua in hostes, et propter magnitudinem exercitûs. Ejusmodi dithyrambicæ locutiones Homero sapienti familiares non sunt. νέφος λήθης ἐπιβαίνει, Ol. 7. 83, nubes oblivionis supervenire solet; et hæc metaphora est aptissima. ἐκ νεφέων, respondit Jupiter, Py. 4. 350. νέφος est a νὴ *non*, et φάος, *lux*.

Νηλὴς, έος, ὁ, ἡ. *non parcens, non misericors.* it. metaphoricè, *durus, obstinatus, non cedens.* νηλέα, sc. Φάλαριν, Py. 1. 186.

Νήπιος, α, ον. *ineptus, imperitus.*

Νήποινος, ου, ὁ, ἡ. *nullâ datâ satisfactione; pro quo satisfactio non datur.* in specie, *cujus cædes ultionem aut satisfactionem non habet.* οὔτι παγκάρπων φυτῶν νήποινον, οὔτε ἀγνῶτα θηρῶν, Py. 9. 103, neque frugiferarum plantarum expertem, neque ignaram ferarum venatione capiendarum; οὐκ ἄμοιρον, nam ποινὴ est, *quævis remuneratio.*

Νίκα, Dor. pro νίκη, ης, ἡ. *victoria.* νίκας ἐπωνυμίαν χάριν ἀγχεμάχου, Ol. 10. 95, i.e. ὕμνον ἐπινίκιον. νίκας χρυσίας (aureæ, i.e. splendidæ et pulchræ,) γούνασιν ἐμπιτνῶντα, Ist. 2. 39, i.e. victoriosis pedibus ince-

dentem. ἄποινα νίκας, Ist. 8. 5, præmia. νίκαν τιμαλφεῖν, ingeniosè honorare, Ne. 9. 130. Ἰσθμίαν, sc. ἀοιδάν, Ist. 2. 20. νικᾶν, Doricus genit. plur. Py. 9. 220. νίκας ἐκόμιξαν, Ne. 2. 30, reportârunt. ἄραντο, Ist. 6. 88, retulerunt. νίκη est a νὴ *non*, et εἴκω, *concedo*; ut notet *statum quando quis alteri non cedere debeat.*

Νικαφορία, Dor. pro νικηφορία, ας, ἡ. *victoria.* νικαφορίας, victoriæ, i. e. ἀγώνων, Ne. 2. 6.

Νικαφόρος, Dor. pro νικηφόρος, ου, ὁ, ἡ. *victoriam referens, victor.* νικαφόροις ὁμιλεῖν, cum victoribus versari, Ol. 1. 186. ἐν ἀέθλοις, Py. 8. 36, in certaminibus victoriam reportantibus. ἔργμασιν, Ne. 1. 9, facinoribus victoriosis. νικαφόρου τετραορίας, Ol. 2. 9, quadrigarum vincentium. σὺν νικαφόρῳ, cum victore, Ne. 3. 117. νικαφόρον ἀγλαΐαν, Ol. 13. 17, victorialem splendorem.

Νικάω, fut. ήσω. *vinco, supero.* ὁ νικῶν (τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα) Ol. 1. 157. ἅρμα, vicisse curru, Ist. 4. 43. νικῇ, Ne. 5. 9, pro νικᾷ, vincit, i. e. vicerit; et additur στέφανον, victor coronam reportârit. νικάσαις, Doricè pro νικήσας, Ol. 5. 17. νικάσαις, Doricè pro νικήσαις, Ne. 10. 44. et hæc Dorica terminatio ostendit nominativum esse debere νικήσαις, unde et obliquis est suum ι, nam Dores mutant id sæpè in iota. νικῶσι, sc. τοῖς δυναμένοις, Ne. 10. 90.

Νὶν, id. quod μὶν, pro αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτὸ, *eum, eam, id.* Doribus frequens imprimis est, quibus et loco dativi ponitur. νὶν γένειον, eum quod attinet mentum, Ol. 1. 110, ubi prior vox totum hominem, posterior partem ejus, notat. Py. 4. 510, sc. καιρόν. 5. 7, sc. πλοῦτον. et [illegible], Δία. 6. 19, patrem tuum. νὶν πάτραν, i. e. ἐκείνην φρατρίαν, illam cognationem, Ne. 4. 126, νὶν, i. e. αὐτὸ, Ol. 8. 44, sc. τὸ τεῖχος. Py. 2. 104, sc. τὸ πλουτεῖν σὺν σοφίᾳ. Py. 4. 430, sc. δέρμα. pro αὐτῷ, Py. 4. 63, sc. danti. νὶν, relatum ad πόνους, Ne. 4. 5, ut ergo et pluralem referat; sicut apud Eurip. Suppl. 1140, νὶν τετακότας, eos absumptos.

Νίσσομαι, fut. νίσομαι. *redeo, venio, eo.* νίσσεται, accedit, vadit, Ol. 3. 62. νίσσονται ἐπὶ ἀνθρώπους, Ol. 3. 18, veniunt in homines.

Νιφὰς, άδος, ἡ. *nix, multitudo nivis decidentis.* νιφάδι πολλῇ ἐβρέχετο, multâ nive compluebatur et rigabatur, Ol. 10. 62, ubi metaphoricè; i. e. silebatur de eâ, et involvebatur silentio. νιφάδεσσι χρυσαῖς βρέχει πόλιν Ζεὺς, de Rhodiis, quibus Jupiter auro pluebat, Ol. 7. 64.

Νιφόεις, εσσα, εν. *nivosus, nivibus oppletus.* Αἴτνα νιφόεσσα, Py. 1. 38, nam in ejus cacumine nives sunt perpetuæ.

Νίφω, fut. νίψω. *ningo.* νίφοντα χρυσῷ, Ist. 7. 7, ningentem auro; de potentiâ Jovis in genere.

Νοέω, fut. ήσω. *intelligo, sentio, animadverto.* νοεῖς, in animo habes, Ne. 10. 161. νοῆσαι δὲ, sc. μέτρον, et noscere id, Ol. 13. 68. νοῆσαι σοφώτατον, Ne. 5. 33, ubi sermo est de silentio, quod sæpè fit sapientissimum; si quis id probè observet, σιγᾶν sæpè est summa sapientia et doctrina.

Νόημα, ατος, τὸ. *cogitatio, voluntas, inventum.* νόημα τοῦτο φέρων, hâc mente præditus, Py. 6. 29. σοφώτατα νοήματα παραδεξαμένους, qui sapientissimas mentes nacti erant naturâ, Ol. 7. 133, i. e. σοφωτάτους γενομένους.

Νόθος, *η, ον. natus ex pellice.* Apud priscos ἡ νοθεία non erat probrosa, licebat enim habere pellices. ergo νόθος υἱὸς non est probrum. Sed ex furtivo coïtu natus dicebatur σκότιος, et is erat longè inferioris dignationis τῷ νόθῳ. νόθος est a νὸ idem ac νὴ *non*, et θεῖος, *qui non est adeò suspiciendus ac sanctus habendus*, in comparatione cum γνησίῳ.

Νομίζω, fut. ίσω. *lege vel more instituo, statuo, existimo.* ἱπποτροφίας νομίζων, equorum curationes et alturas instituens, et quasi legem faciens sibi, Ist. 2. 55. νόμισαν (omisso augmento) ἄνθρωποι, judicaverunt homines, Ist. 5. 2.

Νόμος, *ου, ὁ. lex, institutum, mos.* νόμῳ ἱππικῷ, lege equestri, sc. vincentem, Ol. 1. 163. ἐν Πανελλήνων νόμῳ, secundum institutum omnium Græciæ ordinum, Ist. 2. 56. νόμον Θεσσαλῶν, legem et civitatis constitutionem, Py. 10. 109. νόμον κεφαλῶν πολλῶν, Py. 12. 41, legem multorum capitum. ἐν νόμοις στάθμης, Py. 1. 120, ad leges amussis. καννόμον, i. e. κατὰ νόμον, i. e. δίκαιον, Ol. 8. 103.

Νομὸς, *ου, ὁ. locus ubi pascuntur pecora.* apud recentiores notat etiam *regionem, tribum.* εἰς ἀμφιθάλασσον νομὸν, in regionem mari cinctam, Ol. 7. 62. ἐν (Doricè pro ἐς vel εἰς) πάντα νομὸν, ad omnem administrationem rei publicæ, Py. 2. 157. φαρμάκων μαλακόχειρα νομὸν, medicamentorum molli manu faciendam administrationem, Ne. 3. 96. νομῷ ἐν Ἀδραστείῳ, Ne. 10. 52, in Adrasteâ ditione. ἡγεῖτο παντοίων νομῶν, Ne. 5. 45, dux et primus erat in omnibus ditionibus rei poëticæ: quod multò aptiùs sic intelligitur, quàm si cum Schmidio legas νόμων, i. e. generum carminis.

Νόος, *ου, ὁ. mens, animus.* νόῳ ἀληθεῖ, veraci mente, Ol. 2. 167. Φοῖβε, ἐθελήσαις ταῦτα νόῳ τιθέναι, Py. 1. 77, velis hæc animo reponere; conf. Hor. Carm. Sæc. 73. πάντα ἴσαντι νόῳ, intellectu omnia sciente, Py. 3. 52, de Apolline. et 183, εἴ τις νόῳ ἔχει ἀλαθείας ὁδὸν, i. e. οἶδε, novit. ὁ πονήσαις, νόῳ καὶ προμάθειαν φέρει, Ist. 1. 56, vexatus, animo gerit providentiam, vexatio dat intellectum. νόῳ πλοῦτον ἄγει, Py. 6. 47, gubernat divitias suas cum intellectu. et 51, ἀδόντι νόῳ προσέρχεταί σοι, lubenti animo accedit ad te. εὐμενεῖ, Py. 8. 25, benevolâ mente. et 96, ἑκόντι, promptâ mente. sic et Py. 5. 58. ἀτηλεῖ, non sufficiente animo, Ne. 3. 74. ἀτενεῖ, seriâ mente, Ne. 7. 129. νόῳ ἀντίπαλον, cum prudentiâ pugnantem et luctantem contra, Ist. 5. 77. νόον ὑπέθηκε φροντίσιν, Ol. 1. 30, animum subjecit curis. Πατρόκλου βιατὴν νόον, ejus violentam et ferocem mentem, Ol. 9. 114. θερμαίνει φιλότητι νόον, Ol. 10. 105, calefacit amore animum tibi. νηλέα Φάλαριν (κατὰ) νόον, crudelem Phalarim mente, Py. 1. 186. νοῦν ἔχοντα ἀνδρῶν φίλον, animum habens hominum amantem, Py. 3. 9. κρέσσονα ἁλικίας νόον φέρβεται, præstantiorem ætate animum alit, Py. 5. 147. προσφέρομέν τι ἀθανάτοις ἢ (κατὰ) μέγαν νόον, ἢ φύσιν, Ne. 6. 8; similes nonnihil sumus diis, sive quod attinet magnum intellectum, sive aliam indolem.

Νόσος, *ου, ἡ. morbus.* Ionicè νοῦσος. νοῦσον οὐλομένην διαντλήσαις ποτὶ, Py. 4. 522, sc. τὴν τῆς φυγῆς, ut ergo morbus h. l. sit metaphoricus. νόσοι δὲ, morbique, Py. 10. 64. νούσων παντοδαπῶν ἀλκτῆρα, medicum egregium, Py. 3. 13. et 117, θερμᾶν, qui genitivus pendet ab ἀκτῆρα, et

est metaphoricè, acutorum morborum: præcedens μὲν verò pertinet ad παρασχεῖν, præbere se bonis viris medicum. νόσους ὀξείας, Ol. 8. 112, acutos, i.e. dolorosos. νόσος est a νὸ idem quod νὴ, et σόος, *salvus*.

Νοστέω, fut. ήσω. *redeo*.

Νόστος, ου, ὁ. *reditus*. νόστος ἔπαλπνος, Py. 8. 119, i.e. ἀνακομιδὴ ἡδεῖα.

Νοσφίζω, fut. ίσω. *separo, semoveo*. νοσφίζομαι, *separor, separo ipse me*. sed apud recentiores νοσφίζεταί τις, εἰς ἑαυτὸν ἐπισπώμενος τὸ ἀλλότριον, καὶ νόσφι τοῦ ἔχοντος ποιῶν αὐτό. ἐνόσφισέ σε ἄνθεα, Ne. 6. 106, tibi abstulit et eripuit flores; ubi duplex est accusativus.

Νουμηνία, ας, ἡ. *novilunium*.

Νύμφη, ης, ἡ. *puella nubilis, sponsa*. Ἁλίου νύμφαν, sponsam Solis, Ol. 7. 26. εὐκλέα, Py. 9. 97, puellam celebrem. ἀπανάνατο, Ne. 5. 60, recusavit hanc sponsam.

Νυμφεῖος, α, ον. *ad sponsam pertinens*. νυμφείας εὐνῆς, Ne. 5. 54, conjugialis tori.

Νυμφίος, α, ον. idem. νυμφίον ἄνδρα, sponsum, Py. 9. 208. νυμφίαν τράπεζαν, Py. 3. 28, i.e. nuptias, convivium nuptiale.

Νυμφεύω, fut. σω. *sponsam facio*. ἐνύμφευσε θύγατρα, despondit filiam, Ne. 3. 97, ἐγαμοστόλησε.

Νύν. adverb. *certè, tamen, imò*. in compositione, τοί νυν, certè sanè, Ol. 6. 44. νὺν, igitur, Py. 3. 116.—9. 126.—11. 13. μή νυν, Ist. 2. 63, ne igitur.

Νῦν, adverbium temporis, de præsenti, præterito, et futuro. quantitate suâ, quia semper producitur hoc adverbium, facilè discerni potest a νὺν, quod corripi solet. νῦν, i.e. ἐπὶ τοῦ παρόντος, hoc tempore, Ol. 1. 146. et 169, τῶν γε νῦν, eorum qui nunc sunt. νῦν, καὶ ἐν τελευτῇ, Ol. 7. 47, in præsens et in fine. Ol. 9. 8, i.e. κατὰ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον. νῦν, in opp. ad τότε vel πάλαι, Ist. 2. 15. coll. vv. 1, 10. νῦν γε μὰν, præcedente ποτὲ, Py. 1. 33. αὖ, Ist. 4. 29, contrà nunc. νῦν καὶ, Ol. 10. 94, i.e. ἐπὶ τοῦ παρόντος. νῦν, jam, ad alia transiturus, Py. 4. 467. et 516, νῦν γε, nunc sanè. τῶν δὲ νῦν, i.e. τῶν καθ' ἡμᾶς, Py. 6. 44. νῦν, jam statim, Py. 9. 95. τὸ πρὶν νῦν, Ne. 7. 149, præsenti tempore.

Νὺξ, νυκτὸς, ἡ. *nox*. νυκτὸς, noctu, Ol. 6. 104. νυκτὶ, in ablativo, tempus aut statum notante, noctu, Ol. 1. 3. ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ, Ol. 6. 171, in hibernâ nocte. νυκτὶ κοινάσαντες ὁδὸν, Py. 4. 204, cùm communicâssent iter cum nocte, i.e. nocturno itinere. ἐν ὀψίᾳ, serâ in nocte, Ist. 4. 60, i.e. πρὸ τοῦ ὄρθρου, quando est τὸ ὀψὶ. ἢ τὸ ἔσχατον τῆς νυκτός. νύκτες, sc. μοιρίδιαι, Py. 4. 455, ignorat enim, an noctu facti sint fœcundi concubitus illi, an interdiu. omisso ἐν, Ol. 2. 109, quo tempore apud nos nox est. νύκτας τε, sc. εὔφρονας ἐκάλει Ζῆνα, poscebat Jovem lætas noctes, Py. 4. 347. μετὰ νύκτας, i.e. noctu, Ne. 6. 11. νὺξ deberet habere genitivum νυχὸς, quod apparet ex compositis, ἔννυχος, πάννυχος, &c. sed postquàm usus interseruit τ Atticum, aspirata χ debuit mutari in κ. et iste usus obsoletum deinde fecit genitivum regularem et primarium.

Νώδυνος, ου, ὁ, ἡ. *doloris expers*. νώδυνον κάματον θῆκεν, Ne. 8. 84, doloris expertem laborem facere potest.

Νωμάω, fut. ήσω. *tribuo, administro*. νώμα στρατὸν πηδαλίῳ δικαίῳ, guberna populum justo guberna-

culo, Py. 1. 166, i.e. κυβέρνα. δίφρους νωμάσοισι, Dor. pro νωμήσουσι, currus agitabunt et regent, Py. 4. 32. ἡνία νωμάσαντι, habenas administranti, χερσὶ, manibus, Ist. 1. 20. νωμάτω, distribuat, vinum poculis, Ne. 9. 121. νωμῶντα, i.e. διακινοῦντα, versantem, sc. clypeum suum, Py. 8. 66. τὰν, sc. χεῖρα, νῶμε (pro νένωμε, præt. perf. med.) πάσαις ἡνίαις, Ist. 2. 33, manum admovit, adhibuit omnibus habenis. ὁ νώνυμος, i.e. ἀνώνυμος, est epitheton χρόνου apud Sophoclem.

Νώνυμνος, ου, ὁ, ἡ. *sine nomine.* νώνυμνος, obscurus, Ol. 10. 61.

Νῶτον, ου, τό. *dorsum, tergum.* ἑκόντι νώτῳ μεθέπων ἄχθος, voluntario dorso subiens onus, Ne. 6. 98. ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, Py. 1. 17, de aquilâ dormiente, quæ dorsum quasi rigatum somno attollit. ἅπαν νῶτον καταίθυσσον πλόκαμοι κομᾶν, Py. 4. 147, per totum tergum volabant comæ. ἅπαν νῶτον προσκεκλιμένον κεντεῖ, Py. 1. 55, pungit totum tergum inclinatum; ubi sermo est de lecto duro, qui cubantis tergum pungit. νῶτον γῆς, sc. ἰσχίζει, Py. 4. 407, de arante. ἐπιεσσάμενοι νῶτον μαλακαῖς χλαίναις, Ne. 10. 83, induti tergum molli veste, de victoribus chlamyde donatis. νώτων ὕπερ ἐρήμων γαίας, Py. 4. 46, super terga vastæ terræ, i.e. per syrtes inhospitales. νώτοις Ἀταβυρίου, Ol. 7. 159, i.e. ὄρεσι, conf. μεδέω. νῶτα (κατὰ) τυπεὶς, Ne. 9. 62. νῶτα πεφρίκοντας πτεροῖς ἄνδρας, Py. 4. 325, de filiis Boreæ, quorum et pedibus affingit alas Apollonius.

Ξ.

Ξανθὸς, ἡ, όν. *flavus.* propriè ponitur de colore tritici, aut pomorum quorundam, quæ, probè rasa et siccata æstu solis, hunc colorem assumunt. deinde, ex hâc primâ notione, dicitur hic color de comâ, de facie, ut color admodùm speciosus, et heroïca πρόσωπα decens. Μελέαγρος, Il. ζ. 642. et hic color sine dubio de facie est intelligendus, eodem modo, quo de Davide, 1 Sam. 16. 12. nam is est color heroïcus, virorum multùm in sole versantium. imò et ex εὐκρασίᾳ quâdam sanguinis et humorum corporis nascitur, et index est ingenuæ animositatis, ex mixturâ nigricantis et albi vividi oriens, facilè a colore morbido distinguendus. hinc fœminis quoque idem tribuitur; imò et Minervæ, ξανθὴ Γλαυκῶπις, Ne. 10. 13. et Gratiæ, Ne. 5. 99; ut ergo fuscus ille faciei color sit laudatissimus, et ut a parte hâc laudetur formositas universa. de comis quoque disertè ponitur: unde quidam, ubi comæ mentio expressè non fit, tamen τὸ ξανθὸν ad solos capillos referunt, cujus tamen fidem vix faciunt. quantum comæ pulchræ tribuerint antiqui, apparet et ex Apuleii Metam. l. 2. et flavus comæ color habebatur præstantissimus. hinc et talis capillus dicebatur ἡλιώδης, καὶ χρύσεος· et talem habens dicebatur ὁ χρυσοκόμης. ξανθῶ Μενέλα, Ne. 7. 41, qui sunt genitivi Dorici; et ὁ Μενέλαος dicitur et ὁ Μενέλας. ξανθὴν νεφέλην, Ol. 7. 90, utpote quæ aurum portabat pluendum. ξανθᾶν (genit. plur. Dor.) γενύων, Py. 4. 401, ab rubris maxillis: et sermo est ibi de bubus Colchicis, ignem spirantibus. ξανθαῖς ἀκτῖσιν ἴων, Ol. 6. 91, violarum flavis radiis, i.e. splendidis floribus flavis violarum. idem color dicitur et ξουθός. ξανθὸς est a ξαίνω, quasi ξαντός.

Ξανθοκόμας, Dor. pro ξανθοκόμης, ου, ὁ. *flavis comis.* ξανθοκομᾶν Δαναῶν, Ne. 9. 40, Argivorum pulchricomorum.

Ξεναγέτας, Dor. pro ξεναγέτης, ου, ὁ. *hospitum exceptor et deductor ad locum convivii.* Δελφοὶ ξεναγέται, Ne. 7. 63, nam Delphici excipiebant hospites honestos liberaliter, et ad sacras dapes adducebant.

Ξεναπάτας, Dor. pro ξεναπάτης, ου, ὁ. *hospitum deceptor.* Ol. 10. 43, quia Herculem, hospitem suum, fraudaverat.

Ξεναρκὴς, έος, ὁ, ἡ. *hospites defendens ab injuriâ, aut inopiâ; hospitibus sufficienter præbens.* δίκη ξεναρκεῖ, justitiâ hospitibus sufficiente, Ne. 4. 20.

Ξένια, et ξενία, ας, ἡ. *hospitium, exceptio hospitis, hospitalitas.*

Ξένιος, et Ion. ξείνιος, α, ον. *hospitalis.* ξενίου Διὸς, Ol. 8. 28, nam Æginetæ justi in hospites. ξενίου πατρὸς, Ne. 5. 61. i. e. Διός. προτυχὸν ξένιον, præ manu situm hospitale munus, Py. 4. 62. ξενίαις τραπέζαις, Ol. 3. 72, i. e. θυσίαις, ad quas vocabantur hospites. ξείνια ἁρμόζοντα τεύχων, munera convenientia præbens. et talia hospitii dona, si erant κειμήλια, religiosè asservabantur, in memoriam et posteris suis.

Ξένος, et ob metrum ξεῖνος, η, ον. *hospes*, activus et passivus. nam dicitur de δεχομένῳ καὶ δεχθέντι. ξεῖνος, ἀστὸς, hospes, civis, opponuntur, Py. 4. 138. ξένος Σπαρτῶν, hospes Thebanorum, Py. 9. 145. ξένου, hospitis activi, Py. 11. 24. ξένον μή τινα, τῶν γε νῦν, Ol. 1. 165, i. e. φίλον ἐμοὶ ex his qui nunc vivunt. δίκαιον, sc. ἐς ξένους, Ol. 2. 11, ubi ergo activè. sic et Αἰτναῖον, Py. 3. 123, sc. Hieronem γέροντα, Py. 11. 52, activè. προπρεῶνα, Ne. 7. 127, i.e. πρόθυμον. ἐμὸν ἡδῦον ἴλθης, sc. πρὸς, Ist. 2. 69. ἀμὸν, nostrum, Ist. 6. 66. ξείνων εὖ πρασσόντων, Ol. 4. 7, activè. θύραι ξένων, Ne. 9. 5, αἱ τῆς φιλοξενίας. γλώσσης ἄωτον, Ist. 1. 75, ubi designantur peregrini, in opposito ad cives. κρανίοις ξένων, craniis advenarum, Ist. 4. 92, ubi de Antæo crudeli. ξένων εὐεργεσίαις, ob benefacta in hospites, Ist. 6. 102. ξένοις ὑπέστησε, Ol. 8. 35, subjecit hospitibus. ξένοις θαυμαστὸς πατὴρ, Py. 3. 126, ubi sunt passivi ξένοι. ὄμμα ξένοις, oculus peregrinis, advenis, Py. 5. 76, sc. est ille prudens princeps. ξείνης, hospitæ, Medeæ, Py. 4. 415. ξένος est ab ἵκω, fut. ἵξω, quasi ἵξενος, per aphæresin.

Ξενόω, fut. ώσω. *hospitio accipio.* ξενωθεὶς Θήβῃ, Py. 4. 533, hospitio exceptus, ἐπιδημήσας. ὕδατι Κασταλίας, Py. 5. 41, ad aquam Castaliæ, i. e. Delphis, ubi erat fons Castalia.

Ξεστὸς, ἡ, όν. *politus, benè rasus et planatus.* ξεστὸς in genere est, *artificiosè factus a fabro aliquo.* ξεστὸν δίφρον, currum ligneum, Py. 2. 20. ξεστὸν πέτρον, expolitum et elaboratum saxum, Ne. 10. 126, et sermo est de statuâ vel columnâ saxeâ Plutoni vel defuncto alicui positâ artificiosè. ξεστῇ ἀπήνῃ, curru aptè confecto, Py. 4. 167.

Ξίφος, εος, τό. *gladius, ensis.* ξίφος λευκὸν, ensem splendidum, Ne. 7. 39. μονόψηφον κατασχοῖσα ἐν κολεῷ, Ne. 10. 11, gladium sui solius judicii retinens in vaginâ, et sermo est de Hypermnestrâ. ξίφεσι χαλκοτόροις, Py. 4. 261, gladiis ferro perforantibus.

Ξύγγονος, ου, ὁ, ἡ. *cognatus.*

ξυγγόνῳ παρὰ ἑστίᾳ, Ol. 12. 21, apud cognatum larem. ξύγγονον ἀτρεμίαν, Ne. 11. 15, ingenitam animositatem. ξύγγονοι ἔθεσαν κούρην ἐν ξυλίνῳ τείχει, Py. 3. 69, cognati collocârunt puellam in ligneâ strue. ξυγγόνων χάριν, Ol. 8. 105, cognatorum gloriam. ξυγγόνοις τέχναις, Py. 8. 87, artibus congenitis et quasi a patre hæreditariis.

Ξύλινος, η, ον. *ligneus.* τείχει ξυλίνῳ ἐνέθεσαν κούρην, strui ligneæ, i. e. rogo, imponebant puellam mortuam, Py. 3. 68.

Ξυνάων, Dor. pro ξυνήων, ονος, ὁ, ἡ. *communis.* ξυνάονες ἑλκέων, Py. 3. 84, i. e. κοινωνοὶ, ulcerum participes.

Ξύνευνα, ης, ἡ. *uxor.*

Ξυνίημι, fut. ήσω. *intelligo.* λόγον μὴ ξυνιείς, verbum non intelligens, Ne. 4. 51.

Ξυνὸς, ἡ, όν. *communis.* ξυνὸν λόγων, [at Heyn. h. l. legit λόγον,] Ol. 7. 38, commune sermonum, i. e. communem sermonem, et narrationem omnibus solitam. ubi neutrum substantivè positum, Atticè. ἐν ξυνῷ, Py. 9. 165, publicè. ξυνῆς ἄνευ ἀνίας, Py. 4. 274, sine communi molestiâ. ξυνᾶν, Dor. pro ξυνῶν, Ist. 4. 47. ξυναῖς ἀμφὶ ἀρεταῖς, Py. 11. 82, vulgares circa virtutes.

O.

Ὄαρος, ου, ὁ. *colloquium familiare,* ὁμιλία. et propriè, *cum uxore.* ὄαρον ψέγιον ἐννέπων, Ne. 7. 102, vituperatorium sermonem proferens. πραῢν προστάζων, Py. 4. 244, colloquium blandum adstillans leniter molli voce. ὀάροις παίδων, i. e. ὕμνοις, Py. 1. 190. ἐκείνων, Ne. 3. 19, illorum vocibus et verbis.

Ὄβριμος, ου, ὁ, ἡ. *fortis, gravis, vehemens.* ὀβρίμου Τυφῶνος, i. e. ἰσχυροῦ, Ol. 4. 12.

Ὄγδοος, η, ον. *octavus.*

Ὅγε, ἥγε, τόγε, *is, ea, id.* sæpè est emphaticè, pro *talis.* ὅγε, ipse sanè, Py. 2. 75. αἵγε, sequente ταῖδε, Ol. 2. 6, 7. τόγε, ad infinitivum, Ol. 9. 56, 58.

Ὅδε, ἥδε, τόδε, *hicce, hæcce, hocce.* τῶνδε, sc. Cadmeïdum, vel et, τῶν σῶν προγόνων, Ol. 2. 66. τῶνδε in genere neutro, Ist. 4. 55. τοῖσδε, i. e. ἐπὶ τοῖσδε, propter hæc, Py. 9. 116.

Ὁδὸς, ου, ἡ. *via quâ itur.* et est generis nomen, quod habet varias species, e. c. ἁμαξιτὸν, λεωφόρον, ἀτραπιτὸν &c. deinde notat et, *quamvis profectionem et expeditionem, militarem, nauticam, mercatoriam.* denique et, *methodum, artificium, disciplinam.* ἐν ὁδῷ, militari sensu, Ol. 10. 38, i. e. ἐν λόχῳ, ἐνέδρᾳ. ἐπίκουρον εὑρὼν ὁδὸν λόγων, Ol. 1. 178, i. e. idoneam occasionem canendi nactus. ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν, Ol. 2. 126, iter a Jove monstratum perfecerunt. ὁδὸν ἡγεμονεῦσαι, viæ dux esse, Ol. 6. 42. et 123, ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται, in clarâ et apertâ viâ ambulant. πραγμάτων ὀρθὴν ὁδὸν, Ol. 7. 85, rectam agendorum rationem, τὴν ὀρθὴν μέθοδον. et 167, ὕβριος ἐχθρὰν ὁδὸν εὐθυπορεῖ, injuriæ inimicam vivendi rationem instituit, rectâ viâ incedendo: ambulat rectam viam, valdè diversam ab injuriâ. ὁδὸν ἀληθείας, Py. 3. 184, veritatis viam, i. e. virtutem sinceram. νυκτὶ κοινάσαντες ὁδὸν, i. e. noctu instituentes id iter, Py. 4. 204. conf. νύξ. ἱππόκροτον, viam quæ ab equis pulsatur, Py. 5. 123. ὁδὸν δευτέραν ἤλυθον, Py. 8. 60, alteram expeditionem susceperunt. θαυ-

μαστὴν εὕροις ἄν, Py. 10. 47, admirandam viam inveneris. κατὰ πατρίαν, Ne. 2. 10, i.e. secundum patrios mores, exempla majorum, in eorum vestigiis. ἁμαξιτὸν ταύτην, Ne. 6. 92, viam plaustralem istam, i.e. communem morem. ὁδὸν κυρίαν λόγων, viam propriam celebrationum, Ne. 7. 75, materiam. αἰσιᾶν οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδὸν, non ducibus faustis avibus, Ne. 9. 44. ὁδοὶ πολλαὶ εὐπραξίας, Ol. 8. 17, multæ sunt viæ ad felicitatem. θεῶν ὁδοὶ βραχεῖαι, Py. 9. 120, i.e. non cum difficultate aliquâ efficiunt quæ volunt. ὁδῶν ὁδοὶ ἄλλαι περαίτεραι, Ol. 9. 159, viæ aliæ aliis ulteriores. ὁδοῖς σκολιαῖς, Py. 2. 156, i.e. non unâ et simplici methodo, sed quacunque. ἐν εὐθείαις στείχοντα, Ne. 1. 37, rectis in viis ambulantem. ὁδοὺς παλιμβάμους ἱστῶν, Py. 9. 34, telarum retrogradas texendi vias.

'Οδοὺς, (ex usu communi, pro ὀδὼν) όντος, ὁ. *dens.* ὀδόντων δεινοτάτων ἀκμὴν, et aciem dentium horrendorum, Ne. 4. 104, de Thetide transformante se in varias belluas.

'Οδυναρὸς, Dor. pro ὀδυνηρὸς, ά, όν. *dolorosus.* ὀδυναρὸν ἕλκος, Py. 2. 169, vulnus valdè dolens.

'Οδύνη, ης, ἡ. *dolor.* ὀδυνᾶν στερεᾶν ἀντίτονα, Py. 4. 394, sævorum dolorum remedia.

Ὄζος, ου, ὁ. *ramus, surculus.*

Ὅθεν, *unde,* sine interrogatione. ὅθεν, i.e. ἀπὸ τῆς 'Ολυμπίας, Ol. 1. 13. ὅθεν, Ol. 2. 82, i.e. ἀφ' οὗ Θερσάνδρου. Ol. 9. 30, i.e. ἀφ' οὗ τόπου. sic Py. 2. 116.—5. 99, i.e. ex Spartâ. ὅθεν περ, unde etiam, Ne. 2. 1.

Οἰακοστρόφος, ου, ὁ. est epitheton gubernatoris, ab ὁ οἴαξ, gubernaculum.

Οἴγω, fut. οἴξω, *aperio.* οἰχθεισᾶν πυλᾶν, apertis portis, Ne. 1. 61.

Οἴκαδε, adv. *domùm.*

Οἰκεῖος, α, ον. *domesticus, proprius.* τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει πάντα ὁμῶς, Ne. 1. 82, nam proprium cujusque malum premit et affligit quemque statim, nam ob alienum luctum cor celeriter sanatum est. οἰκείων παρέσφαλε καλῶν, a propriis bonis aberrare facit, Ne. 11. 41. παρὰ οἰκείαις ἀρούραις, apud propria arva, Ol. 12. 28.

Οἰκέω, fut. ήσω, *habito, domum vel domicilium habeo.* οἰκέοντι pro οἰκέουσι, Py. 10. 67. ἕδος, Ist. 1. 43, inhabitans sedem ejus urbis. (ἐν) οὐρανῷ, Ne. 10. 109.

Οἴκημα, ατος, τὸ. *habitaculum.* ἱερὸν ἔσχον οἴκημα ποταμοῦ, Ol. 2. 16, sacrum tenuerunt habitaculum fluvii, i.e. urbem Acragantem ad fluvium ejusdem nominis sitam, quæ erat sacra Proserpinæ, eique a Jove εἰς τὰ ἀνακαλυπτήρια donata, i.e. muneri, cùm nova nupta primùm retectâ facie inter viros appareret. cæterùm urbs aut locus quivis, fluvio cognominis, solebat dici domus illius fluvii. sic Horatius, de luco ad fluvium Albuneam, lib. i. Od. 7. l. 12. nisi potiùs ibi alveus, vel ipsa scaturigo, sic dicitur, *domus fluvii.*

Οἰκίζω, fut. ίσω. *habitare facio, colloco in habitationem.* τὴν Θήβαν ᾤκισεν παρὰ Δίρκῃ, condidit eam urbem ad Dircen, Ist. 8. 44.

Οἰκιστὴρ, ῆρος, ὁ. *conditor urbis vel regionis, qui facit ut habitetur.* τῆς χθονὸς, i.e. Rhodi insulæ, Ol. 7. 54. κλεινὸς, inclytus conditor, Py. 1. 59.

Οἴκοθεν, adv. *inde a domo.* it. *de meo, de proprio, de suo.* οἴκοθεν,

i.e. per proprias virtutes, Ol. 3. 79. οἴκοθεν οἴκαδε, e patriâ maternâ ad paternam, Ol. 6. 167. sic et Ol. 7. 6, e domo soceri in domum suam. (κατὰ) τὸ οἴκοθεν (quod attinet rem e domo suâ ortam) ἀντία (neutrum plur. adverbialiter, i.e. οὐκ εὖ) πράξει, adversâ fortunâ utetur, Py. 8. 72; ut ergo τὸ οἴκοθεν, privatum, opponatur τῷ δημίῳ, publicæ rei. μάτευε, ex propriis inquire, Ne. 3. 53, i.e. ex propriis factis alicujus. ὁδὸν λόγων, Ne. 7. 76, materiam celebrationum in propriâ familiâ partam, et inde ortam. στείχειν, a domo proficisci, Ne. 9. 46.—Ist. 4. 19, inde usque a domo.

Οἴκοι, adverb. Atticum. *domi*.

Οἶκος, ου, ὁ. *domus, habitatio*. οἶκον τρισολυμπιονίκην, Ol. 13. 2, et additur, ἥμερον ἀστοῖς, ξένοις τε θεράποντα, domum quæ est civibus comis, hospitibus ministrans. sic, ἅμερον κατὰ οἶκον, Py. 1. 137, in domo pacificâ et leni. τὸν ταῦτα πορσύνοντα ἄγαν, ista amplificantia domum tuam valdè, Py. 4. 268. et 523, ἰδεῖν, videre patriam. τίνα οἶκον ναίοντα, quemnam habitantem ædes, Py. 7. 5. ἕτερον οὔτινα ἀπεφάνατο, aliam nullam domum illustrem fecit, Ne. 6. 42.

Οἰκούριος, ου, ὁ, ἡ. *curam et custodiam domûs habens*: et in genere, *domesticus*. οἰκουριᾶν (Doricè pro οἰκουρίων) μετὰ ἑταιρᾶν τέρψιας, oblectationes cum sociabus suis domo immanentibus, Py. 9. 35: et sermo est de nobili virgine, Cyrene, quæ non amabat domi sedere, sed venabatur. notat ergo puellas, rei domesticæ operam dantes, non evagantes: et h. l. fortassè, metri causâ, abjecto ν, legi debet οἰκοριᾶν. cæterùm genitivus pluralis secundæ etiam declinationis, Doricè formatur in εᾶν vel ᾶν, in adjectivis.

Οἰκτιρμὸς, οῦ, ὁ. *commiseratio, misericordia*. οἰκτιρμῶν κρέσσων φθόνος, Py. 1. 164, i.e. βέλτιον φθονεῖσθαι ἢ οἰκτείρεσθαι.

Οἰκτρὸς, ὰ, όν. *miserationem ciens, miserabilis*. per syncopen pro οἰκτηρός. οἰκτροτάτῳ θανάτῳ, Py. 3. 73. cæterùm habet hæc vox ἀμφιβολίαν, nam notat *miserabile* in sensu affectuoso, si e.c. tragicus ciet miserationem justam: ponitur autem et in sensu contemptûs pleno, e.c. οἰκτρὸν ἀνδράποδον, *mancipium miserum et vile*. Hinc ὁ Φιλόξενος, homo eruditus, cum legisset ei Dionysius tyrannus tragœdiam a se factam, interrogaretque qualia ei ista viderentur; οἰκτρά, respondit, nolens apertiùs neque laudare neque reprehendere: idque tyrannus, placens sibi, non intellexit.

Οἶμος, ου, ὁ. *semita, via*. οἶμος ὀλισθηρὸς, via perniciosa, Py. 2. 175, i.e. ratio damnosa, contra stimulum calcitrare. ἐπίκρυφον οἶμον, occultam viam, Ol. 8. 92. ἔγειρε ἐπέων οἶμον λιγὺν, excita carminum viam sonoram, Ol. 9. 72, ubi οἶμος etiam *cantum* notare videtur, sicut ἡ οἴμη: sed reverà tamen est metaphoricè, notans *partem aliquam insertam*, et *periodum verborum*. βραχύν τινα, Py. 4. 441, viam quandam compendiariam, in opposito ad ἀμαξιτόν.

Οἰνάνθη, ης, ἡ. *flos vitis*; vel potiùs, *procrescens jam uva*. οὔπω γένυς ἔφαινεν τέρειναν, ματέρα οἰνάνθας, ὀπώραν, Ne. 5. 11, nondum mentum ejus exhibuit teneram maturitatem, matrem primæ uvæ: ut ὀπώρα sit idem quod ἡ ὥρα, *maturum tempus*;

et οἰνάνθη metaphoricè notet barbam jam plenè protrusam, primam tamen. sensu proprio οἰνάνθη est apud Eurip. Phœn. 238, i.e. ἡ πρώτη ἔκφυσις τῶν βοτρύων, et ὁ τῆς οἰνάνθης βότρυς est ὁ ἐξ οἰνάνθης προκόπτων βότρυς.

Οἰνηρὸς, ὰ, όν. *vinarius.*

Οἰνοδόκος, ου, ὁ, ἡ. *vinum recipiens.* est epitheton φιάλης.

Οἶνος, ου, ὁ. *vinum.* οἶνος circumscribitur, Ne. 9. 122, βιατὴς ἀμπέλου παῖς, violentus vitis filius.

Οἰοπόλος, ου, ὁ, ἡ. *desertus.* ἔρημος, ἐν ᾧ οἶός τις πολεῖ. οἰοπόλος δαίμων, solus versans et obambulans deus aliquis, Py. 4. 49, ὁ μόνος ἀναστρεφόμενος θεός.

Οἶος, α, ον. *unus, solus.* οἶον, solum, Py. 1. 181.

Οἷος, α, ον. *qualis, qui.* οἷον Μιλησίαν, sc. τις, Ne. 4. 151, qualem eum laudans aliquis, ut ὁμήλικα nobis. οἷον ἕρκος, qualis est murus, sicut murus, Py. 5. 151. ἕκαστον sc. μέρος, Ne. 3. 128. οἵαν, sc. τιμὴν, Py. 1. 95. οἷον, quomodo, Py. 1. 52. οἷα, neutrum adverbialiter, sicut, Ol. 1. 24.—9. 134, ubi θαυμαστικῶς. Py. 1. 142, qualia et quanta. Py. 2. 138, sc. αἱ ἀπάται.

Ὀϊστὸς, οῦ, ὁ. *sagitta.* ὀϊστὸν πτερόεντα γλυκὺν, Ol. 9. 18, i. e. hymnum. ὀϊστοὺς εὐκλέας ἱέντες, Ol. 2. 163, gloriosa tela mittentes, i. e. laudantes.

Οἴχομαι. *eo, abeo, proficiscor.* οἴχεται τιμὰ, abiit et periit honor, Ne. 10. 146. ᾤχετο ἰὼν, profectus est, Ol. 6. 63. οἴχοντο, abierant, pro ᾤχοντο, Py. 4. 146, ad participium κερθέντες, desecti; ut cum participio eo sit, desecti erant, sc. capilli pulchri. cæterùm οἴχεσθαι et ...τῶν sunt opposita; prius notat abire, posterius *accedere, adire:* ut inter alia apparet ex Theocr. Idyll. xi. 22, 23.

Οἴω, et οἰίω, fut. οἴσω et οἰήσω. *puto, existimo, credo, arbitror.* it. *scio.* it. *fero, porto.* οἴσει ὥραις, Py. 9. 106, ad Horas deferet. οἴσειν διδασκαλίαν, Py. 4. 181, relaturum nunc doctrinam: non mentiar ergo, nam didici verax esse.

Οἰωνὸς, οῦ, ὁ. *augurii avis, augurium quo affertur aliquid præsentiendum;* et quia ad auguria capienda maximè corvi et aquilæ spectabantur, hinc notat in genere, *avem majorem carnivoram.* οἰωνῶν βασιλέα, Ol. 13. 29. ἀρχὸς, Py. 1. 13. ἀρχὸν, Ist. 6. 73, quibus locis notatur aquila.

Ὀκνηρὸς, ὰ, όν. *segnis, piger.* ὀκνηρότεραι ἐλπίδες, Ne. 11. 28, tardiores spes, i. e. timiditas, metus adversorum.

Ὄλβιος, α, ον. notat propriè eum, ᾧ ἐν ὀλαῖς (i. e. κριθαῖς, specie frumentorum positâ pro genere) ὁ βίος, καὶ ὁ ἀπὸ γεωργίας πλούσιος, cui victus est ex agriculturâ et frumentis. τὰς ὀλὰς Homerus et οὐλὰς dicit; et per eas, ut partem, *omnia ex terrâ capienda commoda* innuuntur. Prisci mortales solas ex agriculturâ et re pecuariâ ortas divitias noverunt; et his qui fruebatur, ὄλβιος dictus: donec accederent et aliæ, ut ὄλβιος in genere esset *copiosus* et *fortunatus.* ὄλβιος, Ol. 7. 17, i. e. εὐδαίμων. ὄλβιον ἄνδρα, Py. 9. 4, felicem et divitem. ἴσχον δὲ Ἀμύκλας ὄλβιοι, tenuerunt eam urbem fortunati, Py. 1. 125.

Ὄλβος, ου, ὁ. *opes, fortunæ;* in specie, *divitiæ ex agriculturâ.* hinc ὄλβου ἀπάρχεσθαι, apud Theocr. Id. 7. 33, frugum primitias sacrificare. item, *felicitas, status vitæ*

fortunatus, εὐδαιμονία. apud quosdam recentiores ὁ ὄλβος notat et τὴν φρόνησιν: ὄλβιος iis sæpè est, prudens; et apud Sophoclem ὁ ἄνολβος est ὁ ἀπαίδευτος. hæc notio inde orta est, quia summæ felicitatis pars est prudentia; sicut stoliditas est magna infelicitas. ὄλβος ἕσπετο, Ol. 6. 122, i. e. εὐδαιμονία ἠκολούθησε. ὄλβος ἀνδρῶν, Py. 3. 189, i. e. εὐδαιμονία τῶν ἀνθρώπων. πολὺς ἀμφινέμεται σὲ, Py. 5. 18, i. e. εὐδαιμονία περιέχει σέ. παλαιὸς, antiqua felicitas, Py. 5. 74. ἴσχει φθόνον, Py. 11. 45, sustinet opulentia et felicitas invidiam. εἴ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποις, ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται, Py. 12. 49, i. e. nulla felicitas humana est sine aliquo infortunio. σὺν θεῷ φυτευθεὶς, Ne. 8. 28, cum deo conciliata fortuna ampla, permanens est. ζώει δὲ μάσσων ὄλβος ἐπιζομένων, Ist. 3. 8, vivit autem diuturnior felicitas providè et piè agentium. ὄλβον κάλλιστον ἀμφέπων, Ist. 4. 99, pulcherrimam fortunam habens. μέγαν οὐκ ἠδυνάθη καταπέψαι, Ol. 1. 88, i. e. εὐδαιμονῶν καρτερεῖν οὐκ ἠδυνήθη, felicitatem magnam concoquere et retinere non poterat. ὑψηλὸν, Ol. 2. 38, excelsam beatitatem, ὅταν θεὸς εἰς ὕψος ἄγῃ τὴν εὐδαιμονίαν. ὄλβον ὑγίεντα, Ol. 5. 54, i. e. εὐδαιμονίαν μετ᾽ ὑγιείας. μὴ θραύσοι χρόνος, Ol. 6. 164, frangat et comminuat tempus felicitatem. εὐθύνοι, Py. 1. 87, benè dirigat. μακρὸν οὐκ ὑπέμεινεν, Py. 2. 48, i. e. ἐνεγκεῖν οὐκ ἴσχυσεν. ὑπέρτατον, Py. 3. 157, summam felicitatem. λοιπὸν ὑφαίνειν, Py. 4. 251, texere reliquam felicitatem. σφὸν, suam, sc. in hymnis, Py. 5. 136. θαυμαστὸν λαχὼν, Ne. 9. 108, admirandam felicitatem sortitus. ὄλβου ἀκτῖνας, Py. 4. 454, i. e. σὺν εὐδαιμονίᾳ. καιρὸν ὄλβου, opportunitatem felicitatis, Ne. 7. 86. πρὸς ἐσχατιαῖς ὄλβου ἤδη βάλλεται ἀγκύραν, Ist. 6. 18, i. e. ad summam felicitatem pervenit. τὰ μέσα μακροτέρῳ ὄλβῳ τεθαλότα, Py. 11. 80, mediocria diuturniore felicitate florentia. ὄλβῳ φέρτατος, Ne. 10. 24, felicitate præstantissimus. εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ, benè florente in felicitate, Ist. 5. 16, nam σὺν est pro ἐν.

Ὄλεθρος, ου, ὁ. *perditio, exitium, pernicies.* ὄλεθρον ἑὸν, suam perniciem, Py. 2. 75.

Ὀλιγαίθης, ου, ὁ. illustris Corinthius, a quo gens οἱ Ὀλιγαιθίδαι.

Ὀλίγος, η, ον. *paucus, extremum reliquum.* opponitur ei πολλὸς, et ὅλος: sæpè tamen et ὀλίγος est pro μικρὸς, sicut πολὺς est pro μέγας. δόσις οὐκ ὀλίγα, Py. 10. 30, non exigua portio.

Ὀλισθηρὸς, ὰ, όν. *labilis, ubi labi quis potest, perniciosus, damnosus.* πρὸς κέντρον λακτίζειν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος, adversus stimulum calces ferire est damnosa methodus, Py. 2. 175.

Ὁλκὰς, άδος, ἡ. *navis oneraria major.*

Ὅλος, η, ον. *completus, plenus, totus, integer.* ὅλον ὀφθαλμὸν, Ol. 3. 35, de lunâ plenâ, orbem suum totum. στρατὸν, Ol. 10. 51, coll. 52. δίφρον, Py. 5. 66, currum integrum, non fractum, ὑγιῆ, ἄθραυστον.

Ὀλυμπία, ας, ἡ. regio Græciæ, eadem quæ ἡ Ἦλις: et urbs, quæ et ἡ Πίσα. hinc est adjectivum ὀλύμπιος, α, ον, si de certaminibus ad eam urbem celebratis sermo est; quæ certamina et vocantur τὰ ὀλύμπια. ἐν Ὀλυμπίᾳ, quod ἐν sæpè omittitur, Ol. 2. 87. sed Ne. 4. 121, est dativus. ὀλυμπιάδων, i. e. θεῶν ὀλυμπίων, Py. 11. 2. Omnium

primus τὰ Ὀλύμπια instituit ὁ Πεῖσος, in honorem Jovis: instauravit ea post ὁ Πέλοψ: tertium Hercules; quartum denique ὁ Ἴφιτος apud Eleos. Præmium victoris erat corona ex oleastro, ἐκ κοτίνου.

Ὄλυμπος, et Οὔλυμπος, ου, ὁ. mons altissimus Thessaliæ et Macedoniæ, supra nubes cacuminibus elatus; hinc ἀνθρωποπαθῶς assignatus diis ad habitationem. Ὀλύμπου σκοποὶ, Ol. 1. 86; ut Danielis cap. 4. 10—20, aliquoties vocantur. Ὀλύμπου ἕδος νέμων, i. e. οὐρανὸν οἰκῶν, Ol. 2. 23. οὔλυμπον ἰθέλεις, Ne. 10. 157, sc. κατοικῆσαι.

Ὄλω et ὀλέω, fut. ὀλέσω. *perdo, amitto*, item activè, *perdo, destruo, deleo.* ὄλεσε (Ionicè sine augmento) τὴν, causa fuit ut periret hæc, Py. 11. 49. ὀλέσσαι pro ὀλέσαι, perdere, Py. 3. 72. οὐλομένην νοῦσον, morbum gravem, Py. 4. 521. οὐλόμενον γῆρας, damnosa senectus, Py. 10. 64.

Ὁμάγυρις, Dor. pro ὁμήγυρις, ιος et εως, ἡ. *conventus, congregatio.*

Ὅμαδος, ου, ὁ. *fremitus ex confusis multorum clarè loquentium vocibus.* hinc et *populus congregatus* dicitur ὅμαδος. ὁμάδῳ (ἐν) Χαρίτων, Ne. 6. 65, in concentu Charitum. ὅμαδον χάλκεον, Ist. 8. 55, qui est ὅμαδος πολέμου.

Ὁμαίμιος, ου, ὁ, ἡ. *ex cognato sanguine.*

Ὀμβριμος, ου, ὁ, ἡ. *fortis, gravis, vehemens.*

Ὄμβριος, α, ον. *pluvialis, cum imbre.*

Ὄμβρος, ου, ὁ. *pluvia, imber.* ὄμβρον μετὰ χειμέριον, Py. 5. 12, post imbrem, i. e. post seditiones adversus te motas. ὄμβρους φρίσσοντας, Py. 4. 144, i. e. φρίσσειν ποιοῦντας.

Ὁμηγυρὴς, έος, ὁ, ἡ. *congregatus, congregari solitus.* στρατὸν ὁμηγυρέα, cœtum congregatum, Py. 11. 14.

Ὁμιλέω, fut. ήσω. propriè est verbum militare, ὁμοῦ ταῖς ἴλαις γίνομαι, *sum unà in exercitu*; deinde in genere, *versor cum cœtu aliquo, sum unà.* ὁμιλεῖ λόγος πάσαις πόλεσιν, Py. 7. 8, versatur fama in omnibus civitatibus, ἀναστρέφεται. πλαγίαις φρένεσσιν ὄλβος οὐ πάντα χρόνον ὁμιλεῖ, Ist. 3. 9, perversis mentibus felicitas non perpetuò conversatur. ὁμιλέων παρὰ οἰκείαις ἀρούραις, Ol. 12. 27, versans in agris suis. ποίαις ὁμιλήσει τύχαις, Ne. 1. 94, quali fortunâ conflictaturus esset. νικηφόροις ὁμιλεῖν, inter victores unà versari, Ol. 1. 186, i. e. ὕμνους ποιεῖν αὐτοῖς. συμπόταις, conversari cum convivis bonis, Py. 6. 53. ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων, cum hominibus concertare fortioribus, Ne. 10. 136, ubi utraque vox in sensu proprio: et κρεσσόνων est pro κρεσσόσι. ἀστοῖς, cum civibus, Ist. 2. 54.

Ὅμιλος, ου, ὁ. propriè est, *constitutus exercitus ad pugnam*; deinde et, *quævis congregata multitudo.* τυφλὸν ἔχει ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πλεῖστος, Ne. 7. 35, vulgus hominum cæcum habet cor. φαινομένων δ' εἰς ἄταν ἔσπευδεν ὅμιλος ἱκέσθαι, Ne. 9. 50, exercitus festinabat venire in manifestam cladem. Νεμέδων δι' ὅμιλον, per cœtum et conventum eorum, Py. 9. 217. ἐς ἀνδρῶν μακάρων ὅμιλον, Py. 10. 71, ad cœtum beatorum horum virorum. προμάχων ἀνὰ ὅμιλον, in primâ acie, Ist. 7. 49.

Ὄμμα, ατος, τὸ. *oculus, facies.* ὄμμα φαεννότατον ξένοις, oculus serenissimus erga hospites suos, Py. 5. 75, vultus bonus. ὀξύτατον ὄμμα,

acutissimus oculus, Ne. 10. 118, et sermo est de Lynceo. ὄμματι δέρκομαι λαμπρὸν, Ne. 7. 97, tueor serenum, benè mihi conscius quemlibet aspicio vultu læto. μὴ κρύπτειν φάος ὀμμάτων, Ne. 10. 76, non occultare lumen oculorum, i. e. quemlibet alacriter intuerer, ut optimè conscius mihi, et meâ gloriâ fretus. ἐν ὄμμασι πίστιν θέσθαι, Ne. 8. 74, ante oculos ponere fidem, i. e. coram aspicere ipsum virum celebratum, et videre quam verè dignus sit laudibus.

Ὄμνυμι, *juro.* ab ὀμόω, quod est, εἰπεῖν τι θεῖον ὄνομα.

Ὁμογόνος, ου, ὁ, ἡ. *pari conditione natus, cognatus.* εἴ τις ἔχθρα πέλει ὁμογόνοις, Py. 4. 260, si qua simultas intercedit cognatis.

Ὁμόδαμος, Dor. pro ὁμόδημος, ου, ὁ, ἡ. *ejusdem populi.* ὁμόδαμον γόνον, Ol. 9. 69, ejusdem nationis sobolem.

Ὁμοθάλαμος, ου, ὁ, ἡ. *ejusdem domûs socius*, vel et *ejusdem conclavis, cohabitator, domesticus.* ὁμοθάλαμε, Py. 11. 4, i. e. σύνοικε.

Ὁμόθρονος, ου, ὁ, ἡ. *ejusdem sellæ majestaticæ consors.* Ne. 11. 2, scil. cum Jove.

Ὅμοιος, α, ον. *similis, par.* ὁμοῖον πότμον, i. e. κοινὸν, commune fatum, Ne. 10. 107. ὁμοῖα ζωοῖς ἔργα, opera similia viventibus rebus, Ol. 7. 96.

Ὁμοίως, adv. *similiter.* Py. 9. 135, ὁ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφὴν, opportunitas temporis et loci similiter cujusvis rei habet summam: ubi per adverbium respicitur ad duas præcedentes sententias.

Ὁμόκλαρος, ου, ὁ, ἡ. Dor. pro ὁμόκληρος, *consors, ejusdem sortis.* ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν, Ol. 2. 89, in fratrem ejusdem decoris et victoriæ participem. conf. κοινός. ὁμοκλάροις ἐπόπταις, Ne. 9. 12, sc. Apollini, Dianæ, Latonæ, quæ sunt unius familiæ, utpote mater et nati.

Ὁμοκλὴ, ῆς, ἡ. *hortatio clamosa, inclamatio.* propriè est, *quando multi simul clamant, hortantes vel territantes.* ὁμοκλαῖς παμφώνοις αὐλῶν, Ist. 5. 35, ubi est in notione omnium primâ et simplicissimâ, tibiarum omnisonis concentibus.

Ὁμόσπορος, ου, ὁ, ἡ. *ex eâdem origine.* ὁμόσπορον ἔθνος, Ne. 5. 80, consanguinea gens, Æginetæ.

Ὁμότροπος, ου, ὁ, ἡ. *iisdem moribus ornatus.* Δίκη, καὶ ὁμότροπος Εἰρήνα, Justitia, et Pax conveniens moribus, concors cum Justitiâ, Ol. 13. 9.

Ὁμόφοιτος, ου, ὁ, ἡ. *unà ire solitus, comes, qui frequens est cum aliquo.*

Ὁμόφρων, ονος, ὁ, ἡ. *eadem cogitans et sentiens, concors.* ὁμόφρονος εὐνῆς, Ol. 7. 11, concordis conjugii.

Ὀμόω, fut. ὀμόσω et ὀμάσω. *juro.*

Ὀμφαλὸς, οῦ, ὁ. *umbilicus.* Fingunt fabulæ, Jovem, emissis ab oriente et occidente duabus aquilis, dimensum esse terram, sic ut medius ejus locus essent Delphi: ad quam rem respicit Pindarus, Delphos vocans ὀμφαλὸν μέσον, sc. γῆς ὅλης, Py. 4. 131. et al.

Ὀμφὴ, ῆς, ἡ. *oraculum, vox.* ἡδεῖαι ὀμφαὶ Ἀθηναίων ἐκώμασαν αὐτὸν, Ne. 10. 63, suaves voces eorum decantârunt eum, et laudaverunt. ὀμφὴ est a τὸ ὂν φάειν, quæ verum dicit et ostendit.

Ὁμώνυμος, ου, ὁ, ἡ. *ejusdem nominis, cognominis.* ὁμωνύμῳ μή-

τρῷ, Ist. 7. 34, materno avo cognomini.

Ὅμως, adv. *tamen, attamen.*

Ὁμῶς, adv. *pari ratione et modo, pariter, communiter.*

Ὄναρ, τό. indeclin. *somnium.* σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι, somnium de umbrâ aliquâ sunt homines, Py. 8. 136, quæ descriptio rerum humanarum valdè est expressa. sic senex dicitur ὄναρ ἡμερόφαντον, somnium interdiu apparens, ab Æschyl. Agam. 82, ob defectum virium.

Ὄνειδος, εος, τό. *probrum, vituperium.* ὄνειδος ἀρχαῖον, vetustum probrum, Ol. 6. 151, παλαιὰν διαβολήν. ὄνειδος κακοποιὸν, Ne. 8. 56, maleficum opprobrium, i. e. res turpis et probrosa, eam ob causam quia est malefica. possis in genere dicere, τὸ ὄνειδος notare *rem mirandam*, in bono et malo sensu; *miraculum.*

Ὄνειρος, ου, ὁ. et τὸ ὄνειρον, ου, *somnium.* ἐξ ὀνείρου ἦν ὕπαρ, Ol. 13. 94, vide ὕπαρ. proverbium est apud Theocritum, Id. 9. 16, de magnâ copiâ magnisque divitiis, ἔχω ὅσα ἐν ὀνείρῳ φαίνονται, nam somnia solent esse larga. ὄνειρος est a, τὸ ὂν εἴρειν, *narrare et indicare verum*, τὸ ἀληθὲς ἐνύπνιον.

Ὀνομάζω, fut. άσω. *indico, nomino.* Doricè fut. est et ὀνομάξω. ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλᾶν νόμον, Py. 12. 41, appellavit et nomine indicavit hunc morem multorum capitum, i. e. tibiam. λαοὶ δ' ὠνόμασθεν, pro ὠνομάσθησαν, Ol. 9 71, ubi Pindarus etymon nominis λαὸς a lapidibus Deucalionis derivat, poëticè magis quàm verè. ὀνυμάξομαι, Æolicè (ob υ pro ο) et Doricè (ob terminationem) pro ὀνομάσομαι, nominabo, Py. 7. 6. τὸν ὀνύμαξε Κένταυρον, eum nominavit Centaurum, Py. 2. 82, pro ὠνόμασε.

Ὀνομαστὸς, ἡ, όν. *nominandus, celeber.* πόλιν ἔσεσθαι ὀνομαστὰν, urbem fore inclytam et famâ celebratam, Py. 1. 73.

Ὄνος, ου, ὁ, ἡ. *asinus, asina.* ὄνων ἑκατόμβας, Py. 10. 51—56. nam Hyperboreis asinos Apollini mactatos fuisse, constans fama est: nam asinus est symbolum stupidi et inexpoliti ingenii, quod sanè patrono sapientiæ et artium bonarum est vel odiosum, vel ridiculum. apud Herodotum, IV. 129, narratur θῶυμα μέγιστον, τοῖς Πέρσαις σύμμαχον, τοῖς δὲ Σκύθαις ἀντίξοον φωνὴ τῶν ὄνων, καὶ ἡμιόνων τὸ εἶδος, nam equi Scythici nunquam audierant tale animal; hinc consternabantur ad vocem et speciem eorum. Doricè ὁ κίλλος est *asinus*, et κίλλιος, α, ον, *asininus.*

Ὀνοτὸς, ἡ, όν. *vituperabilis, contemnendus.* ἀλλ' ὀνοτὸς μὲν ἰδέσθαι, contemnendus specie primâ quidem, Ist. 4. 85. hinc est ὀνοτάζειν, i. e. μέμφεσθαι.

Ὄνυμα, Æol. pro ὄνομα, ατος, τὸ. *nomen.* ὄνυμα τοῦτο ἀθάνατον, Ol. 6. 95, quia stirps interitura non est. αὐτῶν πέταται, Ne. 6. 82, volitat eorum nomen et gloria.

Ὄνυξ, υχος, ὁ. *unguis.*

Ὀξυρεπὴς, έος, ὁ, ἡ. *celer in vergendo et statuendo et agendo.* ὀξυρεπεῖ δόλῳ, celeri calliditate, Ol. 9. 138, et sermo est de certamine cursûs.

Ὀξὺς, εῖα, ύ. *acutus.* ἰδοῖσα δὲ ὀξεῖα Ἐριννὺς, Ol. 2. 73, acuta illa ἔφορος, et acris ultrix facinorum contra parentes. χιόνος, nivis acris, Py. 1. 39, nam quasi pungit. ὀξεία μελέτη, Ol. 6. 62, cum acri curâ. ὀξεῖαν ἐπιμομφὰν, Ol. 10. 11, acrem reprehensionem et vituperationem,

quæ mordet et lacerat animum. ὀξειᾶν (gen. plur. Dor.) ἀκτίνων πατὴρ, Ol. 7. 129, i. e. πυρωτικῶν, acrium radiorum pater, Sol. πάθαις, Py. 3. 174, acutis malis. ἀνίαις, ærumnis, Ne. 1. 81. ὀξείας νόσους, morbos acutos, Ol. 8. 112, i. e. ἐπικινδύνους, et dolorum plenos. ὀξύτεραι μανίαι, insaniæ acriores, Ne. 11. 63. ὀξυτάτων βέλεων, Py. 4. 380, i. e. ἐρώτων. ὀξὺς est a ξύω, rado, præfixo ο.

Ὀξυτόμος, ου, ὁ, ἡ. *acie acutâ præditus ad cædendum et secandum.* ὀξυτόμῳ πελέκει, Py. 4. 468, acutâ securi.

Ὀπαδέω, Dor. pro ὀπηδέω, fut. ήσω. *comitor, sector.* θεράπων δέ οἱ οὐ δράστης ὀπαδεῖ, Py. 4. 511, famulus eum non fugitivus comitatur.

Ὀπαδὸς, οῦ, ὁ. *comes, sectator.* est tamen adjectivum generis communis. δεξιωτάταν ὀπαδὸν, Ne. 3. 13, dexterrimam comitantem.

Ὀπάζω, fut. σω. *comitem do,* et in genere, *præbeo, comitari quid quem facio.* μελέταν ἔργοις ὀπάζων, Ist. 6. 98, studium operibus adjungens. μοῖραν εὔνομον ὀπάζειν, præbere sortem æquam, Ne. 9. 72. ἀφθονίαν ὄπαζε, copiam præbe, Ne. 3. 14. ὤπασας τὸ μέγιστον, Py. 8. 92, maximum præbuisti. ὤπασέν οἱ θησαυρὸν μαντοσύνας, Ol. 6. 111, addidit ei thesaurum vaticinandi. κόσμον Ζεὺς, ornatum præbuit, Ol. 8. 109. πόλιν ὤπασεν λαόν τε διαιτᾶν, Ol. 9. 100, ἐνεχείρισε, dedit urbem et populum regere. τιμὰν, honorem, Py. 4. 191, ἐχαρίσατο. ὤπασαν ὧραι ἀγλαΐαν, Ol. 13. 19, ubi et in mediâ formâ, eodem sensu, legitur ὠπάσαντο, i. e. παρέσχον. ὀπάσαι τῷ γέρας, Ist. 8. 85, sed legendum ibi est ὄπασε, pro ὤπασε, ad ἐμὸν γέρας.

Ὀπάων, ονος, ὁ. *comes.* ἄγχιστον ὀπάονα μήλων, Py. 9. 114, primum pastorem ovium; qui fuit Aristæus, ante quem in Græciâ nulli fuerunt.

Ὅπα, Dor. pro ὅπη, *quò, quocunquè.*

Ὀπίζομαι, fut. σομαι. *respecto secuturum, revereor, vereor vindictam divinam secuturam;* et in genere, *curo, revereor.* χάρις φίλων ποίνιμος ἀντὶ ἔργων ὀπιζομένα, Py. 2. 34, gratia amicorum remuneratrix pro benè factis consequens; ὀπιζομένα, scil. τὸν εὐεργετήσαντα· σεβομένη αὐτὸν, καὶ ἀμειβομένη μετ' αἰδοῦς, ἢ ὕστερον ἐπακολουθοῦσα. ὀπιζομένων τις, Py. 4. 152, τῶν ἐπιστρεφομένων πρὸς αὐτὸν, reverentium eum aliquis. ζώει ὄλβος ὀπιζομένων, vivit felicitas providè et cum curâ agentium, Ist. 3. 8, qui reverentur deum et homines, et nexum rerum futurarum inspiciunt.

Ὄπιθεν, adv. *ex posteriori parte, ex posteriori tempore vel loco.* πνοιᾶς ὄπιθεν Βορέου, Ol. 3. 56, i. e. ultra Boream, vel Thraciam in quâ habitat Boreas; post tergum flatûs Boreæ quasi. ὄπιθεν οὐ πολλὸν, non diu post, Ol. 10. 43, i. e. οὐ πολὺ ὕστερον. ἄρειον ὄπιθεν, Ne. 7. 149, præstantiorem deinceps.

Ὀπιθόμβροτος, ου, ὁ, ἡ. *hominem sequens.*

Ὄπις, ιδος, ἡ. *respectus, conversio.* ὄπιν ἄφθιτον θεῶν αἰτέω, Py. 8. 101, deorum auxilium constans peto fortunis nostris; ubi notat in genere, τὴν τοῦ μέλλοντος ἔννοιαν, providentiam futuri. ἔκνισεν ὄπιν, molestiâ affecit curam eorum, Ist. 5. 74, ubi simpliciter ἐπιστροφὴν εἴς τι significat. apud Moschum, Id. 4. 117, de homine reverente senem, αἰδεσθεὶς ὄπιδα προτέρην πολιοῖο γενείου, ubi in genere *respectum* notare videtur: reveritus curam priorem

et antiquiorem cani menti; vel et, aspectum senilem, ὄψιν.

Ὄπισθεν, adv. id. quod ὄπιθεν. φάμας, Ol. 6. 108, ut famam inveniamus, ex vaticinando scilicet. Ne. 7. 149, honorem præsentem, et in posterum præstantiorem etiam.

Ὀπίσω, adv. *retrò, rursùs.* ὀπίσω πάλιν, rursùs, Ne. 3. 109, utrumque idem. χειρὸς ἕλκων ὀπίσσω, Ne. 11. 42, manu apprehensâ retrorsùm trahens.

Ὀπλὴ, ῆς, ἡ. *ungula.* ὁπλαῖς χαλκίαις, Py. 4. 402, ungulis æreis, et sermo ibi est de bubus.

Ὁπλίτης, ου, ὁ. *armatus vir, miles gravis.* nam propriè est substantivum. ponitur tamen et adjectivè. ὁπλίταις ἐν δρόμοις, in cursibus armatis, Ist. 1. 32, i. e. ἐν ὁπλιτῶν δρόμοις ἀσπιδοδούποις, quia scuta quatiebant in currendo; collato 31, ἐν γυμνοῖς σταδίοις, i. e. quando nudi, non armis induti, decurrunt, quando currentes in stadio sunt γυμνοί.

Ὅπλον, ου, τὸ. *instrumentum quodlibet, quo opus fit, aut adjuvatur:* in specie notat, *arma militaria.* ὅπλων (bellicorum ἕνεκα) χολωθεὶς, Ajax, Ne. 7. 37. ὅπλοις, Py. 10. 22, fuit ergo cursus armatus, ὁπλιτοδρόμος.

Ὁπλότερος, α, ον. *armis instructior aut aptior.* item, *junior,* ὁ νέος, ὡς ὅπλοις προσήκων. nam de juventute militari propriè ponitur. deinde in genere, de ætate magis juvenili. ὁπλοτέροις γενεᾶ, Py. 6. 40, junioribus. notat alibi et simpliciter, ἐργατικὸς καὶ ἐνεργής, quia ὅπλα vocantur *instrumenta cujusvis operæ*, et ὁπλίζεσθαι est generaliter, εἰς ἔργον ἑτοιμάζεσθαι.

Ὁπλότατος, η, ον. *maximè juvenis, et aptus ad arma;* deinde et, *minimus natu.* ὁπλοτάτου παίδων, Ist. 6. 9, filiorum natu minimo.

Ὁπόθε, et ὁπόθεν, *unde.* κούρας δ' ὁπόθεν, γενεὰν ἐξερωτᾷς; quæris genus puellæ, unde et ex quo sit? Py. 9. 78, ὁπόθεν ἡ γενεὰ αὐτῆς ᾖ;

Ὁπόταν, conj. pro ὁπότε ἄν, *quum.*

Ὁπότε, id. quod ὅτε. *quando, quum, aliquando, aliquo tempore.* Ol. 1. 60, quo tempore. Ist. 1. 34, aliquando.

Ὀπυίω, *habeo in matrimonio, habeo uxorem.* futurum hujus verbi nullum esse potest, quia post υι consona locum nunquam habet. ὀπυίει Ἥβην, Ist. 4. 102, Hercules.

Ὀπώρα, ας, ἡ. *autumnus incipiens.* est compositum nomen ab ὁ ὀπὸς, succus, in specie pomorum maturorum, et ἡ ὥρα, anni tempus: ut notetur *id tempus, quo poma et ejusmodi arborum vel plantarum esculenta sunt matura ad fruendum.* οὔπω γένυς ἔφαινε τέρειναν ὀπώραν, Ne. 5. 11, nondum mentum ejus ostendebat tenerum autumnum, i. e. primam et gratissimam maturitatem adolescentiæ, per procrescentem barbam. καλὸς ἐὼν, εἶχεν ἡδίστην ὀπώραν, μνήστειραν Ἀφροδίτης, Ist. 2. 8, formosus, habebat suavissimam ætatis primæ maturitatem, procam Veneris. ut ergo significatus metaphoricus, de *maturitate corporis in primâ juventâ*, appareat.

Ὅπως, *quomodo.* ὅπως, θαυμαστικῶς positum, Ol. 10. 70. ὅπως τε, et quomodo, præcedente ὡς, Ol. 13. 108. ὅπως μὴ, ne, Ne. 3. 109.

Ὁράω, fut. ἀσω. *video, intueor.* ὁρᾷν ἔνδον θαλάσσης γῆν αὐξομένην, se videre subter mari terram crescentem, Ol. 7. 113. χρὴ δὲ καθ' αὐτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾷν μέτρον, Py. 2. 64,

oportet in omni re spectare modum nobis convenientem. γελᾷ δὲ ὁρῶν, ridet spectans, Py. 10. 55. ὁρῶντα ἀλκὴν, Ol. 9. 165, i. e. ὃς καὶ τῷ βλέμματι ἀλκὴν καὶ δύναμιν ἐμφαίνει, qui ipso vultu fortitudinem suam prodit. differentia inter ὁρᾶν et βλέπειν apparet ex loco Aristophanis, Plut. 98. ubi Plutus cæcus dicit, πολλοῦ δικαίους οὐχ ἑώρακα χρόνου· et alter respondet, καὶ θαῦμά γε οὐδὲν, οὐδὲ ἐγὼ γὰρ ὁ βλέπων, neque enim ego, visu pollens.

Ὀργὴ, ῆς, ἡ. *impetus animi, studium, cupiditas,* in specie verò, *ira.* μείλιχος ὀργὴ, blandus affectus, Py. 9. 76, i. e. amor, mansuetudo. εὐανθεῖ ἐν ὀργῇ παρμένων, Py. 1. 173, in florido et generoso proposito et impetu permanens, in præclaro capto consilio. τοῦ δὲ ὀργὴν ἔκνιζον αἰπεινοὶ λόγοι, Ne. 5. 58, hujus animum rodebant molesti sermones, ἐλύπουν χαλεποὶ λόγοι. ἀρετὴ (habitus egregius) κατάκειται πᾶσαν (κατὰ) ὀργὴν δαπάναις τε καὶ πόνοις, Ist. 1. 58, situs est in quovis studio et inclinatione animi, in sumptibus et laboribus, i. e. sumptus et labores sunt hi duo, sine quibus in quovis studio nullus præstans habitus acquiritur. ὀργὴν γλυκεῖαν ἔσχεν, dulces mores habuit, Ist. 2. 52. μεγαλήτορες ὀργαὶ, magnanimi impetus, Ist. 5. 44. ὀργαῖς ἀλωπέκων ἴκελοι, i. e. τρόποις, moribus similes vulpium, Py. 2. 141. ὀργαῖς ὅλαις, omni studio, totis viribus, omni contentione, Py. 6. 50. τοίαις ὀργαῖς ἀντιάσαις, Ist. 6. 20, ubi est casus sextus, cum talibus moribus et consiliis ambulans et progrediens ulteriùs. χρὴ, θεμισσαμένους ὀργὰς, ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλβον, Py. 4. 251, oportet nos, si frenaverimus et rectè composuerimus affectus nostros, texere reliquam felicitatem.

Ὀργυιὰ, ᾶς, ἡ. *mensura sex pedum vel trium cubitorum;* propriè, *spatium quod, extensis ad dextram et sinistram manibus, metiri possumus.* est ab ὀρέγω, *extendo.* ὀργυιὰν, Py. 4. 406, ubi notat jugerum, pedes 240 longum, 120 latum, quod aliàs πέλεθρον vel πλέθρον.

Ὀρέγω, fut. ξω. *extendo, tendo.* it. *porrigo, præbeo.* ὤρεγον χεῖρας πρὸς ἄνδρα, ad virum porrigebant manus, Py. 4. 426. τίνι τοῦτο Μοῖρα ὤρεξε, cui istud Parca præbuerit, Ne. 7. 85. εἰ δέ μοι πλοῦτον θεὸς ὀρέξαι, si Deus mihi præbeat divitias, Py. 3. 195.

Ὄρειος, ου, ὁ, ἡ. *montanus.* ὀρειᾶν Πελειάδων, Ne. 2. 17, Dor. pro ὀρείων, montanis a Pleiadibus. Vide Πελειάς.

Ὀρθία, ας, ἡ. et Ὀρθωσία, ας, ἡ. est nomen Dianæ a monte Arcadiæ, qui dicebatur τὸ ὀρθώσιον ἢ ὄρθιον, sc. ὄρος, ubi colebatur, Ol. 3. 54.

Ὄρθιος, α, ον. *erectus, stans, elatus.* ὄρθιον ὤρυσαι, vociferare altè, clama altè, Ol. 9. 163. ὄρθιον φώνασε, altum clamavit, Ne. 10. 142. ὀρθιᾶν (Dor. pro ὀρθίων) κνωδάλων, bestiarum erectarum, Py. 10. 56, ubi sic vocantur asini in posteriores pedes sese erigentes.

Ὀρθόβουλος, ου, ὁ, ἡ. *rectè consulens, recta volens et intendens.* ὀρθόβουλον μῆτιν, Py. 4. 466, recti consultricem prudentiam: et h. l. rectè suadens oraculum. ὀρθοβούλοις μηχαναῖς, Py. 8. 107, artibus ex recto et justo consilio profectis.

Ὀρθοδίκας, Dor. pro ὀρθοδίκης, ου, ὁ. *rectè judicans, rectè et verè pronuntians et exsequens rem.* ὀρθοδίκαν ὀμφαλὸν γᾶς, Py. 11. 16, rectè judicantem umbilicum terræ, i. e.

Delphos, ob veracitatem oraculorum.

'Ορθόμαντις, ιος, ὁ, ἡ. *recta et vera vaticinans.*

'Ορθόπολις, ιος, ὁ, ἡ. *civitatem rectè constituens.* Θήρωνα ὀρθόπολιν, Ol. 2. 14, i. e. τὸν τῇ ἑαυτοῦ δικαιοσύνῃ ὀρθοῦντα καὶ σώζοντα τὰς πόλεις, nam Agrigentum is optimè constituerat.

'Ορθὸς, ὴ, ὸν. *erectus.* hæc notio apud Homerum est obvia; recentiores paullò inflexerunt hanc notionem, ut ex Pindaro discimus. ἐστὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθὸς, es enim internuntius rectus, Ol. 6. 153, κήρυξ ἀληθής. ὀρθὸς νόος, mens recta et proba, Py. 10. 106. ὀρθῷ ποδὶ ἀνέπαλτο, exsiliit recto pede, i. e. in stando, Ol. 13. 102. ἐπὶ σφυρῷ, recto in talo pedis, Ist. 7. 18, i. e. in bono et erecto statu. ὀρθὸν κάρα, erectum caput, Ne. 1. 64. ὀρθοὺς ἔστησεν, Py. 3. 95, stare fecit erectos, i. e. sanavit eos, constituit eos ὑγιεῖς. δι' ἀγγελίας ὀρθῆς, Py. 4. 496, per legationem rectam et bonam. ὀρθῇ φρενὶ, Ol. 8. 32, recto et non errante judicio. χειρὶ, rectâ manu, Ol. 10. 7, i. e. δικαίᾳ. ὀρθὰν κορυφὰν (Doricè,) λόγων, Py. 3. 142, summam veram et rectam rationum. et 171, καρδίαν ἵστασαν, cor rectum firmârunt, i. e. constituerunt animum erectum et lætum. ἐφημοσύναν ἄγεις, Py. 6. 19, rectum præceptum exerces. κέλευθον ἰὼν, rectâ viâ incedens, Py. 11. 60. Τίνδον φυλάσσουσι, in recto statu conservant, Ne. 11. 6. ὀρθαῖς ἐν βουλαῖς, Ol. 2. 137, i. e. κατὰ δικαίας κρίσεις. κιόνεσσι, Py. 4. 475, erectis columnis. et 405, ὀρθὰς αὔλακας, rectos sulcos. ut ergo videamus, ὀρθὸν a recentioribus etiam de *directo in longitudinem* poni, sicut dicitur γραμμὴ ὀρθὴ, recta linea; et metaphoricè, de *recto morali.*

'Ορθόω, fut. ώσω. *in altum rectà erigo.* σὲ δ' ἐν ταύτῳ λόγῳ χρησμὸς ὤρθωσε, Py. 4. 106, te in hoc sermone oraculum confirmavit, ἀπέδειξε. Σικελίαν ὀρθώσειν, Ne. 1. 21, i. e. διαφυλάξειν ὀρθὴν, in bono statu conservaturum. ὀρθώσαις ὕμνον, Ol. 3. 5, i. e. ἀναγείρας, ἀνυψώσας. ἀρετὴν αὐτοῦ, Ist. 4. 65, extollens et elatam statuens virtutem ejus. ὀρθώσαντες οἶκον, Ist. 6. 96, rectè constituentes domum. ὀρθῶσαι καλὸν, Ist. 1. 64, erigere dignitatem. ὀρθωθεῖσα ναύταις, Ist. 5. 62, erecta, i. e. defensa, vel, famæ tradita, a nautis, i. e. navali prælio.

'Ορθωτὴρ, ῆρος, ὁ. *director bonus, qui rem erigit, in bonum statum ponit.* 'Ιέρωνί τις ὀρθωτὴρ πέλοι, utinam sit ei aliquis constitutor et restitutor, sc. valetudinis rectæ, Py. 1. 109, ἰατὴρ, ὑγιείας αἴτιος, θεραπευτὴς, coll. v. 111.

"Ορκιον, ου, τὸ. *jusjurandum.* it. *fœdus jurejurando sancitum.* ὅρκιον πιστὸν, Ol. 11. 6, fidum pignus. sic Ne. 9. 38, fœderis pignus fidele.

"Ορκος, ου, ὁ. *jusjurandum.* ὅρκον μέγαν ὀμόσας, Ol. 6. 34, cum devotione sui ipsius. μέγαν θεῶν ὅρκον, i. e. τὴν Στύγα, Ol. 7. 120. παρὰ ὅρκον, Ol. 13. 116, supra jusjurandum, i. e. quod quis juret, fieri non posse: et sermo est de potentiâ Dei. ναὶ μὰ γὰρ "Ορκον, Ne. 11. 30, i. e. per ipsam juramenti religionem; ut ὅρκος ibi sit personificatus, per quem juretur; nam veteres sæpè, εὐλαβείᾳ τοῦ ὀμνύειν, nomen Dei omisere, et religionem ipsam jurisjurandi jurârunt. cæterùm μὰ in juramentis negativis locum propriè habet, quia est pro μὴ, sed addito ναὶ valet in affirmativis pro solo ναί. deductum est nomen ὅρκος ab εἴργω, *includo.*

Ὁρμὰ, Dor. pro ὁρμὴ, ῆς, ἡ. *motus, impetus.* ὁρμὴν ἐλαφρὰν γονάτων, Ne. 5.38, genuum levem impetum, i.e. currere et salire facilè possum.

Ὁρμαίνω, fut. ανῶ. *moveo, agito.* ponitur sæpissimè de *cogitatione* et *consilio*, ut notetur κίνησις βουλευτικὴ, *agitatio mentis consultatoria.* ὁρμαίνων, Ol. 8. 53, i.e. φροντίζων, διάνοιαν ἐφιστὰς, διαλογιζόμενος, διανοούμενος. et Ol. 13. 119, i.e. προθυμούμενος, μετὰ σπουδῆς, lubens.

Ὁρμάω, fut. ήσω. *moveo me ociùs.* deinde et activè, *moveo, impello, concito.* ὥρμησεν αὐτὸν πρὸς κλέος, ad ingentem famam evexit eum, Ol. 10.24, ubi activè ponitur. ὁρμᾶται ὕμνος, Ne. 1. 5, i.e. ὁρμὴν ἔχει, hymnus incipit et aggreditur laudare id.

Ὅρμος, ου, ὁ. *pars illa portûs, ubi navis appellitur ad terram.* deinde ὅρμος est quoque κόσμος περιτραχήλιός τις, qui et ὁρμίσκος dicitur, *pretiosus vel pulcher ornatus circa collum.* ὅρμοις (ἐν) Ol. 2. 135, i.e. περιτραχηλίοις κόσμοις. ὅρμον στεφάνων, Ne. 4. 28, catenam quasi coronarum, i.e. multas coronas speciosas, et ornatum egregium præstantes.

Ὄρνις, ιθος, ὁ, ἡ. *avis.* in specie, οἰωνὸς, *avis augurium faciens, et futuri index.* ὄρνις κεῖνος, Py. 4. 33, augurium illud: et sic vocat glebam illam fatalem, datam in pignus futuræ possessionis. ὄρνιχος (Dor. pro ὄρνιθος) ἀρείονος, faustioris augurii, Py. 8. 70. ὄρνιχος φανέντος ἐπώνυμον, avi quæ apparuerat cognominem eum vocavit, Ist. 6. 77. ὄρνιχα Διὸς θεῖον, divinam avem Jovis, i.e. aquilam, Ol. 2. 159, et ibi hæc aquila in singulari, post multos κόρακας: nam mali semper plures, et una aquila potior est multis corvis. ὄρνιν μαινάδα, Py. 4. 384, avem vehementes affectus cientem; et de magicâ aviculâ ibi est sermo. ὀρνίχων αἰσιᾶν κατὰ ὁδὸν, Ne. 9. 44, faustorum auguriorum per viam. ὀρνίχεσσι, Py. 4. 338, auguriis. ὄρνις est ab ὄρω vel ὀρίνω, nam nihil est avibus magis in motu, et magis velox.

Ὀρνιχολόχος, ου, ὁ. *auceps, qui avibus insidias ponit.* ab ὁ ἡ ὄρνιξ, ιχος, Doricâ dialecto, pro communi ὄρνις, ιθος, *avis.*

Ὀρνύω, et ὄρνυμι, *concito, cieo, hortor, adhortor.* ὀρνύει γλῶσσαν, i.e. διεγείρει, excitat linguam, Ol. 13. 15. ὄρνυε κάρυκας, i.e. παρώξυνε, Py. 4. 302. ὀρνύντος δαίμονος, Py. 10. 16, numine crescere faciente, αὔξοντος. nam hoc verbum et, *erigere in altum,* in specie notat. ὀρνύμενοι, profecti alacriter, Py. 1. 126. ὀρνύμενον βέλος, Py. 4. 162, sagitta exsiliens, i.e. alacriter deprompta, ex pharetrâ. ὀρνυμένων πολέμων, Ol. 8. 45, concitatis bellis et præliis.

Ὄρος, εος, τὸ. *mons.* ὑπὸ ὄρος, Ol. 6. 129, sub montem. τοῦτο ἐφέπεις, Py. 1. 57, hunc curas et habitas montem. ἐν ὄρει, sc. Πηλίῳ, Py. 3. 66. οὔρεϊ ἴσον, Ist. 6. 47, de Gigante. ἐν ὄρεσιν, Py. 6. 20, ubi Chiron imperavit. ἀσκίοις, Ne. 6. 74. sæpè ὄρος non solùm *montem*, sed et *saltum* significat.

Ὀρούω, fut. σω. *concitus feror, ruo, festino citatus.* ὧν δὲ ἕκαστος ὀρούει, quorum quisque studio tenetur, ad quod quisque amore fertur, Py. 10. 95, ubi videtur regere genitivum, qui tamen magis ad sequens τυχὼν pertinet, ut plenè sit: τυχὼν ἐκείνων, πρὸς ἃ (Atticè ὧν, relativo ad præcedentem casum formato) ὀρούει ἕκαστος. κλέος ὤρουσαν ἑλέσθαι, conati sunt cupidè gloriam consequi, Ol. 9. 155. ὀρούσασα ἀπὸ

στρωμνῆς, exsiliens ipsa e lecto, Ne. 1. 75.

Ὀρσέας, ου, ὁ. et Ὀρσείας. τεχνικὸς ἀνὴρ, ὑμνῶν καὶ χορειῶν τοὺς νικηφόρους, Ist. 4. 123.

Ὀρσίκτυπος, ου, ὁ, ἡ. *qui fragores concitat.* est epitheton Jovis τοῦ κινοῦντος τοὺς κτύπους τῶν βροντῶν.

Ὀρσινεφὴς, έος, ὁ. *concitator nubium.* est epitheton Jovis.

Ὄρσομαι, *concito me.* it. activè, *concito.* novum verbum, Ionico more factum ex futuro verbi ὄρω. ὄρσο, τέκνον, Ol. 6. 107, i. e. ἀνίστασο παῖ.

Ὀρσοτριαίνης, ου, ὁ. epitheton Neptuni, *quatiens tridentem.* ὀρσοτρίαινα δὲ, Neptunus autem, Ol. 8. 64, ubi terminatio vocativi Atticè est pro nominativi terminatione; et quidem correpta poëticè. nam vocativus quidem ipse habet α ultimum breve, sed non ideò et nominativus, imitans vocalem tantùm. quamquam Grammatici tradunt regulam; nomina in ας (facta ex ης) primæ declinationis, habent ας longum, exceptis compositis ex ἡ τρίαινα, hæc enim Atticè dici possunt ὁ εὐτρίαινας, ὀρσοτρίαινας, ου, &c.

Ὀρτυγία, ας, ἡ. parva insula, objecta Syracusis, post cum urbe conjuncta, et in quâ erant τὰ ἱπποτροφεῖα Ἱέρωνος.

Ὀρφανία, ας, ἡ. *orbitas.* et per tropum, *quævis carentia.* ἐν ὀρφανίᾳ στεφάνων, Ist. 8. 14, coronarum in orbitate, i. e. si non vincimus.

Ὀρφανίζω, fut. ίσω. *orbo, orbum facio.* et in genere, *carere facio aliquâ re.* ὀρφανίζει γλῶσσαν κακὴν φαεννῆς ὀπὸς, Py. 4. 504, privat linguam malam clarâ voce, i. e. facit, ne lingua sua mala sit, et clarè loquatur malè; non est maledicus; ἀποχωρίζει τῆς αὐτοῦ φωνῆς ἐλευθερίου τὴν κακογλωσσίαν, semovet a voce suâ liberali et honestâ maledicentiam. ὀρφανιζομένῳ, Py. 6. 22, ubi est, remoto a parentibus, qui ambo vivi erant, et dato in disciplinam procul a domo, χωριζομένῳ.

Ὀρφανὸς, ἡ, όν. *orbus parente.* deinde hæc vox in genere notat, *orbus, non particeps.* ὀρφανὸν γενεᾶς, Ol. 9. 92, i. e. ἔρημον παίδων, orbum liberis. ὀρφανὸν ἑταίρων, Ist. 7. 16, privatum amicis et sociis. ὀρφανοὶ ὕβριος, Ist. 4. 14, alieni a contumeliâ, ἄμοιροι. ὀρφανὸς est ab ὀρφνὸς, in sensu metaphorico.

Ὄρφνη, ης, ἡ. *obtectio solis, vel interdiu per atras nubes, vel noctu per umbram terræ;* ab ἐρέφω, *tego supernè:* et Doricè scribitur ἁ ὄρφνα. metaphoricè notat *statum tristem.* ἐν ὄρφνᾳ, Ol. 1. 115, i. e. noctu, ἐν νυκτί. ἐν ὄρφναισι, i. e. ἐν νυξὶ, Py. 1. 44.

Ὀρχομενὸς, οῦ, ἡ. dicta μινύειος (genere communi Attico) quia ὁ Μινύας αὐτὸν παραῤῥεῖ καὶ περιῤῥεῖ, vel et quòd gens nobilis Minyarum, a rege Minyâ nomen habens, ibi potissimùm floruit. urbs celebris et valdè dives et munita, unde ex circumjacentibus oppidis agrisque in eam confugiebatur tempore infesto. est in Bœotiæ parte, et Eteocles ibi templum Gratiarum statuerat.

Ὄρω, fut. ὀρῶ. et Æolicè ὄρσω. *concito, incito, oriri facio.* ὕβρις αὐτὸν εἰς ἀνάτην ὦρσεν, insolentia eum irruere fecit in fraudem, Py. 2. 53. γόον, luctum excitavit, Py. 3. 181. ἀμφὶ, circa excitavit, Py. 8. 123. ὦρσαν, incitârunt, Ol. 10. 29. ὄρσαι κῦδος, decus conciliare, Ol. 4. 20. λόχον, concitare et struere insidias, Py. 11. 37, ubi tamen alii legunt χόλον, sed prius præstat, nam sermo est de Clytæmnestrâ, mari-

tum per insidias sceleratas interimente. γλῶσσαν, Ne. 7. 105, concitare linguam. Ne. 9. 19, evigilare faciemus citharam et tibiam. ab hoc verbo per paragogen est ἡ ὀρταλὶς, ἴδος, *gallina*, et ὁ ὀρτάλιχος, *pullus gallinaceus*. et ὀρταλίζειν, *subvolare velle, more gallinarum cubitum euntium.*

Ὅσιος, η, ον. *divino mori conveniens, sanctus.* nam est ab Æolico σιὸς, i. e. θεὸς, et ab ὅμοιος, quasi ὁμοιόσιος. ὁσία, sc. ἐστὶ, estne fas? Py. 9. 61, ubi deest βουλὴ, ἢ δίκη.

Ὅσος, η, ον. *quotus, quantus*, extra interrogationem directam. ὅσον, sc. κατὰ, Ist. 2. 52. ὅσα, Ol. 13. 151, sc. ἔπραξε. ὅσα, neutrum, de personis omnis generis, pro ὅσους, Py. 1. 25. porrò ὅσα, Py. 2. 170,—8. 98. Ne. 2. 26, sc. κατὰ, quoties. Ist. 1. 85, præcedente πάντα. μόλον, i. e. παρεγίνοντο, Py. 3. 83.

Ὄσσα, ης, ἡ. *vox.* in Homero ubique est *vox aliqua divina et ominosa.* generalis illa notio de *voce quâvis*, aut de *famâ*, est recentiorum, ex Homericâ notione deducta. ἀρτιεπὴς πατρία ὄσσα, Ol. 6. 106, veridica patria vox, i. e. oraculum.

Ὀστέον, ου, τὸ. *os.*

Ὅστις, ἥτις, ὅ,τι. *quis, quisquis, qualis.* ὅστις, ad sensum, non ad vocem, pro ὅπερ, Py. 3. 38. Ne. 10. 58, i. e. ipse Θειαῖος. ὅ, τι, i. e. ὁποῖον, Ol. 7. 47; 8. 30, quicquid. Ist. 7. 25, ubi sic supplendum, χάρις τοῦ πράγματος, ὅ, τι. χὤ, τι, pro καὶ ὅ, τι, Py. 9. 86. ὥτινι, sc. ἀνθρώπων, Ol. 3. 19.

Ὅταν, conj. pro ὅτε ἂν, *si quando.* regit plerùmque conjunctivum, sæpè indicativum. cum indicativo, χὤταν (καὶ ὅταν) τηρέωντι, Py. 2. 160.

Ὅτε, *quando, aliquando.* Ist. 6. 1, quandoquidem. χὤτέ ποτι, pro καὶ ὅτε, Py. 9. 86, nisi ibi rectiùs legitur χὠπόθεν pro καὶ ὁπόθεν.

Ὅτι, conjunctio. *quòd, quia.*

Ὀτρύνω, fut. υνῶ. *incito, hortor.* Ne. 1. 8, incitat me victoria ejus. ὄτρυνον ἑταίρους, Ol. 6. 148, incita socios, παρέρμησον, διέγειρον, τοὺς συγχορευτάς. Py. 4. 71, ubi est imperf. pro ὤτρυνον, jubebam. ὀτρύνων λόγον, Ne. 1. 52, excitans et proferens narrationem, faciens ut narrari possit. Py. 4. 291, sc. θεός.

Οὐ, particula negandi. *non.*

Οὐδὲ, *neque.* et non, Ol. 1. 73. οὐδὲ μὰν, Py. 4. 155, neque enim.

Οὐκ, *non;* sequente vocali tenui.

Οὔλιος, ου, ὁ, ἡ. *totus et integer, plenus.* it. *perniciosus.* it. ὑγιαστικὸς, καὶ ὁλότητος ποιητικὸς, *integritatem et sanitatem faciens*, ὁ ποιῶν οὖλειν. solet esse epitheton Apollinis, qui est ἰατρὸς, etiam qui est ὁ ἥλιος, qui ζωογονεῖ, λάμπει, θάλπει. οὐλίῳ ἐν ἄρει, in prælio acerrimo, Ol. 9. 116, eodem sensu quo οὖλος ἄρης dicitur. οὔλιον θρῆνον, plenam et justam lamentationem, Py. 12. 14. οὐλίαις αἰχμαῖς, Ol. 13. 33, acerrimis hastis, i. e. validissimis præliis.

Οὐλόμενος, η, ον. *perniciosus.* vid. ὄλω.

Οὐράνιος, α, ον. *cœlestis.* οὐρανία κίων, Py. 1. 37, i. e. mons altissimus, qui quasi fulcire nubes videtur.

Οὐρανὸς, οῦ, ὁ. *cœlum.* est compositum nomen ab ὁ ὅρος, *terminus*, qui Æolicè dicitur οὖρος, et ἄνω *supra:* quasi *supremus et supernus terminus et limes rerum.* sic dicitur vel regio aëria a terrâ ad

nubes; vel regio supra nubes, quæ aliàs *æther* dicitur; vel regio stellis oppleta, et ubi est sedes deorum. οὐρανὸς ἔφριξέ νιν, horruit, venerabunda, eam, sc. Minervam, natam, Ol. 7. 70. χάλκεος οὔπω ἀμβατὸς αὐτοῖς, nondum illis conscendendum est, i. e. nondum mori debent, Py. 10. 42. sic, χάλκεος μένει, ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕδος, Ne. 6. 6, nam perpetuò perdurat. οὐρανῶ πολυηφίλα, sunt genitivi Dorici, Ne. 3. 16. οὐρανῷ ἐν, Ol. 14. 14, et pertinet ad ταμίαι ἔργων πάντων, non ad sequens θέμεναι. (ἐν) οὐρανῷ οἰκεῖν, Ne. 10. 109. ἡ οὐρανία erat εἶδός τι τῆς παιδιᾶς διὰ σφαίρας. projiciebatur pila ab uno quam altissimè in aërem, ipse simul subsiliebat: alter eodem modo subsiliens, et pedes variè movens in subsultu isto, eam excipiebat. id innuitur, Odyss. θ. 371, sqq.

Οὖρος, ου, ὁ. *ventus validus satis et ferens; ventus non nimius, bonus tamen, et benè constitutus.* οὖρος ἐμπνεύσαις, Ist. 2. 59, ubi notat ventum nimis fortem, cujus causâ contrahuntur vela. οὖρος ἄλλοτε ἀλλοῖος ἐλαύνει πάντας ἀνθρώπους, Ist. 4. 9, ubi est ventus quivis, vela implens, sive secundus, sive minùs; ab ὄρω, *concito.* et rectè vita comparatur navigationi, variis ventis obnoxiæ; non mirum ergo, si et hi homines aliquando fuere minùs felices. οὔρου λήξαντος, vento remittente, Py. 4. 520, ἀνέμου οὔτινος ὄντος. et ab hac generali notione τοῦ οὔρου, *venti cujusvis,* dicuntur et ὠὰ οὔρια, ova intutilia. οὖρον αὐτῷ εὔθυνε, dirige ventum fortunæ ejus, Ol. 13. 38. et quidem οὖρον δαίμονος, auram fati. οὖρον ὕμνων, Py. 4. 5, metaphora a navigantibus, quibus placet ventus secundus. hinc et ἡ πρύμνη in navi, *puppis,* dicitur ἡ οὐρά, quia ab ejus parte agitur navis. δαίμων τύχας οὐρίζει, fortuna spirat secunda, Æschyl. Pers. 604, ubi vides verbum ab hoc nomine ortum.

Οὖρος, ου, ὁ. *custos,* φύλαξ. οὖρος Αἰακιδᾶν, Ist. 8. 121, ubi sic vocatur Achilles, princeps et custos gentis Æacidarum, qui gloriam ejus gentis promovit.

Οὔτι, *nec, et non.*

Ὀφείλω, fut. ειλῶ. *debeo.* nunquam de *augendo* ponitur, sicut ὀφέλλω nonnunquam de *debendo.* ὀφείλει δὲ ἔτι, Ne. 2. 9, impersonaliter, ὀφειλόμενόν ἐστι, πρέπον ἐστί, oportet. apud recentiores in usu est ὄφλω (pro ὀφλέω) fut. ὀφλήσω, *debeo,* in specie, *mulctam judiciariam.* ὅτε δίκας ὤφληκα, quando mulctas pendere debui, Aristoph. Nub. 34. μέλλων ὀφλήσειν, mulctandus, Nub. 775.

Ὀφέλλω, fut. ελῶ. *augeo; prosum;* nonnunquam Ionicè ponitur pro ὀφείλω, *debeo.* ὀφέλλειν, i. e. αὔξειν, Py. 4. 463.

Ὀφθαλμὸς, οῦ, ὁ. *oculus.* ὀφθαλμὸς Σικελίας, Ol. 2. 18, sic dicti οἱ πρόγονοι τοῦ Θήρωνος, i. e. οἱ περιφανέστατοι καὶ ἡγεμονικώτατοι, φῶς καὶ δόξα Siciliæ. συγγενὴς ὀφθαλμὸς, i. e. σοῦ ἴδιος, Py. 5. 21, i. e. tu ipse totus. ὀφθαλμὸν ὅλον, orbem suum totum, Ol. 3. 36, de sole. στρατιᾶς ἐμῆς ὀφθαλμὸν, Ol. 6. 27, quod et μάντιν respicit et ductorem. ἀνέλυσεν ὀφθαλμὸν, Ne. 10. 168, i. e. reviviscere fecit eum.

Ὄφις, ιος, et εως, ὁ. *serpens, draco.*

Ὀφιώδης, εος, ὁ, ἡ. *anguinus, plenus anguium.* ὀφιώδεος Γοργόνος, Ol. 13. 89, ob serpentes in capite ejus.

Ὄφρα, est conjunctio et adverbium.

ut, dum, donec, quamdiu, tum, quando. ἵνα, ut, Ol. 6. 39.

Ὀφρὺς, ύος, ἡ. *supercilium, locus in imâ fronte pilosus super oculis.* et quia is locus in fronte prominet supra oculos, hinc et prominentia terræ dicitur ὀφρὺς, *tumulus, collis.* ἐπὶ ὀφρύϊ Παρνασσίᾳ, juxta collem Parnassium, Ol. 13. 150, i. e. in ludis Pythicis, ad Parnassum celebrari solitis. ὀφρύϊ ἀγανᾷ γελάξαις, supercilio blando ridens, Py. 9. 67. ῥήματα ὀφρῦς καὶ λόφους ἔχοντα, Arist. Ran. 956, sunt verba elata et minacia et superba. ὀφρὺς est ab ὄπτω, *video*, et ῥύω, *servo.*

Ὀχετὸς, οῦ, ὁ. *canalis, alveus fluvii.* βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτης, in profundum alveum mali, Ol. 10. 46, i. e. εἰς ῥεῦμα. σεμνοὺς ὀχετοὺς, veneranda fluenta, Ol. 5. 27. est a χέω, unde ὁ χόος, et inde ὁ ὀχετὸς, præfixo ο et interserto τ, quod ex præt. perf. pass. 3 pers. sing. ortum trahit.

Ὀχέω, fut. ήσω. *porto, habeo in dorso.* propriè ponitur de equo portante sessorem suum aut sarcinam. ὀκχέοντι (Dor. pro ὀκχέουσι) πόνον, Ol. 2. 122, ferunt laborem: ubi κ insertum est ob metrum, ex duplicato χ ortùm. πόνον ὀχοίσας (Doricè pro ὀχούσης) σκευῆς, Py. 2. 145, laborem ferentis funiculi.

Ὄχθη, ης, ἡ. propriè est, *prominentia terræ ad fluvium vel mare, agger.* in specie, *ripa fluvii paulò elatior.* it. *collis.* ἁλιερκέες ὄχθαι, elationes terræ ad littus, quæ coërcent mare, Py. 1. 34. ὑπὸ ὄχθαις Ταϋγέτου ναίοντες, Py. 1. 123, sub collibus montis Taygeti habitantes; ubi omnium prima est notio, *elationem terream* in genere indicans. et sic quoque intelligi potest Py. 12. 4, ἐπὶ ὄχθαις Ἀκράγαντος μηλοβότου, in collibus Agrigenti pecorosi; nisi ibi mavis *aggeres mari oppositos* intelligere.

Ὄχθος, ου, ὁ. *ripa, tumulus.*

Ὄχλος, ου, ὁ. *molestia onerans et premens.* deinde, *turba incondita et tumultuans, sibi aliisque molesta.* prior notio est propria; estque ab ἔχειν, unde est ὀχέω, *porto onus*; unde est ὀχηλὸς, *sarcinosus* quasi; et per syncopen ὄχλος. ὄχλου πλήθοντος ἐν ἀγορᾷ, Py. 4. 151, abundante turbâ hominum in foro. ubi confer Πλήθω.

Ὄχος, εος, τὸ. *currus, vehiculum.* ὄφρα βάσομεν (Dor. et Ion. pro βήσωμεν, nimirum α est Doricum, ο pro ω Ionicum) ὄκχον, ut progredi faciamus currum, Ol. 6. 40, pro ὄχον, ubi vides genus masculinum. Ψαύμιδος γὰρ (ἐπὶ) ὀχέων ἥκει, venit in curru et de curru illius, Ol. 4. 18, sc. ὁ ὕμνος. ὀχέων θεοδμάτων, Py. 9. 17, curruum divinitùs factorum.

Ὄψ, ὀπὸς, ἡ. propriè est *vox articulata, vox verba sonans.* nam est ab ἔπω. deinde in genere, *vox*, etiam animalium quorundam brutorum. ὀρφανίζει κακὰν γλῶσσαν ὀπὸς φαεννῆς, privat malam linguam voce clarâ, Py. 4. 505, quæ est hypallage, pro, ὀρφανίζει ὄπα φαεννὴν γλώσσης κακῆς, cavet sedulò, ne vox sua liberalis et candida regatur a linguâ maledicâ, non est maledicus. ὀπὶ νέων, Ne. 3. 116, voce et cantu juvenum. ὀπὶ θυμαρεῖ γαρύειν τὸν, Ne. 7. 123, ubi alii legunt εὐθρόα, benè sonorâ voce celebrare. ὄπα κλυτὴν ἀνδρῶν ἐπικωμίαν ἀγαγεῖν, Py. 10. 10, adducere laudatricem juvenum celebrem cantum. μαιόμενοι, Ne. 3. 9, quærentes.

Ὀψὲ, adv. *serò, post tempus, tan-*

dem. ὀψέ περ, Ne. 3. 138, etsi post multam moram.

Ὀψίνοος, ου, ὁ, ἡ. *tardè aut serò sapiens.* ὀψινόῳ Ἐπιμαθέος (Dor. pro Ἐπιμηθέος), Py. 5. 36, διὰ τὸ ὀψέ ποτε καὶ βραδέως τὰ συμφέροντα καὶ ἀσύμφορα καταλαμβάνειν ἀπὸ τῶν ἀποβαινόντων συμπτωμάτων καὶ παθῶν, qui ex eventu tristi demùm intelligere discit quæ sint bona vel minùs; qui serò sapit.

Ὄψιος, α, ον. *serus.* ὀψίᾳ ἐν νυκτί, serâ et extremâ nocte, quando ea jam vergit versus diluculum, Ist. 4. 59.

Ὄψις, εως, ἡ. *vultus, os, species quæ videtur.* ὄψιν εἰδόμενος τῷ, vultu et specie assimilatus illi, Ne. 10. 28, ubi sermo est de Jove, sub personâ et specie Amphitryonis decipiente Alcmenam.

Ὄψον, ου, τό. *omne id quod ad panem comedimus,* sive sint carnes, sive olera, sive pisces, sive legumina, &c. Apud recentiores deinde obtinuit, ut hæc vox κατ' ἐξοχὴν ἐπὶ ἰχθύων, de piscibus, adhiberetur; unde est τὸ ὀψάριον, quod et τὸ προσφάγιον dicitur. ὄψον φθονεροῖς, esca invidis, Ne. 8. 36, nam invidi delectantur carpendo alios. ὄψον est ab ἕπω, *sequor,* mutato spiritu, nam est vehiculum et comes τοῦ ἄρτου. κρόμυον, ποτῷ ὄψον, Il. λ. 629, quod ἀστείως dictum ad πότον: nam sicut aliàs τὸ κρέας, ἢ ἄλλό τι, est ὄψον ἄρτῳ, sic cepa est potui, quæ facit ut libentiùs bibamus; sicut ὄψα faciunt ut libentiùs pane vescamur.

Π.

Παγά, Dor. pro πηγή, ῆς, ἡ. *fons.* παγὰν ἐπέων, fontem verborum, Py. 4. 532. παγαὶ ἁγνόταται πυρὸς, Py. 1. 41, puri fontes ignis. παγᾶν (Dor. pro πηγῶν) ἀπὸ σκιαρῶν, Ol. 3. 25, ab umbrosis fontibus Istri. παγᾶν Νείλου πέραν, Ist. 6. 33, ultra fontes Nili, i. e. in remotissimis terris versus meridiem.

Πάγγαιον, ου, τό. mons Thraciæ, aurifodinis celeber, et ubi habitabant οἱ Βορεάδαι.

Παγγλωσσία, ας, ἡ. *loquacitas.* ab adjectivo πάγγλωσσος, *loquax, clamosus.* λάβροι παγγλωσσίᾳ, Ol. 2. 157, vehementes loquacitate, clamosi assiduè. hinc est ὁ παγγλωσσίας, ου, *nugator loquax,* συγκεχυμέναις φωναῖς sonans.

Πάγκαρπος, ου, ὁ, ἡ. *omnes fructus ferens, plenus fructuum.* παγκάρπων φυτῶν, omnis generis fructus ferentium plantarum, Py. 9. 102, vel, omninò utilium plantarum.

Πάγκοινος, ου, ὁ, ἡ. *omnibus communis, publicus.* πάγκοινον ἐς χῶραν ἴμεν, ire, Ol. 6, 108, i. e. πολυπληθῆ, sc. in posterum futuram.

Παγκρατής, έος, ὁ, ἡ. *omnia domans et superans viribus.*

Παγκράτιον, ου, τό.. erat exercitium corporis, ex luctâ et pugilatu compositum, ad quod multis viribus opus erat: totum corpus certatoris ibi affligebatur, et omnes vires tentabantur.

Πάγος, ου, ὁ. *saxum majus et eminens.* οἱ πάγοι sunt πετρώδεις ἐξοχαί, ἢ εἰς ὕψος ἀνέχουσαι ὀξεῖαι πέτραι. πάγον Κρόνου, collem Saturni, Ol. 10. 59. οὐ γὰρ πάγος, οὐδὲ προσάντης ἡ κέλευθος, non enim saxum, neque ardua via, Ist. 2. 47.

Πάγχρυσος, ου, ὁ, ἡ. *totus aureus.* νάκος, Py. 4. 120, vellus aureum.

Πάγχυ, *omninò, prorsùs.* est poë-

ticè pro πάνυ. πάγχυ διαπλέκει, Py. 2. 152, omninò insinuat se ubique.

Πάθη, ης, ἡ. *casus, calamitas.* ταύτης περὶ ἀτλήτου πάθης, de hoc intolerabili casu, Ol. 6. 65, i. e. τῆς κρυφίου διακορήσεως, clandestinæ deflorationis filiæ suæ. πάθῃ σὺν βαρείᾳ ματρὸς, Py. 3. 74, calamitate cum gravi matris. προτέρᾳ καμὼν, Py. 8. 68, afflictus et defatigatus priori calamitate et clade. πάθαις ὀξείαις, Py. 3. 174, acutis malis, valdè tristibus suis casibus.

Παιὰν, ᾶνος, ὁ. nomen Apollinis. est deinde et appellativum medici, Eur. Hipp. 1373, θάνατος παιὰν, mors medicus. a πάω, *curo.* est et nomen Hymni victorialis.

Παίδειος, α, ον. *puerilis, pueris conveniens.* παιδείους ὕμνους, Ist. 2. 5, ubi sermo est de cantibus scriptis in gratiam puerorum adamatorum Græco more.

Παίζω, fut. σω et ξω. *ludo, lusito more puerili aut juvenili.* est enim per syncopen pro παιδίζω. παίζομεν ἀμφὶ τράπεζαν, ludimus circa mensam, Ol. 1. 24, canendo sc. et tripudiando. ἔπαιζεν ἐνόπλια, Ol. 13. 123, armatam saltationem saltabat. In specie *lusus saltatorius* hoc verbo indicatur.

Παῖς, παιδὸς, ὁ, ἡ. *puer, puella* (ætate), *filius, filia* (naturâ). sumsere recentiores hanc lenem appellationem *servi* aut *ancillæ honestioris*, ut vocarentur παῖδες et παιδίσκαι. si παῖς in sensu omnium primo. ponitur, notanda hæc sunt ætatum discrimina: βρέφος, τὸ γεννηθὲν εὐθέως. παιδίον, τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τῆς τιθηνοῦ· παιδάριον, τὸ ἤδη περιπατοῦν καὶ λέξεως ἀντιχόμενον· παιδίσκος, ὁ ἐν τῇ ἐχομένῃ (statim illum priorem excipiente) ἡλικίᾳ, ætate: παῖς δὲ, ὁ δι' ἐγκυκλίων μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι. hanc subsequentem ætatem vocant τὸν πάλληκα, βούπαιδα, ἀντίπαιδα, μελλέφηβον, quæ quatuor notant idem. deinde sequitur ὁ ἔφηβος, qui et κοῦρος, puber primùm. deinde μειράκιον ἢ ὁ μεῖραξ: deinde ὁ νεανίσκος, deinde νεανίας, deinde ἀνὴρ μέσος. hunc sequitur ἀνὴρ πρεσβευτικὸς, qui et ὠμογέρων, circa annum quinquagesimum. hunc ὁ γέρων, hunc πρεσβύτης, deinde ἐσχατόγηρως, qui et σύφαρ et πέμπελος. sed non omnium horum proprietas ubique est quærenda. παῖς κισσοφόρος, i. e. Bacchus, filius Jovis, Ol. 2. 50. παῖς, sc. ὢν, Ol. 9. 133. Αἰήτου, Py. 4. 17, Medea. παιδὸς βίαν, i. e. παῖδα, Ne. 11. 28. παῖδα Κρόνου, i. e. τὸν Δία, Ol. 1. 16, qui est præses ejus certaminis. παῖδα ἡλίου, i. e. ἡμέραν, Ol. 2. 59. et 148, Ἠοῦς, i. e. Memnonem. Κλυμένοιο, Ἐργῖνον, Ol. 4. 31. ἰοβόστρυχον, filiam formosam, Ol. 6. 50. et 82, εἴρετο πάντας, interrogabat omnes de filio: nam hoc verbum regere solet duplicem accusativum. ποντίαν παῖδα, filiam e mari enatam, i. e. insulam Rhodum, Ol. 7. 24. ὃν βόησε, Py. 6. 36, inclamavit filium suum. ἀμπέλου, i. e. vinum, Ne. 9. 123. τὸν ἀδείμαντον, Ist. 1. 15, Herculem impavidum. ὦ παῖ, Py. 8. 45, ubi ætatis est compellatio. in fœminino, παῖ, O filia, Ol. 12. 1. παῖδες χρύσεαι Θέμιτος, Ol. 13. 11, aureæ filiæ Themidis. et 17, παῖδες Ἀλάτου, O filii ejus, i. e. ἀπόγονοι, et intelliguntur Κορίνθιοι. κρατίστου θεῶν, filiæ potentissimi deorum, i. e. Gratiæ, Ol. 14. 20. παῖδες, filiæ, Py. 11. 12. παῖδες θεῶν (i. e. dii), Ist. 3. 31. υἱῶν παῖδες, nepotes, Ist. 8. 52. παίδων, i. e. ἐκγόνων, Ol. 8. 59. et 90, ἐν γυίοις, nam cum

quatuor pueris certaverat puer Alcimedon. παίδων νιφάδος, i.e. pluviarum, Ol. 11. 3. ὀάροις, Py. 1. 190, puerorum vocibus teneris. παίδων, sc. μετὰ, inter pueros, Ist. 4. 119. παίδεσσι Δεινομένεος, Py. 1. 153, i.e. Hieroni ejusque fratribus, quorum pater ὁ Δεινομένης. μετὰ τούτοις, sc. Κυρηναίοις, Py. 4. 113. et 192, liberis ejus. et 501, ἐν παισὶ νέος, inter juniores est juvenis, et facit juvenilia. διδύμοις, Apollini et Dianæ, Ne. 9. 10. Ἑλλάνων παισὶ, i.e. Ἕλλησι, Ist. 4. 62.

Πάλαι, adv. *pridem, quondam, olim, modo, dudum.* apud antiquos magis in usu est notio, πρὸ πολλοῦ χρόνου; apud recentiores Atticos verò frequentior est ea altera, quæ de *nupero admodùm* intelligitur. ὁπλοτέροις τῶν πάλαι, Py. 6. 40, natu junioribus inter majores nostros: nimirum Pindaro erant οἱ πάλαι, sed Archilocho erant juniores. πάλαι, olim, Py. 11. 70.

Πάλη, ης, ἡ. *lucta, quâ homo variè movetur, aut attollitur et dejicitur.* Antiquioris et rusticioris πάλης, quâ alter alterum dejicere ad terram conabatur, descriptio est hæc: τὴν εὐώνυμον χεῖρα ἑκάτερος ὑπὸ τὴν πλευρὰν ἔβαλε τοῦ ἀγωνιστοῦ, τῇ δὲ δεξιᾷ χειρὶ ἑκάτεροι τοῦ λαιοῦ ἀγκῶνος τοῦ ἐναντίου ἐλαμβάνοντο, τοῖς δὲ μετώποις ἀντηρείδοντο. πάλης ἄθλων, luctæ certaminum, λάβε φροντίδα, cape curam, Ne. 10. 40, ubi alii legunt παλαισμάτων. πάλᾳ κρατέων, vincens luctâ, Ol. 8. 27.

Παλαιγόνος, ου, ὁ, ἡ. *olim natus, priscus.* μῆτιν παλαιγόνων, Ol. 13. 70, prudentiam majorum. Μινύαν παλαιγόνων, Ol. 14. 5, priscorum Minyarum.

Παλαιμονέω, fut. ήσω. *luctor.* παλαιμονεῖ κενεὰ, luctatur et operam impendit frustrà, Py. 2. 112.

Παλαιὸς, ὰ, ὸν. *vetustus.* παλαιὸς ὄλβος, antiqua felicitas, Py. 5. 73. παλαιὰ χάρις, Ist. 7. 23, antiqua gratia dormit, i.e. præclararum a majoribus olim gestarum rerum gratia et pulchritudo perit tandem in animis juniorum. παλαιῶν δόξα προγόνων, priscorum gloria majorum, Py. 9. 182. παλαιαὶ ῥήσιες, Ol. 7. 100, antiqui sermones et narrationes. ἐν παλαιαῖς ἀρεταῖς, Ne. 3. 55, antiquâ virtute et fide homo.

Πάλαισμα, ατος, τὸ. *luctatio, ars luctandi.* ἐξέπεμψας παλαισμάτων αὐχένα καὶ σθένος ἀδίαντον, eduxisti e luctationibus cervicem et robur corporis non sudore madefactum, Ne. 7. 106, i.e. facili negotio et brevi tempore vicisti. παλαισμάτων (cape) φροντίδα, Ne. 10. 40. ἀνδρὸς ἀμφὶ παλαίσμασιν, ob luctas viri, Ol. 9. 20. παλαισμάτεσσιν, ablativus Ionicus, Py. 8. 48, in luctationibus imitans cognatos suos.

Παλαίφατος, ου, ὁ, ἡ. *olim dictus, ab antiquo celeber et memoratus.* παλαίφατος γενεὰ, Ne. 6. 54, ab antiquo celebris familia. παλαιφάτων χρησθὲν, Ol. 2. 72, i.e. τὸν παλαιὸν χρησμὸν, oraculum. Ἀχάρναι δὲ παλαίφατον εὐάνορες, ubi deest κατὰ, Ne. 2. 25, Acharnæ, secundum vetus dictum, sunt viris fortibus plenæ. ἀγορὴν, Ne. 3. 23, antiquitùs celebrem conventum.

Παλάμη, ης, ἡ. *palma manûs;* et apud recentiores, *ars quam quis manu exercet, artificium.* hinc est ὁ παλαμναῖος, quod de hominibus semper in malo sensu, *funestus, cæde contaminatus:* quando autem est epitheton Jovis, notat

justitiam ejus vindicem contra percussores, ὁ τοὺς φονῆς καταῤῥίπτων. παλάμῃ σύν τινι μοιριδίῳ, Ol. 9. 38; cum aliquo auxilio fatali, aliquâ fatali arte, i.e. per nascendi sortem mihi præbitâ arte, τέχνῃ καὶ μηχανῇ δαιμονίᾳ, a deo concessâ. παλάμῃ σὺν θεοῦ, Ol. 10. 25, cum dei ope. παλάμῃ δονέων, manu vibrans, Py. 1. 85. παλάμαι Ζηνὸς, Py. 2. 72, i.e. τέχναι, manus Jovis. τραχειᾶν (Schmidius legi vult ταχειᾶν) ἐκ παλαμᾶν, a duris manibus, Py. 4. 360, et sermo est de remigando. παλάμαις πυκνότατον, Ol. 13. 73, prudentissimum artificiis, Sisyphum. παλάμαις θεῶν, Py. 1. 94, deorum ope. ψιθύρων παλάμαις βροτῶν, artibus susurronum hominum, Py. 2. 138, τῶν ψιθυριστῶν, calumniatorum clandestinorum. παλάμαις Ἐπάφου, manibus illius, Ne. 10. 9. et 121, Διός.

Παλίγγλωσσος, ου, ὁ, ἡ. *contrariâ linguâ utens, contrarium priori sonans.* ῥῆσιν παλίγγλωσσον ἀγγέλων, Ne. 1. 88, locutionem nuntiorum revocandam et aliter nuntiandam in contrarium, ἐναντιόφημον. παλίγγλωσσος πόλις, Ist. 6. 35, urbs diverso a nobis sermone utens.

Παλίγκοτος, ου, ὁ, ἡ. *retrò iram aut tristitiam vertens, reverti semper faciens indignationem in animo.* πῆμα παλίγκοτον, Ol. 2. 36, malum renovans aliàs in animo tristitiam iratam. τραχὺς παλιγκότοις ἔφεδρος, Ne. 4. 156, asper additus iis, qui iram contra eum assiduè in animo renovant et resumunt, τοῖς ἐχθροῖς καὶ ἐναντίοις. sic de somnio tristi dicit mater, Mosch. Id. 4. 92, δειμαίνω, παλίγκοτον ὄψιν ἰδοῦσα, timeo, postquam vidi visionem infestam.

Παλίμβαμος, Dor. pro παλίμβημος, ου, ὁ ἡ. *reciprocè regrediens.* ἱστῶν παλιμβάμους ὁδοὺς, Py. 9. 33, telarum retrogrados gressus. aptè descripta ἱστουργία.

Πάλιν, adv. *retrò,* εἰς τὰ ὀπίσω. hæc est notio hujus vocis antiqua et Homerica; illa verò, ubi notat ἐκ δευτέρου, recentiorum est. In Pindaro etiam hoc adverbium ubique notat *retrò, retrorsùm.* πάλιν αὖθις προῆκαν αὐτῷ υἱὸν, retrò remiserunt ei filium, Ol. 1. 106, εἰς τοὐπίσω: nam poëtæ solent duo adverbia idem notantia ponere. ἥκοντι τὸ πάλιν ἤδη, venienti retrò jam, Ol. 10. 104, ubi deest εἰς. μὴ ὀπίσω πάλιν οἴκαδε μόλοι, ne reverteretur domum, Ne. 3. 110. ἐπὶ αὐτὸν ἐχώρησεν, ad eum rediit, Ne. 10. 138. est a πάλλω, fut. αλῶ, i. e. κινέω.

Παλιντράπελος, ου, ὁ, ἡ. *retrò versus, in contrarium versus,* ἐπὶ τὸ ἐναντίον τετραμμένος. πῆμα παλιντράπελον, Ol. 2. 69, cladem conversam ex felicitate.

Πάλλω, fut. παλῶ. *quatio, concutio, cadere facio, exsilire facio, commoveo.* πάλλων ἄκοντα, vibrans jaculum, Ne. 3. 79. καὶ πέραν πόντου πάλλονται αἰετοὶ, Ne. 5. 39, et trans mare librant se et celeriter volant aquilæ; quod minoribus avibus negatum est.

Παμβίας, ου, ὁ. *omnia superans, adversus omnia viribus valens.* παμβίᾳ κεραυνῷ, Ne. 9. 58, πάντα βιαζομένῳ.

Πάμπαν, adv. *omninò.* πάμπαν, i. e. παντελῶς, Ol. 2. 125.

Παμπειθὴς, έος, ὁ, ἡ. *omnia suadens omnibus.* παμπειθῆ πόθον, desiderium, suadens omnibus eandem rem, Py. 4. 327. nam h. l. τὸ πᾶν respicit omnes illos viros. coll. 329.

Παμποίκιλος, ου, ὁ, ἡ. *valdè varius arte et ornatu:* ut notetur πλῆθος variegationis et artis adhibitæ. παμποικίλοις ἔρκεσι, Ne. 10. 68, in septis omnimodè variegatis et aptè elaboratis: et sermo est de arculis vasorum pretiosorum.

Παμπόρφυρος, ου, ὁ, ἡ. *totus purpureus.* παμπορφύροις ἀκτῖσιν, Ol. 6. 91, purpureis radiis, qui a violis reflectuntur, et nigredine aliquâ conspicui sunt.

Πάμπρωτος, ου, ὁ, ἡ. *omnium primus,* πρὸ πάντων.

Παμφάρμακος, ου, ὁ, ἡ. *omnium medicaminum plenus aut peritus.* ξείνης, Py. 4. 415, hospitæ, Medeæ.

Παμφόρος, ου, ὁ, ἡ. *omnia ferens, promiscuus.* παμφόρῳ χεράδι, Py. 6. 13, promiscuâ glareâ, in quâ omnigenæ sordes insunt.

Πάμφυλος, ου, ὁ. filius Αἰγιμιοῦ, frater Δύμαντος καὶ Δώρου, ex gente Heraclidarum: nobilis Laco, unde erant ibi ἡ Παμφυλὶς καὶ Δυμανὶς φυλαὶ, Py. 1. 121.

Πάμφωνος, ου, ὁ, ἡ. *omnisonus.* αὐλῶν πάμφωνον μέλος, tibiarum plena modulatio et personans, Py. 12. 34. παμφώνων ὑμεναίων ἰαχὴν, clamorem hymenæorum omnes et varios sonos edentium, plenè sonantium, Py. 3. 29. ὁμοκλαῖς, Ist. 5. 35, et quidem αὐλῶν, omnisonis concentibus tibiarum.

Πανάγυρις, Dor. pro πανήγυρις, ιος et εως, ἡ. *conventus publicus, celebritas publica.* Ζηνὸς ἀμφὶ πανάγυριν, Ol. 9. 145, in celebritate Jovis. παναγυρίων ξυνῶν ἀπεῖχον, Ist. 4. 47, a conventibus communibus abstinuerunt.

Πανδόκος, ου, ὁ, ἡ. *omnes excipiens.*

Πανδοξία, ας, ἡ. *omnis gloria.*

Πανέτης, εος, ὁ, ἡ. τὸ πανέτες. *per omnem annum.* πάνετες χιόνος τιθήνη, Py. 1. 38, per totum annum est nutrix nivis, sc. Ætna.

Παννυχίζω, fut. ισω. *pervigilo,* it. *pernocto.* φλὸξ παννυχίζει, flamma per totam noctem ardet, Ist. 4. 112.

Παντᾶ, adv. *ubique, quoquoversùm, omni modo.* παντᾶ πέμψω ἀγγελίαν, quaquaversùm mittam nuntium, Ol. 9. 36.

Παντοδαπὸς, ἡ, όν. *omnifarius, omnis generis, multiplex.* παντοδαπῶν ἀντὶ μόχθων, Ist. 1. 63, pro laboribus omnigenis. terminatio est merè paragogica, nec inest τὸ δάπεδον, solum.

Πάντοθεν, adv. *undique.* Py. 3. 94, sc. ubicunque opus est.

Παντοῖος, η, ον. *omnimodus, varius.*

Πάντως, adv. *omninò.* πάντως ἐν φυλακῇ σχεῖν αὐτὸν, omninò observare illum, Py. 4. 133.

Πάομαι, fut. πάσομαι. *gusto, comedo.* item *in possessionem acquiro.* εἴ τις πέπαται ἐσλὰ, si quis acquisivit bona, κέκτηται, Py. 8. 103, et est perf. pass. a πάομαι, in sensu deponentiali, *acquiro, possideo.* ab eâdem origine est πάσσω, *conspergo,* ποικίλλω: et ὁ πηὸς, *affinis,* ὁ ἐξ ἀγχιστείας ἐπίκτητος συγγενής: et πολυπάμμων, ὁ ἡ. i. e. πολυθρέμμων, πολυκτήμων: et τὸ πῶυ, *grex.* et adverb. παμπήδην, et ἡ παμπησία, i. e. παγκτησία.

Παπταίνω, fut. ανῶ. *circumspicio, accuratè intueor undique.* παπταίνει τὰ πόρσω, prospicit remota, Py. 3. 39. εἴ τις τὰ μακρὰ, Ist. 7. 61, longinqua si quis prospicit. μαπέτι

πάπταινε πόρσιον, ne specta ulterius, Ol. 1. 183. παπτήνας, conspiciens, Py. 4. 168.

Παρὰ, præpositio, tres regens casus. cum *genitivo* notat *motum a loco*; et propriè quidem genitivus vivi alicujus ponitur cum παρὰ, non vivi verò cum ἀπό. sed poëtæ suaviter nonnunquam παρὰ cum non animato jungunt, quasi esset animatum. Cum *dativo* notat *juxta, apud, ad.* Cum *accusativo* notat, *ad, apud,* ad quæstionem *quò? ad quem locum?* παρὰ πατρὸς, Ol. 1. 112, a patre. σταθμῶν, Ol. 5. 21, ab, ex ædibus, i. e. ἀπὸ Πίσης. σέθεν, a te, Py. 1. 171. et 148, Σαλαμῖνος, inde a Salamine præbitum beneficium. δαιμόνων, a diis, Py. 3. 106. et 108, ποδὸς, a pede, i. e. ante pedes. sic et Py. 10. 97, i.e. præsentes res. παρὰ Χαρικλοῖς, Dor. pro Χαρικλοῦς, Py. 4. 182, nam ἡ Χαρικλὼ, filia Apollinis, uxor erat Chironis: ab eâ. παρὰ Ἀλφεῷ, Ol. 1. 32, apud. ποσὶ, Ol. 1. 118, i. e. σχεδὸν, in propinquo. τιμίοις, Ol. 2. 117, apud honoratos. ἀνδράσιν, Ol. 6. 15, i. e. in terris. Δεινομένει, apud eum, Py. 1. 112. τυραννίδι, Py. 2. 159, i. e. ἐν βασιλείᾳ. κοινᾶνι νόῳ, apud consiliariam mentem, in mente, Py. 3. 50. παρὰ Κρόνιον, ad locum eum, Ol. 1. 178. δίκην, præter fas et morem, i. e. injustè, Ol. 2. 30. et 116, δίαιταν, propter victum. et 127, τύρσιν, ad urbem. τὸν χρόνον, præter tempus, ante tempus, Ol. 4. 41. πόρον, ad alveum fluminis, Ol. 6. 46. μὴ παρὰ καιρὸν, non intempestivè, Ol. 8. 32. sic, παρὰ καιρὸν, intempestivè, ineptè, Ol. 9. 58. et 4, ὄχθον, ad collem; ubi tamen alii legunt ὄχθῳ. et 28, ῥέεθρον, juxta fluvium. βωμὸν, Ol. 10. 121, ad aram. γνώμην, Ol. 12. 14, præter opinionem, non ex sententiâ. ὅρκον καὶ ἐλπίδα, Ol. 13. 116, contra jusjurandum et spem, i.e. quod quis juret fieri non posse; τὰ νομιζόμενα ἀδύνατα, περὶ ὧν ἄν τις καὶ τὴν ἐλπίδα δι' ὅρκων ἀπαγορεύσοι. σκοπὸν, Ol. 13. 134, præter scopum. Ἀπόλλωνα, Ol. 14. 16, juxta eum. ὕδωρ, Py. 1. 131, ad aquam. et 152, ἀκτὴν, ad ripam. πρόθυρον ἐμὸν, Py. 3. 138, juxta vestibulum meum. et 145, ἓν παρὰ ἐσλὸν πήματα σὺν δύο, ad et juxta unum bonum duo simul damna. στόμα, juxta, ad os, Py. 4. 77. πὰρ μονίμαν εὐδαιμονίαν, Py. 7. 21, ubi legi debet παρμονίμαν pro παραμονίμην, permanentem et stabilem: nam assiduè felix fortuna est instabilis. παρὰ αἶσαν, præter fas, Py. 8. 16. et 85, ὀμφαλὸν, ad umbilicum terræ, i. e. Delphos. et 122, ματέρα, apud matrem. σοφὸν, Py. 9. 88, ad sapientem. καιρὸν, præter et contra opportunitatem, Py. 10. 5. Μελίαν, ad eum, Py. 11. 6. et 33, ἀκτὴν, ad ripam. et 95, παρ' ἦμαρ, ad diem, in diem unum. Κένταυρον, ad, Ne. 3. 83. μέλος, ad carmen, Ne. 7. 101. δίκην, Ist. 7. 67, præter jus. ellipticè positum, παρὰ Διὸς, sc. βωμῷ, Ne. 10. 89. avulsum, Ist. 8. 21, pro παρέτρεψε, avertit.

Παραβάλλω, *juxtà pono, appono.* Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει αὐτὸς, Py. 9. 152, non applicat os Herculi, i. e. μὴ ἐγκωμιάζει αὐτόν.

Παραγορέω, fut. ήσω. *alloquor, adhortor,* παραινέω. παρηγορεῖτο, Ol. 9. 117, παρῄνει.

Παράγω, fut. άξω. *præter rectam viam duco.* ἐννύχιοι κοῖται παρῆγον αὐτὴν, concubitus a recto deduxerunt eam, Py. 11. 39, in pejus duxerunt. ubi tamen alii legunt ἀπᾶγον, i. e. ἀπῆγον. σοφία δὲ κλέπτει παράγοισα μύθοις, Ne. 7. 34.

ubi sermo est de Homero: solertia ejus decipit et fallit, seducens fabulis, i. e. tam artificiosè fingit, ut imperiti sapientiam ejus non capiant, sed literaliter vera ea esse putent. alibi παράγειν et intransitivè notare potest, *præterducere se*, i. e. *præterire*.

Παραδίδωμι, *trado*. παραδίδωμί σοι αἵρεσιν τῶνδε, Ne. 10. 155, optionem do tibi. παρέδωκε κῦδος, Py. 2. 96, potest et solet dare, ἀπένειμε. παρέδωκε τοῖς, Ne. 4. 91, tradidit illis. παραδόντος πότμου πλοῦτον, Py. 5. 4, fortunâ tradente divitias.

Παραιθύσσω, fut. ύξω. *emico inter alia et præ aliis*. it. *juxta commoveo vehementer*. εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσσει, Py. 1. 169, si quid, quamvis leve, emicuerit ex te. θόρυβον παραίθυξε (sine augmento) μέγαν, Ol. 10. 89, tumultum oriri fecit, concitavit, incendit, magnum.

Παραινέω, fut. έσω et ήσω. *hortor, adhortor, consulo alii*: nam regere solet dativum personæ. Ἡσιόδου μάλα τιμᾷ τοῦτο ἔπος, υἱοῖς τε φράζων παραινεῖ, Ist. 6. 100, Hesiodi illud dictum valdè æstimat, et interpretans filiis id suadet.

Παραιτέω, fut. ήσω. *peto ab aliquo*. παραιτεῖται χάριν, gratiam a te petit, Ne. 10. 56, i. e. αἰτεῖται παρά σου.

Παράκειμαι, *adjaceo, appositus vel propositus sum*. παρκείμενον συλλαβὼν τέρας, Ol. 13. 108, prope se positum arripiens prodigium, i. e. ex insperato inventam rem. φρονεῖν τὸ παρκείμενον, Ne. 3. 131, præsentium rerum et occasionum rationem habere: et hanc dicit quartam virtutem vitæ humanæ; tres alias enumeraverat paulò ante, 125, sqq.

Παρακοινάω, fut. ήσω. *communico*. συγγενέσιν παρεκοινᾶτο, Py. 4. 266, sc. τὸν λόγον, cum cognatis communicabat rem, et deliberabat.

Παραλέγομαι, fut. έξομαι. *accubo*.

Παραλύω, *resolvo, exsolvo*. παραλύει δυσφρόνων, liberat et exsolvit a tristibus curis, Ol. 2. 95, ἀπολύει, ἐλευθεροῖ.

Παραμείβω, et παραμείβομαι, fut. ψομαι. *prætereo*. τίνα πρὸς ἀλλοδαπὰν ἄκραν πλόον παραμείβῃ θυμέ, Ne. 3. 47, ad quodnam alienum promontorium, præteritis aliis, et maximè præterito eo ad quod volo, deflectis et dirigis cursum, O anime mi. θαλασσαῖον παραμείβεται δελφῖνα, Py. 2. 93, prævertit et antevertit marinum delphinem, celerrimum aliàs, celeritate.

Παραμένω, *juxta maneo, duro, perduro*. παρέμεινε μάχαις, fortiter interfuit præliis, fortiter stetit, nec terga vertit aut recepit se in præliis, Py. 1. 93. et 173, ἐν ὀργῇ παρμένων, pro παραμένων, in proposito serio perdurans, nec desistens aut dubitans. παρμένοντας αἰχμᾷ, Py. 8. 58, constanter pugnantes.

Παράμερος, Dor. pro παρήμερος, ου, ὁ, ἡ. *quotidiè præsens, et omnes dies comitans*. τὸ αἰεὶ παράμερον ἐσλὸν, Ol. 1. 160, τὸ παρ' ἡμέραν. notat igitur bonum, quod semper certò comitatur dies nostros singulos et omnes, qualia bona admodum sunt pauca. vel et notat, præsens in hunc diem, huic diei additus; ut homines innuantur præsentibus tantum inhiantes, præteritorum bonorum obliti.

Παραμόνιμος, ου, ὁ, ἡ. *constans, permanens*. οὕτω κεν ἀνδρὶ παραμονίμαν (fœminino genere Doricè) εὐδαιμονίαν θάλλοισαν, sic sanè ho-

mini fore constantem florentemque fortunam, si sc. secum ferat non mera læta, sed et tristia aut minùs secunda quædam, Py. 7. 21, nam nimis ridens felicitas suspecta esse debet.

Παράμονος, *ου, ὁ, ἡ.* idem. παρμονώτερος, Ne. 8. 29, per syncopen.

Παραπειράομαι, fut. ήσομαι. *periculum facio, experior.* παραπειρῶνται Διὸς, Ol. 8. 4, explorant a Jove, πειρῶνται παρὰ Διός.

Παραπλάζω, *præter errare facio, præter pello.* παρέπλαγξαν, solent aberrare facere, Ol. 7. 56, διασφάλλεσθαι ποιοῦσι.

Παραστάτης, *ου, ὁ. qui adstat, juxta stans.*

Παρασφάλλω, *præter excidere facio.* οἰκείων παρέσφαλεν καλῶν, Ne. 11. 41, a propriis aberrare facere solet bonis, coll. 39. ubi synonymica phrasis, ἐξ ἀγαθῶν ἔβαλεν.

Παρασχέω, *præbeo.* καμάτων ἐπίλησιν παράσχοι, Py. 1. 90, laborum oblivionem præbeat. παρασχεῖν ἑαυτὸν ἰατῆρα, Py. 3. 116, sistere se illis medicum.

Παράτροπος, *ου, ὁ, ἡ. illegitimus, abhorrens a more et justo.* παράτροποι εὐναὶ, Py. 2. 65, concubitus illegitimi, ἄθεσμοι, ἀπάμεστοι.

Παράφασις, *εως, ἡ. adhortatio, allocutio.* per syncopen est πάρφασις, et per productionem poëticam παραίφασις. ἐχθρὰ πάρφασις, odiosa illa deceptio verbis, Ne. 8. 54, quam sequentibus versibus depingit variis phrasibus: ut ergo h.l. in sensu malo ponatur. cæterùm ἐχθρὰ pertinet ad subjectum, cujus prædicatum est, quod non sit res nova, sed antiqua jam.

Παράφημι, *suadeo, moneo, hortor, consulo.* sic et τὸ παρειπεῖν ponitur (nam φάναι est εἰπεῖν) et παραυδᾶν, et παραμυθεῖσθαι: recentiores verò amant τὸ, παρηγορεῖσθαι. μὴ παρφάμεν ὅρκον, vitiosa est lectio pro παρβάμεν, Doricè, i. e. παραβῆναι, Ol. 7. 120, nam quidquid dicas ad defendendum τὸ παρφάμεν pro παραφάναι, incongruum est. παρφάμεν τοῦτον λόγον, Py. 9. 77, eloqui hunc sermonem et alloqui; nisi et ibi mendum est. παρφαμένη, adhortata, Ne. 5. 58.

Παρδαλέα, Dor. pro παρδαλέη, ης, ἡ. sc. δορὰ, *pellis pantheræ.* est enim adjectivum, quod integrum est παρδάλειος, α, ον. Homerus non frustra dat Paridi hanc παρδαλέην, Il. γ. 17. nam notatur homo ποικίλος τὸν τρόπον, καὶ οἷον πολύστικτος τὸ ἦθος, κατὰ τὴν πάρδαλιν. nam varii coloris est hoc animal: unde et in Sacris Literis ejus fit mentio sub imagine hominum variis morbis infectorum penitùs. sìc alibi ἡ ἀλωπεκέη notat *hominem versutum et callidum*; ἡ λυκέη, *raptorem sævum.* mas hujus feræ dicitur et ὁ πάρδος, et ὁ πάνθηρ.

Πάρεδρος, *ου, ὁ, ἡ. qui juxta assidet.* Διὸς ὀρνίχων πάρεδρος ἱέρεια, sacerdos Pythia, assidens aquilis Jovis, Py. 4. 7. Εἰλείθυια, πάρεδρος Μοιρᾶν, Lucina, assidens Parcis, Ne. 7. 1.

Πάρειμι, *adsum, prope sum, præstò sum.* πάρεστι pro πάρεισι, Ol. 6. 31.

Παρέλκω, *præter et juxta traho, extraho, moror tempus.* παρέλκει ὁδὸν πραγμάτων, Ol. 7. 84, i. e. παρατρέπει, ἐκκλίνει, τὴν ὀρθὴν μέθοδον τῶν πραγμάτων, ἔξω τῶν λογισμῶν.

Παρέχω, fut. ἕξω. *præbeo.* τὸν αἰνὸν ἀγαθῷ παρέχει, Ist. 8. 152, eum laudandum præstanti poëtæ com-

mendat. ἵπος μοὶ παρέχοντι, Dor. pro παρέχουσι, materiam mihi præbent, Py. 2. 124, sc. materiam canendi. Θεὸς τῶνδε αἶσαν παρέχοι, Deus istorum sortem et portionem præbeat et det, Ol. 6. 175. δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοις παρέχων, Ol. 1. 33, corpus suum in cursibus præbens tale ut non opus sit calcaribus. παρέχουσα εἰρήνην βουσὶν, concilians bubus securitatem, Py. 9. 41, sc. venatrix ista egregia, occidendo feras. παρέχειν φωνὴν ὑπάργυρον, Py. 11. 64, præbere vocem mercenariam. δυνατοὶ παρέχειν ὕμνον πολὺν τοῖς ἀοιδοῖς, Ne. 6. 57, possunt præbere poëtis materiam canendi. ὁ πάροχος est *præbitor, qui hospitium et utenda necessaria præbet.* deinde et in re nuptiali sic dicebatur *honoratior sponsi amicus, qui sponsam deducendam curabat* nam in curru nuptiali sponsa sedebat media, ad dextram sponsus, ad sinistram iste πάροχος; et is quasi παροχούμενος, juxta qui vehitur, ab ὀχέομαι, *vehor*; ut sit quasi παραιβάτης τις. sed communior notio τοῦ παρόχου est a παρέχειν.

Παρθενία, ας, ἡ. *virginitas.* παρθενίας χαλινὸν, Ist. 8. 95, quæ est circumlocutio virginitatis.

Παρθενικὸς, ὴ, όν. *virginalis, virgineus.* ἡ παρθενικὴ, sc. κόρη, sæpè substantivè ponitur, pro ἡ παρθένος.*

Παρθένιος, η, ον. *virginalis.* παρθενίαν ὠδῖνα, Ol. 6. 51, i.e. παρθενικὴν σύλληψιν, conceptionem a virgine factam, quam deinde consequuntur dolores partûs. βλεφάροις, palpebris, Ne. 8. 3. παρθενίοις κεφαλαῖς, Py. 12. 15, nam Attici faciunt genus commune, ὁ ἡ παρθένιος. Sed ἡ Παρθενία Ἥρη, Ol. 6. 150, est, ἡ ἐν τῷ Παρθενίῳ ὄρει culta; et τὸ Παρθένιον erat mons celeber Arcadiæ.

Παρθένος, ου, ἡ. *virgo adulta.* it. in genere, *puella.* παρθένος κυανώπις, i.e. Minerva, Ol. 13. 100. ἰοχέαιρα, i. e. Diana, Py. 2. 16. Minerva, Py. 12. 33. παρθένον σύνευνον, Ol. 1. 143, sc. accepit; virgo conjux facta est. ἀγροτέραν, Py. 9. 10, virginem venatricem, Cyrenen. ἅλικες, æquales, quæ Hymenæum canunt, Py. 3. 31. παρθένοις τεσσεράκοντα καὶ ὀκτὼ, Py. 9. 198, filiabus Danaï. παρθένος est a παρὰ, *ad*, et θέειν, *sugendum præbere*; cujus ubera jam sunt habilia ad lactandum, ut notetur, *puella nubilis.*

Παρίημι, *juxta demitto.* μὴ παρίει, Py 1. 165, est imperativus a παρίέω, quod est et, *prætermitto*; μὴ παρόρα. media forma παρίεμαι notat, *deprecor*, παραιτοῦμαι.

Παρίστημι, *juxta statuo* vel *sto.* παρίστα, Dor. pro παρίστη, Ol. 3. 7, adstitit mihi. παρίσταν pro παρέστησαν, Ol. 10. 64, i. e. παρεγένοντο. παρέστηκε δίκη κώμῳ, Py. 8. 100, adstare solet Justitia hymno.

Παρίσχω, *præbeo.* δαίμων δὲ παρίσχει, nam deus præbet ea, Py. 8. 108.

Πάροιθεν, adv. *ante, antea.* πάροιθε, antea, i. e. ab initio hymni, Ol. 13. 145. τῶν πάροιθε, majorum, Py. 2. 111.

Παροίχομαι, *prætereo.* παροιχομένων ἀνδρῶν, Ne. 6. 50, ubi alii legunt ἀποιχομένων, quod vide. Ist. 8. 24, vide Δεῖμα.

Πάρος, adverbium temporis et loci. *ante, antequam.* πάρος τῶν τίνι, Ist. 7. 1, quonam præteritorum.

Παρπόδιος, ου, ὁ, ἡ. *præsens.* νεφέλην φόνου παρποδίον, nubem cæ-

dis præsentis, i. e. periculum præsentissimum bellicum in pugnis, Ne. 9. 90.

Παρφυκτὸς, οῦ, ὁ, ἡ. *quod præterfugi potest.* τόγε μόρσιμον οὐ παρφυκτὸν, fatale effugi non potest, Py. 12. 53.

Πᾶς, ᾶσα, ᾶν. *omnis, totus, quivis.* ὁ πᾶς χρόνος, omne tempus, Py. 1. 87. πᾶς τὶς, quivis horum, Ist. 1. 69, sc. paulò antè memoratorum. πράγματι, cuivis negotio, Py. 4. 495. παντὶ, sc. ἐν πράγματι, Py. 5. 33, nisi regitur ab ὑπέρ. θυμῷ (σὺν), Py. 9. 170. πάντα, sc. ἔνοικον, Ne. 1. 83. τὸ πᾶν, i. e. τοὺς πολλοὺς, Ol. 2. 153. λείαν, Ol. 10. 52, coll. 51, ὅλον, diff. τελευτὴν (i.e. ἀπόβασιν) Ol. 13. 105. (κατὰ) ὀργὴν, Ist. 1. 58.

Πάσσαλος, ου, ὁ. *paxillus, clavus infixus ad suspendendas ex eo res, vel ad compingendas per eum res.* in specie est *clavus ligneus.* Recentiores tropicè dicunt, πασσάλῳ ἀνακρεμάσαι, i. e. ἀμελῆσαι, negligere; et ἀπὸ πασσάλου λαβεῖν, i. e. ἐπιμεληθῆναι. ὁ πάσσαλος dicitur et ὁ πάσσος, et ὁ κίνδαλος, unde παιδία τις διὰ πασσάλων γινομένη, κινδαλισμὸς ἐλέγετο. πασσάλου ἀπολάμβανε φόρμιγγα, Ol. 1. 27, quæ, ut res sacra, pendebat ex clavo.

Πάσχω, *patior, suffero.* πάσχειν εὖ, benè ferre quamlibet fortunam a deo datam, Py. 3. 186. εὖ πάσχων, bonâ fortunâ utens, Ist. 5. 17. πολλὰ ἔπαθεν, (a πάθω,) Ol. 13. 91, multa dura pertulit. ἦ πάθεν, quam reverà passus est, Ne. 7. 30. ἔπαθον, Ol. 2. 40, filiæ Cadmi. οἷα πάθον Καρχηδόνιοι καὶ Τυρσηνοὶ, sc. ἀπὸ νηῶν, Py. 1. 142, qualia passi sunt, victi isti navalibus præliis. οἷα πολλοὶ, Py. 3. 35, quali modo multi affecti fuerunt. καὶ πάθον δεινὸν παλάμαις Διὸς, et graviter afflicti sunt manibus Jovis, pessimè evenit iis, Ne. 10. 121. εὖ παθεῖν, bonâ fortunâ uti, Py. 1. 191. μαλθακὸν ἔρξαι καὶ παθεῖν, Py. 8. 8, molliter agere et affici, benè facere aliis, et bona recipere ab aliis. ῥέζοντά τι, καὶ παθεῖν ἔοικεν, Ne. 4. 52, qui fecit aliquid, eum decet et pati aliquid. παθὼν ἐοικότα, passus digna se, Py. 2. 53. τὶ παθὼν ἐσλὸν, aliquo bono affectus, aliquid boni nactus, Py. 9. 157, ab iis. παθόντες τι φιλόξενον ἔργον, Ist. 2. 36, tractati amicè, affecti benevolentiâ hospitali.

Πάταγος, ου, ὁ. *pulsus, sonus ex pulsu.* πέτρας ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ, saxa in profundùm maris æquor infert cum sonitu, Py. 1. 46, de Ætnâ ardente et saxa ejaculante.

Πατὴρ, έρος, ὁ. *pater.* syncope πατρὸς est poëtica. πατὴρ, i.e. Ζεὺς, Ol. 1. 91. γενέθλιος ἀκτίνων, Ol. 7. 129, i. e. Sol. ἀοιδᾶν, Ὀρφεὺς, Py. 4. 315, cantuum parens. φυτεύων γάμον, Py. 9. 194, curans filiæ conjugium. πατρὸς παρὰ, Ol. 1. 112, a patre. πατρὸς, Ol. 13. 87, i. e. προγόνου. (κατὰ) τὰ πατρὸς, Py. 2. 88. πατέρος, Py. 3. 119, i. e. Διὸς, sc. υἱὸν κεκλημένον. ἐμοῦ, sc. Αἴσονος, Py. 4. 189. Ἑλληνίου, i.e. Jovis, Ne. 5. 19. πατρὶ μὲν, Jovi, Ol. 3. 34. πατρὶ πατρὸς, avo, Ol. 8. 93. Δαμαίῳ, Ol. 13. 99, i. e. Neptuno. ὡς πατρὶ, Ne. 7. 134, tanquam cum suo patre. πατέρα οὐρανιδᾶν, Py. 4. 344, i. e. Δία. πατέρων, Ol. 2. 13. i. e. προγόνων. et ipse decimâ septimâ generatione natus est ab Agenore.

Πάτρα, Dor. pro πάτρη, ης, ἡ. *patria.* Μιδυλιδᾶν, Py. 8. 53, i. e. φρατρίαν. νιν, Ne. 4. 125, i. e. φρατρίαν ἐκείνην. πάτραθε, Ne. 7. 103, quod familiam

attinet. ut ergo appareat, πάτραν in genere esse, *cognationem generis.*

Πατραδελφεὸς, οῦ, ὁ. *patris frater.*

Πάτριος, α, ον. *paternus.* πατρία ὄσσα, paterna vox, paternum oraculum, Ol. 6. 106.

Πατρὶς, ίδος, ἡ. *patria, civitas vel regio ubi quis natus et primùm educatus est.* est nomen derivativum ab ἡ πάτρα, ut notet τὴν ἐκ πατέρων γῆν. recentiores magis amant dicere ἡ οἰκεία.

Πατρόθεν, *a parentibus.* πατρόθεν ἀνάγκη, i. e. a Jove, Ol. 3. 51.

Πατροπάτωρ, ορος, ὁ. *patris pater, avus paternus,* Py. 9. 144, Amphitryo.

Πατρώϊος, η, ον. et per syncopen, πατρῷος, *paternus, qui cum patre jam fuit, a patre acceptus.* est nomen κτητικὸν, et deberet esse πατρόϊος, nam est a genitivo πατρὸς, sicut a παντὸς est παντοῖος, sed ο extenditur in ω, et iota vel subscribitur, vel adscribitur. πατρωΐων ἀέθλων, Py. 4, 392, a patre propositorum. πατρωΐαν μοῖραν, partem in insulâ patriâ, Ol. 7. 139. πόλιν, i. e. Κυρήνην, Py. 5. 70.

Πάτρως, ωος, ὁ. *patruus.* Py. 6. 46, qui erat Thero, Agrigentinorum princeps, frater Xenocratis. Ist. 7. 34, ubi alii legunt μάτρωϊ, minùs fortassè rectè.

Παῦρος, η, ον. *non multus, paucus, facile finiendus;* nam est a παύω, *desinere facio, finio.* παύρῳ ἔπει, βραχεῖ λόγῳ, Ol. 13. 138. παῦρον ὕπνον, brevem somnum, Py. 9. 43. παύροις δ' εὐμαρὶς πράξασθαι, Py. 3. 205, paucis facile est id consequi. a παῦρος est per traulismon παῦλος, *paucus;* et inde est φαῦλος, η, ον, quod primariò notat *vilis, non ornatus aut circumductus.* hinc Platoni τὸ φαῦλον et ἁπλοῦν sunt synonyma.

Παύω, fut. παύσω. *sedo, quiescere facio.* οὐκ αὐτὸν φόβος ἔπαυσεν ἀλκὴν, ubi deest κατὰ ante ἀλκὴν, Ne. 3. 68, nec eum metus cessare fecit a robore animi sui. Ὀλυμπιόνικος ἔπαυσε λάθαν τοῦ, Ne. 6. 35, quia vicit hic Olympicam, minuit et prohibuit oblivionem illius viri. ἔπαυσέ μοι μέριμναν, sedavit mihi solicitudinem, Ist. 8. 25. et 78, ἀλλὰ τὰ μὲν παύσατε, at ista quidem omittite. et 17, παυσάμενοι κακῶν, liberati a malis. cæterùm παύω et παίω verba sunt maximè cognata: curam enim, ut sedetur aut finiatur aliquid mali, utrumque primariò notat.

Πάχος, εος, τὸ. *spissitudo, crassities.* πάχει μάκει τε, crassitie et longitudine, Py. 4. 436, de dracone.

Πεδὰ, Dor. pro μετά. legunt sic quidam códices, Py. 5. 62. maximè autem in compositionibus hæc forma frequens est, ut Py. 8. 105, πολλοῖς πεδαφρόνων, pro μεταφρόνων, multis stultorum qui post acceptum denique damnum sapiunt, ab ὁ ἡ πεδάφρων, ονος, integrâ sc. præpositione πεδὰ, ut nullum insit α privativum.

Πεδαμείβω, Dor. et Æol. pro μεταμείβω, fut. ψω. *commuto.* ἐσλὸν βαθὺ κτήματος πεδάμειψαν, Ol. 12. 18, ubi genitivus pendet ab ellipsi præpositionis ἀντί. res amissa est in genitivo; res loco illius accepta, in accusativo. sic Romani; *mortem cum vitâ commutare,* i. e. mori.

Πεδαυγάζω, Dor. pro μεταυγάζω, fut. άσω. *ex intervallo conspicio et agnosco.*

Πεδάω, fut. ήσω. *vincio compedibus.* scribitur etiam alibi, πεδέω. πεδᾶ ἵππος ἅρμα, Py. 6. 32, equus (vul-

neratus gravissimè) impediebat currum ne procederet, ἐπεπέδιζε. πέδασον ἔγχος, Ol. 1. 122, i. e. κατάσχε, ἀνενέργητον ποίησον, cohibe hastam. πεδᾶσαι δόλῳ, irretire et capere dolo, Ne. 5. 49, sc. mulier illa voluit castum Hippolytum.

Πεδέρχομαι, Æol. pro μετέρχομαι, Ne. 7. 109.

Πεδιὰς, άδος, ἡ. *planities, campus, ager.* πεδιάδα κατέθηκε εὐθύτομον εἶναι πομπαῖς, Py. 5. 122, planitiem fecit directam et complanatam ad sacras pompas.

Πέδιλον, (olim πέδειλον,) ου, τὸ. *calceus super talos procedens.* πεδίλῳ Δωρίῳ ἐναρμόξαι φωνὴν, Ol. 3. 9, i.e. modo canendi Dorico, et dialecto Doricâ. ἐν τούτῳ πεδίλῳ πόδα ἔχων δαιμόνιον, Ol. 6. 12, in hoc calceamento habens pedem felicem: quod est adagium, i.e. quadrare hæc in eum. πέδιλον, Py. 4. 169, quod paulò ante vocaverat κρηπῖδα; πάντα γὰρ τοῖς ποσὶν περιειλούμενα πέδιλα καλεῖται.

Πεδίον, ου, τὸ. *campus, planities.* notat paulò specialiùs quam τὸ πέδον, a quo derivatur. πεδίον (εἰς), Ol. 9. 108, in regionem. Λιβύας ὀφέλλειν, Libyæ terram excolere, Py. 4. 462. ἦλθες, sc. εἰς, Py. 5. 68. ἀπέραντον εὔχονται, agrum immensum optant sibi, Ne. 8. 63. ἐν πεδίῳ Φλέγρας, in campo Phlegræ, Ne. 1. 100. κελαινεφέων, Py. 4. 93, regionum ubi atræ nubes sunt frequentes, i.e. Libyæ Cyrenaicæ. βίον (ἐκ) πεδίων ἔδοσαν, Ne. 6. 19, victum ex agris.

Πεδόθεν, adv. *a solo.* αὐξομένην πεδόθεν γῆν, Ol. 7. 114, a fundo maris crescentem terram, ἀπὸ τοῦ πυθμένος τῆς θαλάσσης. ἔλα νῦν μοι πεδόθεν, impelle nunc mihi currum a terrâ sursùm, Ist. 5. 48, in sublime.

Πέδον, ου, τὸ. *solum quo insistimus pedibus.* quasi τὸ πόδιον, a πούς. πέδον, aream, Ol. 10. 57. πέδῳ Αἴτνης, Py. 1. 54, ubi inferiorem partem et pedem montis denotat. cum α intensivo hinc est ὁ ἡ ἄπεδος. τετράγωνον ἄπεδον, planum quadrangulum, Herodot. IV. 62. et IX. 101, χῶρος ἄπεδος, regio valdè plana, planities. a τὸ πέδον et κινέω est compositum, mutatis ex usu literis, τὸ κινώπετον, ου, *fera*, sive sit quadrupes, sive et volans. Callim. in Jovem, 25, ἰλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα, feræ faciebant sibi lustra, quasi κινώπεδα.

Πεζοβόας, ου, ὁ. *miles pedes.* παρὰ πεζοβόαις, Ne. 9. 81, apud pedestres milites; in opp. ad equestres et navales.

Πεζομάχης, ου, ὁ, ἡ. *pedes.* Py. 2. 121, in opp. ad equites.

Πεζὸς, ἡ, όν. *qui pedibus ambulat et iter facit;* ambulans πεδοῖ, i. e. περὶ τὸ πέδον, *qui terrestri itinere ambulat*, ut opponatur maximè *naviganti*, deinde et *equiti*. hinc dicti sunt οἱ πεζέτεροι, a πέζα et ἕτερος composito nomine, qui erant τάγμα στρατιωτικὸν, τὴν μὲν μίαν πέζαν ὡπλισμένοι, τὴν δὲ ἑτέραν γυμνοὶ, qui uno tantùm pede armati erant, altero non.

Πείθω, fut. πείσω. *persuadeo; suadendo exoro.* Media forma πείθομαι, *flector oratione, obtempero, fidem habeo, sustineo, recipio in me ferendum quid patienter.* πειθέμεν (πείθειν) Ἥραν, exorare Junonem precibus, Ne. 7. 140. ἔπεισε λιταῖς, Ol. 2. 144, placavit precibus. πείσαις δᾶμον, Ol. 3. 28, exorans populum, sc. ut daret ipsi plantam oleastri. τὸν Ζεὺς, Ne. 5. 67, cùm persuasit Jupiter Neptuno, ut sororem uxoris suæ daret

Peleo uxorem. *πείσαισα τὸν*, Ne. 5. 51, cùm persuasisset ei. *πίθον* (*ἔπιθον*) *ἰατῆρα*, exorarem medicum, Py. 3. 115. et 51, *πιθὼν γνώμην νόῳ*, de sententiâ et scientiâ certum faciens animum. *πεπιθὼν γνώμῃ κυβερνητῆρος*, obsecutus consilio gubernatoris, Ist. 4. 122, i. e. faciens ipse se ut crederet. *πείθονται ἀοιδοὶ σήμασιν*, Py. 1. 5, obtemperant signis citharæ. et 113, *πείθεό μοι*, obtempera mihi. *πείθεσθαι ἤθελον*, Ne. 8. 17, volebant parere ei. *πιθόμενοι σήμασι θεοῦ*, fidentes et credentes signis dei, Py. 4. 355. *πέποιθα*, Ol. 1. 165, i. e. *πεπίστευκα*, *πέπεισμαι*, confido, certò scio.

Πεῖρα, *ας*, ἡ. *exploratio, specimen.* *ἐν πείρᾳ*, Ne. 3. 122, *ἐν τῷ πειρασθῆναι*. *πεῖραν ἔχοντες*, Ne. 4. 123, i. e. *ἀπόπειραν τοῖς ἀγῶσι λαβόντες, γνῶσιν τῆς ἀγωνίας σχόντες*. *πεῖραν*, Ne. 9. 67, i. e. experimentum bellicum, pugnam.

Πεῖρας, *ατος*, τὸ. *extremum alterum, finis.* *πεῖρας θανάτου*, terminus mortis, Ol. 2. 57. *πείρατα πολλῶν συντανύσαις*, Py. 1. 158, multarum rerum summas complexus in brevi: et est similitudo petita a reti magno, quod suis extremitatibus multa cogit. *πείρατα ἀέθλων*, fines certaminum, Py. 4. 391.

Πειράω, fut. *ήσω*. *conor ad aliquam rem pertingere, nitor ad aliquid consequendum et efficiendum.* habet etiam notionem *tentandi, an aliquem ad voluntatem meam transducere queam, periculum facio.* *νυμφείας ἐπείρα εὐνῆς*, conjugalem tentaret torum, Ne. 5. 54, pellicere vellet uxorem alienam. *πειρῶντι δὲ*, sc. *ἀνδρὶ*, Py. 10. 105, exploranti. *πειρᾶτο μάχης*, Ne. 1. 66, periculum faciebat pugnæ. *πειρώμενος γνώμης*, specimen edens animi sui, Py. 4. 150. *πειρώμενον τῆς ἀγώνιας*, Ol. 2. 94, experientem certamen.

Πέλαγος, *εος*, τὸ. *mare, æquor et superficies maris ubi navigatur.* *πελάγει ἐν ποντίῳ*, in æquore marino, Ol. 7. 103. *πελαγεσσι ὠκεανοῦ*, Py. 4. 447, ubi de mari Mediterraneo sermo est.

Πελάζω, fut. *άσω*. *admoveo, appropinquare facio*; it. *accedo propè, appropinquo.* inde est et verbum recentiorum *πλάσσω*, fut. *πλάσω*, *fingo, compono*; quod et *conglutinationem* notat. *βόας ζεύγλῃ πέλασε*, tauros ignivomos jugo admovit solus, Py. 4. 404. *πέλασόν με κράτει*, Ol. 1. 126, admove me victoriæ, fac ut compos fiam victoriæ. *πελάσαις ματρὶ τεᾷ*, Ne. 10. 152, cum matre tuâ congressus lege conjugali. est et verbum *πλάθω*, *appropinquo*, Eur. Alc. 117, per syncopen ex *πελάζω*.

Πέλας, adv. *prope, in propinquo.* *πέλας Ἐμβόλου ναίοντας*, habitantes prope Embolum, Ol. 7. 34. *ἀγλαοῦ σκήπτου πέλας*, prope splendidum sceptrum, Ne. 11. 4. hinc est τὸ *ἄπελος*, *vulnus hiens*, non coïens.

Πελειάδες, *ων*, αἱ. Pleiades. *ὀρειᾶν*, Ne. 2. 17, nam fuerant filiæ Atlantis, et in montibus Mauritaniæ educatæ: post, amatæ ab Orione, in columbas mutatæ, et inter sidera relatæ.

Πέλεκυς, *εος* et *εως*, ὁ. *securis.* *χαλκελάτῳ πελέκει*, Ol. 7. 66, quo Vulcanus caput Jovis aperuit ut Minerva posset nasci; securi ex ferro factâ. *ὀξυτόμῳ πελέκει*, Py. 4. 468, ubi rami quercûs cæduntur. *πέλεκυς* est a *πάλλω*, *vibro*.

Πελίας, et Πηλίας, *ου*, ὁ. filius Neptuni, occisus dolo Medeæ; nam Jasonis patrem, Æsonem,

expulerat regno. De injuriâ Peliæ fusè agitur, Py. 4. 126—ad 446, ubi τὰν Πελίαο φόνον dicit Medeam, quæ cædes, i. e. auctor cædis, Peliæ fuit; quod quidam conjunctim legunt, τὰν πελιαοφόνον, ad formam ὁ ἡ ἀνδροφόνος, *homicida*, ut fiat *Peliæcida*.

Πελλάνα, Dor. pro Πελλήνη, ης, ἡ. urbs Achaiæ munita. celebrabantur ibi ἀγῶνες, τὰ Ἕρμαια, ἢ καὶ Θεοξένια dicti, et præmia erant καλαὶ Πελληνικαὶ χλαῖναι, Ol. 7. 156.

Πέλοψ, οπος, ὁ. Avus Agamemnonis, filius Tantali. Πέλοπος ἀποικία dicitur Peloponnesus, nam missus erat ex Lydiâ ad coloniam eò deducendam. Sex ejus filii ex Hippodamiâ memorantur, Ol. 1. 144. Alluditur ver. 146, ad morem priscum in Peloponneso: nam quotannis omnes ibi ἔφηβοι ad monumentum Pelopis flagris usque ad sanguinem cædebantur, et libabant quasi sanguine suo Pelopi. Et apud Lacedæmonios id diutissimè observatum. Restituit Certamina Olympica post superatum Œnomaum, Ol. 1. 151, sqq. Πέλοπος Κρονίου, Ol. 3. 41, nam avia Pelopis, mater Tantali, fuit ἡ Πλουτὼ, Κρόνου θυγάτηρ. Etiam prope Elidem erat τὸ Κρόνιον ὄρος. Πέλοπος παρὰ σταθμῶν, i. e. ἀπὸ Πίσης, Ol. 5. 21.

Πέλω, et πέλομαι, *sum, fio*. πέλει ἐχθρὰ ὁμογόνοις, intercedit inimicitia et simultas cognatis, Py. 4. 259. ἀγαθαὶ δὲ πέλοντι, Dor. pro πέλουσι, i. e. εἰσὶ, bonæ et egregiæ sunt, Ol. 6. 170. ὀρθωτὴρ πέλοι, restaurator fiat, Py. 1. 109, γένοιτο. ἔπελες ἄφαντος, Ol. 1. 72, non conspicuus eras, non videbaris. πέλονται θαυμασταὶ, Ist. 5. 8, admirandæ existunt. αἰπὸς ἔπλετο, i. e. ἐστὶ, Py. 5. 150. ἔπλετο εἶδος θνητὸν, Py. 9. 192, ubi tamen potiùs legitur πέλετο, admiranda forma ejus erat.

Πελώριος, ου, ὁ, ἡ. *ingens, horrendus, curam solicitam movens*. Jupiter habet epitheton ὁ πέλωρος, et πελωρία ἑορτὴ Jovis inde dicta, de quâ vide Athenæum. πελώριον ἄνδρα, Ol. 7. 28, ingentem, admirabilem. κλέος, Ol. 10. 24, ingens decus. ἔργον, Py. 6. 41, facinus eximium.

Πεμπταῖος, α, ον. *quintanus*. πεμπταῖον γεγεννημένον, Ol. 6. 89, cum is jam ante quinque dies natus esset.

Πεμπτάμερος, Dor. pro πεμπτήμερος, ου, ὁ, ἡ. *quinquedialis*. πεμπταμέροις ἁμίλλαις, Ol. 5. 13, certaminibus per dies quinque, sc. a die undecimo mensis lunaris ad decimum sextum, in quod tempus incidit plenilunium.

Πέμπω, fut. ψω, *deduco aliquem, sequor quem aliquò comes et deductor*. deinde in genere, *mitto, sequi facio, comitari facio*. ἐγὼ τόδε σοὶ πέμπω μέλι μεμιγμένον σὺν γάλακτι, Ne. 3. 134, ubi poësin suam confert lacti (ob naturalem facilitatem), et melli (ob artem dulcem), eamque simul personificat, quasi legatum. ὅταν θεοῦ μοῖρα πέμπῃ ὄλβον, si Dei fatum mittat felicitatem, Ol. 2. 37. ἀνδράσιν πέμπων, Ol. 7. 14, comitem dans, παρέχων. πέμποισα, Dor. pro πέμπουσα, Ol. 6. 52, ablegans. διδύμους υἱοὺς, Py. 4. 316, legavit, συνέστειλε. et 202, ἔπεμπον ἐν σπαργάνοις, exportari fecerunt in fasciis. πέμψαι ἀγγελίαν, Ol. 9. 37, nuntium emittam. κασιγνήτην, Py. 3. 57, Dianam. μέλος (canticum) ὑπὲρ ἁλὸς πέμπεται, trans mare mittitur, Py. 2. 126. πεμπόμενοι, Py. 4. 362,

comitati. ἀνέμων ῥιπαῖσι πεμφθεὶς ὑπὸ Τροίαν, Ne. 3. 102, ventorum flatibus deductus ad Trojam. ἐς αἰθέρα πεμφθεῖσαν, Ol. 7. 123, in lucem emissam insulam, antea submersam: ἀναφανεῖσαν. φάσμα πεμφθὲν Διὸς, missum a Jove ostentum, Ol. 8. 58. πέμπω est quasi a πῆ ἕπω, interserto μ.

Πένθος, εος, τὸ. *mœror, luctus.* est a τὸ πάθος, sicut a τὸ βάθος est τὸ βένθος. πένθος βαρὺ πιτνεῖ κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν, Ol. 2. 41, luctus gravis concidit si bona accedunt potiora. οὐ φατὸν ἔτλην, Ist. 7. 51, pertuli dolorem ineffabilem. πενθέων λύσις, Ne. 10. 144, liberatio ab afflictionibus.

Πενιχρὸς, ὰ, όν. *pauper, qui operâ diurnâ victum quærit.* ἀφνεὸς πενιχρός τε θανάτου παρὰ σῆμα νέονται, Ne. 7. 27, dives pauperque ad monumentum mortis abeunt.

Πενταετηρὶς, ίδος, ἡ. *tempus quinque annorum.*

Πένταθλον, et πεντάεθλον, ου, τὸ. *quinquertium* Latinis dictum. constabat ex quinque certaminibus, quæ hoc versu comprehensa: ἅλμα ποδῶν, δίσκου τε βολὴ, καὶ ἄκοντος ἐρωὴ, καὶ δρόμος, ἠδὲ πάλη· μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτὴ, sc. si quis pari modo in omnibus quinque vinceret, is dicebatur ὁ πένταθλος, *quinquertio.* veteres habebant et πυγμὴν, *pugilatum*; sed loco ejus, ut nimis rudis et periculosi, substituebatur jactus jaculorum.

Πεντάκις, adv. *quinquies.*

Πέντε, *quinque.* Æoles dicunt πέμπε.

Πεντήκοντα, *quinquaginta.*

Πεντηκόντορος, ου, ὁ, ἡ. *quinquaginta remorum navis.* Py. 4. 436, ubi sermo est de serpente, qui magnitudine et crassitudine tantam navem superabat.

Πεπαίρω, fut. αρῶ. est idem quod πόρω. πορίζω, παρασχέω. πεπαρεῖν ἔχεις, habes donare, i. e. potes donare et exhibere, Py. 2. 105. quidam, ob rariorem hujus verbi usum, h. l. legi jubent πεπορεῖν, qui esset a. 2. infin. Ionicus, a πόρω, sed istâ mutatione opus non est.

Πέπλος, ου, ὁ. *quævis vestis ampla et lata*; in specie verò γυναικεῖον ἱμάτιον. ψαύσειε πέπλοις, Py. 9. 213, de virginis veste. πέπλος est a πεπτᾶσθαι, *expandi.*

Πεπρωμένος, vid. infra sub περατόω.

Περαίνω, et πειραίνω, fut. ανῶ. *ad extremitatem alteram e regione sitam perduco et fero.* περαίνει (ἑκάστη τούτων ἀγλαϊῶν) πρὸς ἔσχατον πλόον, Py. 10. 45, pertingit usque ad extremam navigationem, i. e. habet suas metas ubi annexa quasi est, et desinit. locutio est proverbialis. ὃ καὶ δαιμόνεσσι δίκας ἐπείραινε, Ist. 8. 49, qui et diis lites finiebat et ad extremum ducebat: ubi est usus verbi metaphoricus. περαίνω et συμπεραίνω, est et, *per demonstrationem colligo,* συλλογίζομαι, et τὸ συμπέρασμα, est *conclusio in syllogismò,* Aristoph. Plut. 563.

Περαίτερος, α, ον. *ulterior, ad progrediendum in ulteriora aptior.* ὁδοὶ περαίτεραι, Ol. 9. 159, i. e. δι' ὧν τὶς δύναται περαιῶσαι, per quas quis potest magis progredi, πρακτικώτεραι, ἀνυστικώτεραι, εὐοδώτεραι. κεῖνα ἔργα ἐκεῖνος ἂν εἴποι περαίτερον (neutrum adverbialiter), ἄλλων, ille expeditius dixerit et docuerit quam alii, Ol. 8. 82.

Πέραν, propric est accusativus ab ἡ πέρα, per ellipsin, κατὰ τὴν πέραν, vel εἰς τὴν πέραν, et notat ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα εἰς τὴν ἐκεῖθεν ἀντικρὺ γῆν,

ab hisce locis in terram inde e regione sitam. adverbiascit ergo quasi. πηγᾶν Νείλου, ultra, Ist. 6. 33.

Περατὸς, ἡ, όν. *qui transiri potest, ad cujus ulteriores terras perveniri potest.* Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατὸν, regio occidentalis a Gadibus non potest transiri, Ne. 4. 113, ibi nihil est ulterius.

Περατόω, fut. ώσω. *definio, determino, pro termino et fine constituo.* hujus verbi part. perf. pass. apud Homerum et Pindarum per syncopen occurrit. πεπρωμένον βασιλῆα, a fatis destinatum regem, Py. 4. 109. βίον, vitam a fatis definitam, i. e. omnem, Py. 6. 27. πεπρωμένον ἦν, fatale erat, sc. muro illi, Ol. 8. 44. χρόνος ἕρπων τελέσει πεπρωμένην ἐμοὶ ἀρετὴν, tempus serpens et procedens perficiet præstantiam mihi a fato definitam, Ne. 4. 70, plenam eatenus faciet quatenus mihi a fatis concessum est.

Περάω, fut. ήσω. *transeo in terram ulteriorem, transfero in ulteriora me vel aliud.* idem verbum habet in futuro etiam άσω, sed cum hoc discrimine, ut η ponatur in significatu *transeundi*, α verò retineatur in significatu *transferendi et transportandi*, maximè *ad vendendum ibi.* περᾶν πρόσω ὑπὲρ κιόνων Ἡρακλέος, transgredi ulteriùs ultra columnas Herculis, Ne. 3. 37, quod proverbialiter de rebus impossibilibus dicebatur. ἐπέρα πρὸς Φᾶσιν, trajiciebat ad Phasin, Ist. 2. 61. περάσαις (Dor. pro περάσας) πόντον, i. e. διαβὰς, Py. 3. 136. περάσαι (optativus a. 1.) ad finem perducat, Ne. 11. 11.

Πέργαμος, ου, ἡ. ἡ τῆς Ἰλίου ἀκρόπολις, ubi et templum celebre Apollinis; et erat similis Capitolino monti Romæ. Recentiores dixere τὸ Πέργαμον, ἢ τὰ Πέργαμα: imò et per tropum omnes ἀκροπόλεις vocârunt Περγάμους ἢ Πέργαμα. Eurip. Phœn. 1105, 1183, ubi *mœnia* in genere sic vocari videntur.

Πέρθω, fut. πέρσω. fut. 2. πραθῶ. propriè est *incendo et comburo urbem aut villam;* est enim a πρήθω, i.e. καίω, per metathesin et correptionem. deinde ex usu notat, *populor, depopulor, vasto.* et plerumque ex urbibus et agris, si hostes irruebant, prædæ hominum pecudumque abigebantur, tecta cum ætate imbecilliori relinquebantur intacta: sed tamen sæpè et igne sæviebatur; et ab hoc ultimo malo dictum est verbum. πέρσε πόλιν, Py. 1. 105, evertit Trojam. Λαομέδοντα Τελαμὼν ἔπερσεν, Ne. 3. 63, ubi de expilatione sermo, et rex Laomedon positus pro urbe Trojâ: nisi de cæde regis, per translationem verbi, intelligendum potiùs. ἔπερσαν αὐτῷ στρατὸν, Ol. 10. 40, exercitum ei vastârant, i. e. occisis multis viris fortibus minuerant, ἔφθειραν. ἔπραθε τοῦ κεφαλὴν φασγάνῳ, prædatus est caput ejus gladio, Py. 9. 141. πράθον (pro ἔπραθον) δὶς πόλιν, Ist. 5. 46, bis Trojam diripuerunt. θερινῷ πυρὶ περθόμενοι δέμας, æstivo æstu vastantes corpus, Py. 3. 87, vastati quod attinet corpus.

Περὶ, præpositio, regens tres casus. cum *genitivo*, est *de, pro, propter.* cum *dativo* et *ablativo* est *circa, circum, ad.* cum *accusativo* magis localiter notat *circa, circum, ad, prope.* κρίνει ἔργων περὶ πάντων, judicat de operibus omnibus, Ne. 5. 74. περὶ κείνων, de illis, Ist. 5. 59. genitivo suo postpositum, retracto accentu, ἀρετῆς πέρι, Ol. 3. 66. &c. superioritatem notans, πέρι θνητῶν ἔσσεσθαι, supra mortales,

περισσῶς ὑπὲρ πάντας, Ol. 6. 84. apocopationis τοῦ περὶ exempla sunt, ταύτας πέρ' ἀτλήτου πάθας, de hoc intolerando casu, Ol. 6. 65. διδοῖ ψᾶφον πέρ' αὐτᾶς, daret argumentum de se ipsâ, Py. 4. 472. et phrasis ψῆφον δοῦναι περί τινος, est usitata Græcis. etiam in compositione hæc præpositio amittere potest suum iota; γυίοις περάπτων, pro περιάπτων, circumapplicans, Py. 3. 94. πάσαις ἐτέων περόδοις, pro περιόδοις, in omnibus annorum revolutionibus, Ne. 11. 51. περὶ πλήθει καλῶν, de multitudine, Ol. 13. 64. κτεάτεσσι καὶ τιμᾷ, Py. 2. 109, quod attinet divitias et honorem, κατὰ κτέατα καὶ τιμήν. δείματι, præ timore, Py. 5. 77. κορυφαῖς ἀέθλων, Ne. 10. 58, de cacuminibus præmiorum. ᾧ φασγάνῳ, Ist. 4. 60, circa suum gladium; et sermo est de Ajace confodiente se: tunc enim περὶ adhiberi solet, si quis transfigitur hastâ vel ense, ut dicatur is circa ensem circumdatus. περὶ τέρμα, circa metam, Ol. 3. 59. ἣν ψυχὰν, Py. 4. 217, i.e. κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. πέρι, adverbialiter, Ne. 5. 86, valdè, admodùm.

Πὲρ, enclitica, orta ex περὶ, quatenus id notat περισσῶς. est ergo *quamvis, quantumvis, valdè, cunque.* cum hâc particulâ semper jungi debet notio τοῦ πέρι, modo contextui apto. sic, ἀφωνήτῳ περ ἱμὰς ἄχει, Py. 4. 423, ubi utraque particula notat idem, *omninò, tamen*; et 453, *maximè.*

Περίαλλος, ου, ὁ, ἡ. *eximius, supra alios.* ὃν περίαλλα (neutrum plurale adverbialiter) ἐτίμασε Λοξίας, Py. 11. 8, quem eximiè honorat Apollo.

Περιάπτω, fut. άψω. *circum adjungo, applico.* γυίοις περιάπτων φάρμακα, Py. 3. 94, membris applicans medicamina.

Περίγλωσσος, ου, ὁ, ἡ. *valdè disertus,* ἄγαν εὔγλωσσος, δυνατὸς κατὰ τὸ λέγειν, et opponitur τῷ ἀγλώσσῳ.

Περικάδομαι, Dor. pro περικήδομαι, *valdè curo.* περικαδόμενοι μάλα δικαίων ἀνδρῶν, Ne. 10. 101, curam valdè gerentes justorum virorum.

Περίκειμαι, *circa jaceo.* it. *superfluum vel abundans jaceo et adsum.* recentior usus ponit περικεῖσθαι, pro, *indutum esse*; e.c. περίκειται δυναστείαν, magistratu est indutus, βαστάζει καὶ φορεῖ αὐτήν.

Περικλύμενος, ου, ὁ. filius Nelei, frater Nestoris. Narrant de eo recentiores, quod donum habuerit a Neptuno, ut mutare posset se in quodvis. Cùm Hercules Pylum oppugnaret, in prælio quodam mutavit Periclymenus se in apem, et tamen sic quoque confixus est sagittâ Herculis.

Περικτίων, ονος, ὁ, ἡ. *circa habitans, circumsitus,* περίοικος.

Περιναιετάω, *circa habito, prope habito.*

Περίοδος, ου, ἡ. *circuitus, circuitio.* περιόδοις πάσαις ἐτέων, Ne. 11. 51, omnibus annorum circumvolutionibus.

Περιπλανάομαι, *circum erro.* περιπλανᾶταί με δέρμα, Ist. 6. 69, exuvium circumit et circumdat sic me.

Περιπνέω, *circum flo.*

Περισθενὴς, έος, ὁ, ἡ. *valdè potens, valdè robustus.* περισθενεῖ ἐν στόλῳ παγκρατίου, Ne. 3. 26, in prævalido apparatu pancratii, quod certamen ex luctâ et pugilatu erat compositum, atque magnas vires requirebat.

Περισσὸς, ἡ, όν. *abundans, largus.* σταθμῆς περισσῆς, largiore li-

brâ, Py. 2. 168, i. e. benigniore fortunâ. ἰϐαρύνθησαν περισσὰ (neut. plur. adverb.) οἱ Δελφοὶ, Ne. 7. 63, indignati sunt nimium quantum Delphici, Ne. 7. 63.

Περιστέλλω, fut. ελῶ. *cum curâ exorno circa.* θνητὰ περιστέλλων μέλη, mortalia membra quasi vestem habens, Ne. 11. 20, indutus membra mortalia. περιστέλλων ἀοιδὴν, aptè concinnans cantionem, Ist. 1. 46, vel et, ministrans, θεραπεύων.

Περιφεύγω, *effugio, devito.* ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν, arena numerum refugit vel repellit, Ol. 2. 178, i. e. non potest numerari.

Περιώσιος, ου, ὁ, ἡ. est a περιαύω, fut. αύσω, *circumsono, circa clamo.* ut a θαυμάζω est θωϋμάσιος, sic a περιαύω est περιωΰσιος, et extruso υ, περιώσιος. mutatio τοῦ αυ in ωΰ est Ionica. notat ergo τὸν ἐξάκουστον τῇ ἐκφωνήσει, *qui circum auditur,* περιϐόητος. neutrum περιώσιον adverbialiter ponitur metaphoricè, et notat in genere μέγα, *nimis, impensè.* περιώσιον ἄλλων, supra quam alia, Ist. 5. 3, ubi adverbialiter eodem sensu; ut quasi major clamor de eo tollatur.

Πέσσω, et πέττω, fut. πέψω, *coquo, concoquo,* pro πέπτω. et πέσσω est Æolicum, πέττω Atticum. notat etiam per metaphoram, partim θεραπεύειν, partim παρακατέχειν. ἀκίνδυνον αἰῶνα πέσσων, Py. 4. 331, securum ævum coquens, i. e. agens semper et degens. hinc est τὸ πόπανον, *libum.*

Πέταλον, ου, τὸ. *folium.* πέταλα νικέων, litium tabulas, Ist. 8. 92.

Πέταμαι, *volo.* πέταται ὑποπτέροις ἀνορέαις, volat alatis strenuitatibus, Py. 8. 128, de viro alacri. πέταται ὄνομα αὐτῶν, volitat nomen et fama eorum latè, Ne. 6. 81. idem dicitur πετάομαι, fut. πετήσομαι, *volo.* ὅρα ὅπως πετήσει (Atticè pro πετήσῃ) εὐθὺ τοῦ Διὸς λαϐών με, Aristoph. Pax. 76, vide ut voles recta ad Jovem portans me; inquit senex delirus ad cantharum magnum, quasi Pegasum suum.

Πέτρα, ας, ἡ. *petra.* βαθυλείμωνα ὑπὸ πέτραν, Py. 10. 25, nam ad Delphos in rupe sitos erat campus apertissimus ad certamina. et 81, χοιράδος ἄλκαρ πέτρας, remedium contra latentem sub æquore rupem marinam. πετρᾶν συνδρόμων, Py. 4. 371, concurrentium rupium in mari; quæ sunt αἱ πλαγκταί. πέτραις ἐν ἄλλαις, Ist. 6. 107, inter alia saxa, sc. cos est præstans. φλὸξ κυλινδομένη πέτρας, flamma volvens saxa, Py. 1. 44, de Ætnâ.

Πετράεις, Dor. pro πετρήεις, εσσα, εν. *saxosus.*

Πετραῖος, α, ον. *ad rupem pertinens.* Ποσειδᾶν Πετραῖος apud Thessalos τιμᾶται, ob ruptas rupes terræ motu, ad dandum aquis Penei exitum.

Πέτρος, ου, ὁ. *saxum, lapis.* πέτρῳ, i. e. disco lapideo, et est casus sextus, Ol. 10. 86. πέτρῳ ἔλεν, saxo conjecto interfecit, Ne. 4. 46; ubi sermo est de immani gigante in Isthmo. πέτρον ξεστὸν, Ne. 10. 126, politum saxum, i. e. columnam lapideam.

Πεύθομαι, (pro quo per usum obtinuit πυνθάνομαι) fut. πεύσομαι, *audio, certior fio; item sciscitor.* πεύθομαι, audio, Py. 4. 67. πευθέσθαι (ἐν) Ἑλλάδι, Py. 7. 7, audiri in Græciâ, auditu; ubi vides notionem passivam. πεύθομαι est a πείθομαι, *persuadere mihi patior.*

Πέφνω, *occido.* πέφνε τὸν, omisso augmento, Ol. 2. 74.

Πηδάλιον, ου, τὸ. *gubernaculum.* πηδαλίῳ δικαίῳ, Py. 1. 166, i.e. legibus justis.

Πηλιαοφόνος, ου, ὁ, ἡ. sic vocatur ἡ Μήδεια, ἡ τὸν Πηλίαν, regem Thessaliæ, φονεύσασα, Py. 4. 446.

Πῆμα, ατος, τὸ. *malum ingens, exitium, clades.* a πήθω. ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνήσκει παλίγκοτον δαμασθὲν, a gaudiis superatum malum odiosum moritur, Ol. 2. 36. et 68, ἐπάγει καί τι πῆμα παλιντράπελον, adducit et aliquam cladem in contrarium versam, i. e. κακὸν, βλάβην. πῆμα καλὸν, malum formosum, Py. 2. 73, et sic vocat concubinam pulchram. ποραὸν πῆμα, damnum afferens, Py. 4. 529. μετήμειψαν ἐσθλὸν (ἀντὶ) πήματος, Ol. 12. 17, loco mali acceperunt bonum. ἓν παρὰ ἐσλὸν πήματα σὺν δύο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι, cum uno bono unà tribuunt dii mortalibus duo mala, Py. 3. 145.

Πηνειὸς, οῦ, ὁ. Fluvius Thessaliæ nobilis: et præter hunc sunt alii quatuor nobiles in illâ regione, in quibus ὁ Ἀπιδανὸς καὶ Ἐνιπεὺς, qui tandem jungunt aquas suas cum Peneo, et per easdem convalles inter Ossam et Pelion montes effluunt in mare; sic tamen ut Peneus nomen suum retineat usque ad ostia.

Πιαίνω, fut. ανῶ. *pinguefacio.* πιαίνων πλοῦτον, divitias pinguiores faciens, Py. 4. 267, i.e. αὔξων ἐκ τῆς εὐκαρπίας, augens. ἐπίαναν σώμασι καπνὸν, Ne. 9. 55, nidorosum fecerunt fumum corporibus combustis. πιαινόμενον ἔχθεσιν, Py. 2. 101, impinguatum odiis exercendis.

Πιέζω, fut. έσω. *vim admoveo, vi premo.* πιέζει, i.e. λυπεῖ, premit, affligit, Ne. 1. 82, ubi est in sensu metaphorico. Σικελία πιέζει στέρνα αὐτοῦ, injecta est pectori Typhœi, Py. 1. 35. πιέσαις χόλον ἐν θυμῷ, Ol. 6. 61, i.e. κατασχὼν, supprimens, coërcens.

Πίειρα, ας, ἡ. *pinguis, dives.* est fœm. adj. ab inusitato masculino ὁ πίηρ, ερος. πίειραν Σικελίαν, ob ubertatem agrorum, Ne. 1. 21. πιείρα, μεγάλη, dicitur formosa Helena, Theocr. Id. 18. 29, benè habita et succi plena, magnâque staturâ.

Πίθων, ωνος, ὁ. *simius.* καλὸς πίθων παρὰ παισὶν, αἰεὶ καλὸς, Py. 2. 132, pulcher simius apud pueros, semper pulcher: proverbium de iis, qui sine judicio aliquid probant, et deinde ex consuetudine idem perpetuò probant. vel de iis, quibus res turpis tamen ex defectu judicii probatur. [* Fortasse brevia illa enuntiata ne interprete quidem indigerent, si integra exstaret Archilochi fabula De Vulpe et Simio, quam in animo habuisse Pindarum eò magis mihi persuasi, quòd in hoc carmine imprimis agitur de hominibus subdolis, a maledicentiâ et calumniis Pario Poëtæ, et, cui partes suas in hac fabulâ detulit, Vulpeculæ, simillimis. Quid? quòd Archilochum, Vulpem, et Simium disertis verbis commemorat Pindarus. —Nos h. l. (Pyth. 2. 131.) ita explicandum esse putamus. "Qualis a naturâ factus es, talis sis, (vir candidus et sincerus,) nec sine te recto de rationis tramite dimoveri ab adulatoribus istis, tu, qui etiam vir doctus es, et a poëtâ didicisti quàm periculosum sit facilem iis aurem præbere. Certè exemplum simii, in eam opinionem adducti,

* Hancce loci obscurioris illustrationem mecum benignè communicavit Vir multâ eruditionis laude conspicuus, E. H. Barker, e Coll. Trin. Cantab.

ut pulchrum se, vel honesto loco natum animal haberet, sed ludibria debentis vulpeculæ adulatrici pariter ac calumniatrici, a pueris semper celebratur, atque tibi etiam vel e disciplinâ puerili notum est." Vid. Husckii *Dissert. De Fabulis Archilochi,* inter Matthiæ *Misc. Philolog.* editam Altenburgi, a.d. mdccciii.] Nomen est a πείθω, fut. 2. πιθῶ, nam credi facit ferè, quasi sit semihomo; et præterea valdè docilis est, et homini monstranti obsequens. idem dicitur ὁ πίθηξ, ηκος. hinc verbum πιθηκίζω, *adulor,* et ὁ πιθηκισμὸς, οῦ, *adulatio.*

Πικρὸς, ὰ, ὸν. *amarus.* πικροτάτα τελευτὰ, Ist. 7. 68, amarissimus exitus.

Πινυτὸς, ὴ, όν. *prudens, callidus.*

Πίπτω, *cado.* ἔπεσε παρὰ γνώμην, Ol. 12. 14, præter opinionem cadere solent multa. οὐ Χαρίτων ἑκὰς ἔπεσε, Py. 8. 30, non extra sortem Gratiarum cecidit ea insula, i.e. non est expers humanitatis. πίτνει δὲ ἀδόκητον ἐν καὶ δοκέοντα, i.e. ἐνέπεσε, incidere solet in non opinantem et in expectantem, Ne. 7. 45. μὴ πέσωμεν, ne concidamus, ne animum despondeamus, Ist. 8. 14. πετοῖσαι, Dor. pro πεσοῦσαι, Ol. 7. 126. sic, πετόντεσσι pro πεσόντεσσι, i.e. πεσοῦσιν, inter lapsos, Py. 5. 65.

Πίστις, εὼς, ἡ. *fides quæ habetur alteri aut fit.* μαστεύει δὲ καὶ τέρψις ἐν ὄμμασι θέσθαι πίστιν, Ne. 8. 75, quærit enim etiam oblectatio ante oculos ponere rem certam, et ipsam rem delectabilem coram intueri.

Πιστὸς, ὴ, όν. *cui credi et fides haberi potest, certus.* καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν εἶναι πολλάκις, Ol. 1. 51, etiam incredibile fecit solertia sua credibile esse sæpenumero: et sermo est de arte poëticâ. πιστὸν ὅρκιον, fidum pignus, Ol. 11. 6. Ne. 9. 38, fœderis pignus fidele. σύμβολον, signum certum, Ol. 12. 11, τὸ δυνάμενον πιστώσασθαι. θεῶν πιστὸν γένος, Ne. 10. 102, deorum genus est fidele, i.e. πιστοὶ καὶ φιλάνθρωποι κατὰ φύσιν θεοί εἰσι. πιστοὶ μάρτυρες, Py. 1. 172.—12. 48, fidi testes. παῦροι βροτῶν πιστοὶ ἐν πόνῳ, Ne. 10. 147, pauci mortalium fidi sunt in adversâ fortunâ. πιστὰ φρονέων, Ol. 3. 30, i.e. φιλικῶς διανοούμενος.

Πίσυνος, ου, ὁ. *fretus aliquâ re, fidens aliquâ re, fidens aliquo.* notat, τὸν πεποιθότα.

Πιτάνα, ης, ἡ. Urbs Laconica, ad ripas Eurotæ, nomen habens ab heroïnâ ὁμωνύμῳ, quæ dicebatur filia fluvii Eurotæ, et avia fuit Iamidarum, Ol. 6. 46, sqq. Nam Neptuni et Πιτάνης filia erat ἡ Εὐάδνη, quæ ex Apolline peperit τὸν Ἴαμον, μάντιν.

Πιτνάω, πίτνημι, *expando.* in formâ mediâ, sensu activo, Ne. 5. 20, πίτναντο εἰς αἰθέρα χεῖρας, expandebant manus versus cœlum.

Πιτνέω, πίτνημι et πίτνω, *concido, cado.* μέγα πένθος πιτνεῖ, Ol. 2. 42, i.e. καταπίπτει, ἀφανίζεται. πιτνεῖ χαμαὶ, Py. 8. 133, cadit humi. νίκης ἐν ἀγκώνεσσι πιτνῶν, Ne. 5. 76, ubi est compositum, ἐμπιτνέω: victoriæ in ulnas cadens, i.e. a victoriæ Deâ amatus. προσπιτνέω, *accido ad genua alicujus, supplico.*

Πίω, *rigo, bibere facio, bibo.* πίομαι ὕδωρ, bibo aquam, Ol. 6. 147, quod manifestò est præsens medii. i.e. εὐπορίαν λόγων ἀπὸ ταύτης πορίζομαι.

Πλαγὰ, Dor. pro πληγὴ, ῆς, ἡ. *percussio, verber, ictus.* πληγαὶ σι-

δήρου, ictus ferri, Py. 4. 438, ubi de navi magnâ ædificandâ sermo est. πληγᾶν καματωδέων ἄκος, Ne. 3. 28, laboriosarum plagarum remedium. δρόμον, plagarum cursum, Ist. 5. 76, i.e. quomodo ferire debeat adversarium dextrè et celeriter. πληγαῖς σιδήρου, Ol. 10. 45, ictibus ferri, in prælio.

Πλάγιος, α, ον. *transversus, a rectâ viâ deflectens, pravus.* est a πλάζω. πλαγίῳ σὺν κόρῳ, Ne. 1. 97, sumptâ metaphorâ de latronibus, qui non viâ regiâ ambulant, sed τὰς ἐρήμας ἐκτρεπόμενοι βαδίζουσι. πλαγίαις φρένεσσι, Ist. 3. 8, i.e. σκολιόφροσι, παρανόμοις, evagantibus a recto.

Πλάζω, fut. άγξω pro άξω, nam γ euphoniæ causâ est intersertum. *vagari facio, aberrare facio, abduco a viâ rectâ.* πλαγχθέντες, Ne. 7. 55, ubi tamen Schmidius legi jubet πλαχθέντες, frustrà, si quid judicamus: erroribus circumacti.

Πλᾶκτρον, Dor. pro πλῆκτρον, ου, τὸ. notare potest *quodvis percutiendi aut tangendi instrumentum.* unde apud Eurip. Alcest. 127, fulmen dicitur διόβολον πλᾶκτρον πυρὸς κεραυνίου, a Jove vibratum telum ignis fulminei. In re musicâ est eburneum aut argenteum instrumentum, quo muniebatur digitus ad percutiendas et solicitandas chordas citharæ. πλήκτρῳ χρυσέῳ ἑπτάγλωσσον φόρμιγγα διώκων Ἀπόλλων, percurrens septichordam citharam plectro suo aureo, Ne. 5. 44.

Πλανάω, fut. ήσω. *vagari, et a rectâ aut certâ viâ abscedere facio.* πλανάομαι, evagor a viâ certâ et rectâ. μὴ πλανηθέντα καιροῦ, non aberrantem ab opportunitate, Ne. 3. 6.

Πλὰξ, ακος, ἡ. *tabula, æquata planities, æquor*; in genere *omne πλατὺ, quidquid est latum et planum.* hinc est ὁ πλακόεις, sc. ἄρτος, *latus et planus panis, placenta.* ἐς πλάκα βαθεῖαν πόντου, Py. 1. 46, in æquor profundum maris.

Πλάξιππος, Dor. pro πλήξιππος, ου, ὁ, ἡ. idem qui ὁ ἱππότης, et est epitheton viri militaris nobilis. πλαξίππου φωτὸς, Ist. 2. 31, Nicomachi, curru vincentis. πλάξιππον Θήβην, a studio habitatorum sic dictam, Ol. 6. 145.

Πλάσσω, Dor. pro πλήσσω, fut. ξω. *appropinquo cum impetu, percutio, vehementer moveo et tango appropinquando.* nam est a πέλας. πλᾶξε κεραυνὸν πυρφόρον, Ne. 10. 133, contorsit fulmen contra Idam, fratrem Lyncei. ut ergo h.l. de monte Idâ sermo non sit.

Πλέκω, fut. ξω. *plico, necto.* πλέκων ὕμνον, Ol. 6. 147, ubi aptè hoc metaphoricum verbum: nam varia innectit et intorquet poësi suæ. sic, πλέκων ῥήματα, Ne. 4. 153. πλεκέτω στέφανον, Ist. 8. 147.

Πλευρὰ, ᾶς, ἡ. *latus.* in plurali, αἱ πλευραὶ solent notare *costas.* πλευραῖς ἐνήλασε χαλκὸν, Ne. 10. 131, in costas ejus adegit ferrum.

Πλέων et πλείων, ονος, ὁ, ἡ. τὸ πλεῖον. *plus.* est compar. ad πολὺς, ortus ex πλέος, *plenus*, ut notet, *plenius.* possis et dicere, a πολὺς esse regulariter comparativum πολίων, per syncopen πλίων et inserto ε, πλείων, et abjecto iota, πλέων. πλέονα λόγον, majorem et pleniorem famam quàm res ipsa fuit, Ne. 7. 29. et 109, πλέον τὸ τερπνὸν, major delectatio. πλεόνων στεφάνων, Ne. 6. 43, plurium coronarum. sed ὁ πλειὼν est ὁ ἐνιαυτὸς, annus,

Hesiod. ἔργ. 615, dictus sic ὡς τὰς ἡμέρας συμπληρῶν. οἱ πλείονες in specie dicuntur *mortui*; Aristoph. Eccl. 106, γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων, anus quæ surrexit ab inferis.

Πλειστόμβροτος, ου, ὁ, ἡ. *plurimos homines habens, valdè frequens et celeber.* πλειστόμβροτον ἑορτὴν, Ol. 6. 116, παρ' ἣν πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἀθροίζονται.

Πλέω, fut. εύσω. *navigo.* πλευσάντων Μινυᾶν (Dor. pro -ῶν) μετὰ νάκος, Py. 4. 122, navigantibus Argonautis ad vellus petendum.

Πλῆθος, εος, τὸ. *multitudo plena numeri.* πλήθει καλῶν, multitudine præclarorùm facinorum, Ol. 13. 64.

Πλήθω, fut. ήσω. *plenum et multum facio, compleo*; it. *plenus et multus sum.* ἐν ἀγορᾷ πλήθοντος ὄχλου, Py. 4. 151, copiosæ existentis turbæ in foro, i. e. ante meridiem, circa id tempus, quando in foro populus est frequens. et hæc circumlocutio notat antemeridianum tempus, quia tunc alia horarum æqualium divisio nondum erat reperta. a πλήθω est ἡ πληθώρη, *repletio.*

Πλόκαμος, ου, ὁ. *crinis contortus arte, cirrus.* πλόκαμοι κομᾶν ἀγλαοὶ οὐ κερθέντες, Py. 4. 145, non abscissi pilorum cincinni splendidi; ubi sermo est de villosâ pelle pardi, circumdatâ Jasoni.

Πλόκος, ου, ὁ. *plicamentum, res plexa, et concinnata plectendo.* πλόκοι σελίνων ἔρεψαν μιν, plicamenta, i. e. coronæ nexæ, apiorum, texerunt ei caput, Ol. 13. 45. *coronam* plerùmque notat ὁ πλόκος.

Πλόος, ου, ὁ. contr. ὁ πλοῦς, genit. τοῦ πλοῦ et πλοός. *navigatio, cursus navis.* πλόος ἡμιθέων, Py. 4. 375, Argonautarum. πλόε ἔξω, Py. 11. 61, ἔβαλε μέ τις ἄνεμος, extra cursum institutum pepulit me ventus aliquis: quæ est proverbialis locutio. εὐθὺν πλόον δίδου, largire cursum rectum, Ol. 6. 177, i. e. ζωὴν ἄπονον. ἐόντα, i. e. ἐνεστῶτα, Py. 4. 302. περαίνει πρὸς ἔσχατον πλόον, Py. 10. 45, perducit ad extremam navigationem, i.e. habet suos terminos, quos ultra non progreditur. πρὸς ἀλλοδαπὰν ἄκραν πλόον παραμείβῃ, ad alienum promontorium cursum deflectis, Ne. 3. 47, quod etiam est proverbialiter. καλέων αὐτὸν ἐς πλόον, vocans eum ad navigationis societatem, Ist. 6. 52, sc. Telamonem.

Πλουτέω, fut. ήσω, *sum dives.* sed πλουτίζω, fut. ίσω, *divitem facio alium.* τὸ πλουτεῖν σὺν τύχῃ πότμου σοφίας, ἄριστον, Py. 2. 101—103, ditem esse cum contingentiâ partis sapientiæ, optimum est. Pindarus est admirator divitiarum; nec injuriâ, coll. Ecclesiast. 7. 11, 12.

Πλοῦτος, ου, ὁ. *divitiæ plenæ, opes.* a πλέος, *plenus.* Antiqui orbis divitiæ immensæ fuerunt, apud Assyrios, Persas, Phœnices, Cyprios, &c. cæterùm antiquissimi et omnium primi πλούτου descriptio est apud Homer. Il. ξ. 122—124. consistebat nimirum in benè cultis agris, in hortis vitium et arborum plenis, in re pecuariâ. πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος, Ol. 2. 96, i. e. οὐ μόνος ὤν, ἀλλὰ καὶ ἀρεταῖς κεκοσμημένος, is tandem verum sui fructum præbet. divitiæ alienis relinquendæ sunt morienti domino odiosæ, Ol. 10. 106—108. εὐρυσθενής, sc. ἐστι, valdè potens est, Py. 5. 1. πλούτου μεγάνορος, Ol. 1. 4, viros augentis et magnos facientis. nam haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi. πλούτου ταμίαι, Ol.

13. 10, sunt justitia et pax: hæ tribuunt divitias civibus. στεφάνωμα, Py. 1. 96, coronam divitiarum; et sic vocat τὴν τιμὴν, nam sine dignitate sordent divitiæ. κρέσσονα τέρψιν, Py. 8. 131, præstantiorem divitiis oblectationem, et sic vocat dexteritatem in actionibus bonis. σθένει, potentiâ divitiarum, Ist. 3. 3. et 27, ἐνίστιχον, in divitiis ambulaverunt et versati sunt. πλούτῳ (gen. Dor.) ἔβρισε τὸν, Ne. 8. 31, auxit divitiis eum. ἶσον πλούτῳ ἄνθος, Ne. 11. 52, divitiis parem florem, i.e. qui flores arborum non eandem, ac alio tempore, promittunt ubertatem frugum. πλοῦτον ἄγων αἰὼν, Ol. 2. 19, vita divitias afferens. ἁβρὸν ὀρέξαι, Py. 3. 195, divitias lautas præbeat. πιαίνων, pinguefaciens divitias, Py. 4. 267, i.e. τὸν σὸν οἶκον καὶ πλοῦτον αὔξων ἐκ τῆς εὐκαρπίας. ἀδινὸν ἄγει νόῳ, divitias densas regit prudentiâ, Py. 6. 47. ἀγήνορα ἀνθεῖν, Py. 10. 28, magnanimas facientes divitias florere. κρυφαῖον νέμει, Ist. 1. 97, fovet divitias occultas.

Πνέω, fut. πνεύσω. *spiro.* ἐκ μιᾶς πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι, sc. Dii et homines, spiramus, i.e. vivimus, Ne. 6. 2. ex terrâ nimirum, vel ex Chao. πνέοις, vivas, Ne. 10. 163. πνέων καρδίᾳ θρασείᾳ, Py. 10. 69, spirans corde animoso, i.e. valdè animosus. χαμηλὰ, Py. 11. 46, spirans humilia, i.e. ὁ πένης καὶ εὐτελὴς, homo fortunæ humilis. ἄλλοτε ἄλλα, alia ex aliis spirans, i.e. sentiens, Ne. 3. 72. πνεόντων πῦρ ἵππων, Ol. 7. 130, equorum Solis. πνέοισαν (Dor. pro πνέουσαν) πῦρ, Ol. 13. 128, τὴν Χίμαιραν. πνεύσαις κενεὰ, Ol. 10. 111, inania postquam spiravit, i.e. frustrà laboravit.

Πνοὴ, ῆς, ἡ. et Ion. πνοιή. *flatus, spiritus.* πνοαῖς καλλιρόοις, suavibus flatibus, i.e. tibiis, Ol. 6. 143. ἐν Αἰολῖσιν αὐλῶν, Ne. 3. 137, Æolicis flatibus tibiarum. πνοὰς ἔβαλον, spiritum abjecerunt, i.e. ἀπέθανον, Ol. 8. 51. φρίσσοντα πνοὰς, Ne. 10. 140, de moriente.

Πόα, ας, ἡ. et Ion. ποίη, ης, ἡ. *herba.* στεφάνοις ποίας, coronis herbæ, Py. 4. 427, coronis ex quâvis herbâ obviâ nexis, quibus victores a victis et sociis in loco certaminis donabantur. hinc est, *herbam dare alicui*, i.e. pro victore agnoscere eum. ποίᾳ Παρνασσίᾳ ἐστεφανωμένοι, Py. 8. 28, i.e. δάφνῃ, ubi est in sensu latiore, ut *frondem viridem* notet. ποίαν μελιηδέα κείρειν ἐκ λεχέων, Py. 9. 64, ubi est metaphoricè.

Ποδάρκης, εος, ὁ, ἡ. *sufficienter valens pedibus, velox eximiè.* ποδαρκὴς ἡμέρα, Ol. 13. 54, celeriter fugiens dies, ἡ ὀξύδρομος.

Ποθεινὸς, ἡ, όν. *desiderabilis.*

Πόθεν, interrogativum, *unde?* πόθεν ἐξέφανεν, Ol. 13. 25. unde ortæ sunt?

Ποθέω, fut. ήσω et έσω. *desidero.* ποθέω τοῦτο, desidero hoc, sentio absentiam ejus, Ol. 6. 26. ποθέων, Ol. 13. 91, ubi est *cupiens*, nam proposuerat sibi et cupiebat Pegasum frænare.

Πόθος, ου, ὁ. *desiderium, sensus absentiæ alicujus boni.* πόθον, i.e. ἐπιθυμίαν, Py. 4. 327, ubi in epitheto παμπειθῆ simul etymologia latet. est enim a πέποιθα, præt. m. a πείθω, et notat affectum animi, quo nobis persuademus, rem aliquam, jam non præsentem, esse valdè bonam et optabilem.

Ποὶ, enclitica. *sanè.*

Ποία, ας, ἡ. vid. supra sub πόα.

Ποιάεις, Dor. pro ποιήεις, εσσα, εν. *graminosus*, βοτανώδης.

Ποίας, αντος, ὁ. Pater Philoctetis, qui hinc dicitur Ποιάντιος, et ob metrum Ποιάντιος.

Ποιητὸς, ἡ, όν. *arte factus*. ποιητὸν λόγον, Ne. 5. 53, fictam narrationem.

Ποικιλάνιος, Dor. pro ποικιλήνιος, ου, ὁ, ἡ. *variegatis habenis*. ποικιλανίους πώλους, Py. 2. 14, i.e. ἵππους ἔχοντας ἡνίας πεποικιλμένας.

Ποικιλόνωτος, ου, ὁ, ἡ. *vario tergo præditus*. est epitheton magni ὄφιος, Py. 4. 444.

Ποικίλος, η, ον. *varius, coloribus distinctus vel et maculis*. πλέκων ποικίλον ὕμνον, nectens hymnum artificiosè consertum, Ol. 6. 148. δράκοντα, Py. 8. 65, maculosum draconem, in scuto pictum. ποικίλον κιθαρίζων, Ne. 4. 24, variè citharam pulsans. μηνῶν, Ist. 4. 30, ubi sermo est de mensibus hybernis, qui variâ tempestate esse solent; mensium inconstantium. ποικίλοις ψεύδεσι, Ol. 1. 46, sc. δεδαιδαλμένοι μῦθοι, sermones artificiosè exornati variis et aptis mendaciis. βουλεύμασι, Ne. 5, 52, variis et aptis commentis. ποικίλαν ἴυγγα, Py. 4. 381, aviculam versicolorem. ποικίλος est a πίκω, ejusque perf. med. πέποικα, *carminando distinxi et ordinavi*.

Ποικιλοφόρμιγξ, ιγγος, ὁ, ἡ. *cum vario cantu citharæ*. ὑπὸ (pro μετὰ) ἀοιδῆς, Ol. 4. 4.

Ποικίλλω, fut. ιλῶ. *variâ arte aut vario colore facio*. βαιὰ δ' ἐν μακροῖσι ποικίλλειν, ἀκοὴ σοφοῖς, Py. 9. 134, pauca in magnis rebus artificiosè concinnare, sapientibus auditoribus placet. μίτραν καναχηδὰ πεποικιλμένην, Ne. 8. 26, mitram (Lydiam, Lyricis usitatum κάλυμμα) sonore variegatam et elaboratam.

Ποιμαίνω, fut. ανῶ. *pasco*, in specie, *oves*. cæterùm ποιμαίνουσιν apud Homerum οἱ εὐγενεῖς παῖδες κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν, ex more antiquo: igitur Davidi, adolescenti nobili, qui circa hæc eadem tempora vixit, vitio vertendum non est quod similiter ovibus et capris pascendis aliquamdiu præfuit. ποιμαίνοντι, (Doricè pro ποιμαίνουσι) ἄωτον ζωῆς, pascunt florem vitæ, i.e. vitam reddunt maximè florentem, Ist. 5. 15. ποιμαίνειν, Ol. 11. 9, i.e. οἰκονομεῖν, περιέπειν: ubi apparet audax usus metaphoricus.

Ποιμὴν, ένος, ὁ. *pastor*. in specie, *pastor ovium*.

Ποινὴ, ῆς, ἡ. *satisfactio data ob commissam cædem*; deinde in genere, *satisfactio*. δυσθρόου φωνῆς ποινά, malè sonantis vocis mutatio et liberatio, Py. 4. 112, ἀπόλυσις: nam Battus erat μογιλάλος, et hujus mali liberatio et exsolutio ei portendebatur. vides ergo generaliorem recentiorum notionem τῆς ποινῆς, quâ notat *quamvis commutationem et redemptionem*. κελαδῆσαι ποινὰν τεθρίππων, Py. 1. 113, celebrare voce retributionem laboris in quadrijugo curru victoriæ causâ exantlati, honorem debitum, et sic vocat hymnum, aliquando canendum ob similem victoriam. ἡσυχίαν, καμάτων μεγάλων ποινάν, Ne. 1. 107, tranquillitatem, laborum magnorum et defatigationum præmium ad satisfaciendum datum; retributionem, mercedem. ποινὰς ἔτισαν, Ol. 2. 106, pœnas luent et luere solent, mercedem malè factorum et consultorum.

Ποῖος, α, ον. *qualis*. et est plerùmque vel admirantis, vel indig-

nantis aut reprehendentis vox. ποίας φύτλης, Py. 9. 59, qualis stirpis.

Ποιπνύω, fut. ύσω. *opus strenuè et dextrè facio. ministro intelligenter et cum curâ.* est a πονέω, a quo est πονύω, cum reduplicatione ποπονύω, per syncopen et adjecto iota, ποιπνύω. in specie notat, πονέομαι μετὰ συνέσεως, ut aliquid habeat ex notione verbi πνύω. ποιπνύων ἐμὴν χάριν, Py. 10. 101, labore suo quærens officium meum sibi gratum: ἐπιθυμῶν.

Ποίτινος, οῦ, ὁ, ἡ. est ex ἡ ποινὴ et τίνω vel τίω compositum nomen; *mulctam et pœnam luens*, ποινὴν τίνων. sed apud Pindarum est varians lectio, ubi alii legunt ποίνιμος; ibi in sensu bono est, *remunerans, retribuens.* χάρις ποίτινος ἀντὶ ἔργων φίλων, gratia mutuum retribuens pro factis amicorum, Py. 2. 33.

Πολεμαδόκος, Dor. pro πολεμηδόκος, et id poet. et Ion. pro πολεμοδόκος, ου, ὁ. *pugnam excipiens et sustinens.* πολεμαδόκοις ἐν ὅπλοις, Py. 10. 22. ergo fuit pater ὁπλιτοδρόμος, cursor armatus in stadio.

Πολεμίζω, fut. ίξω; et Att. πτολεμίζω. *pugno, depugno.* πολεμίζων, in opposito ad certamina ludicra, Ist. 1. 71. πολεμιζόμενοι, Ne. 8. 50, militantes, in sensu activo.

Πολέμιος, α, ον. *hostili animo, inimicus, ad bellum pertinens, bellare et pugnare cupiens contra aliquem.* πολέμιος θεῶν, hostis deorum, Py. 1. 30. et 156, πολεμίων ἀνδρῶν, hostium. πολεμίων καμάτων, ex bellicis defatigationibus et laboribus, Py. 2. 37. πολεμίᾳ χειρὶ, Ne. 4. 90, manu pugnante, i.e. ipse pugnans. hinc est verbum πολεμιόω, *inimicum facio*, Thucyd. 1. 36, cui opponitur οἰκειόω, *amicum facio mihi.*

Πολεμιστής, οῦ, ὁ. *pugnator.*

Πόλεμος, ου, ὁ. Atticè πτόλεμος. *pugna, bellum.* ἀκρόθινα πολέμου, Ol. 2. 7, primitiæ spoliorum. πολέμου δόσιν, Ol. 10. 68, i.e. τὰ λάφυρα. μνᾶστηρα, memorem pugnandi, Ne. 1. 24, et ibi est epitheton, χαλκεντέος πολέμου, pugnæ armis ferreis utentis. πολέμοιο νέφος, Ne. 10. 16, ubi sic vocat Amphiaraum, ob fortitudinem et exercitûs sui robur. τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο, asper nimbus prælii, Ist. 4. 26. ἐν πολέμῳ ἀπολιπὼν ψυχὴν, vitam amittens in prælio, Py. 3. 179. ἔα, sine, omitte, Ol. 9. 61. σιδηρίτην, ferream pugnam, Ne. 5. 35. χαλκοχάρμην εἰς, Ist. 6. 39, ferro gaudentem in pugnam. πόλεμοι λαιψηροὶ, Ol. 12. 5, pugnæ rapidæ et acres. οἵαις ἐν πολέμοις μάχαις, Py. 1. 92, qualibus pugnis in bellis. πόλεμος est ab ἡ παλάμη.

Πολιάοχος, Dor. pro πολιήοχος, quod Atticè pro πολιοῦχος, ου, ὁ, ἡ. *civitates tenens et regens et servans.* πολιάοχε Παλλάς, Ol. 5. 22, nam Minerva est sapientia rectrix armata, conservans civitates prudentiâ et fortitudine.

Πολίαρχος, ου, ὁ. *civitatis rector.* ἐμῇ πάτρῃ πολίαρχον, meæ patriæ gubernatorem, Ne. 7. 125.

Πολιάτης, Dor. pro πολιήτης, ου, ὁ. *oppidanus, civis.* πολιατᾶν, Dor. pro πολιητῶν, i.e. πολιτῶν, Ist. 1. 74. fœmininum est ἡ πολῖτις et πολιῆτις.

Πολιὸς, ὰ, όν. *canus.* deinde in genere, *candidus.* propriè ponitur de pilis, quando in alium colorem versi sunt ac in juventute habuerant: nam nomen est a πολέω, *verto.* γαστρὸς, Py. 4. 175, ubi de matre pulchrâ sermo est, nam candidus color est fœmineus max-

imè. χαλκῷ πολιῷ, probè polito ære, Py. 3. 85.

Πόλις, et Att. πτόλις, ιος, et εως, ἡ. *urbs.* a πολεῖν, *versari cum multitudine.* πόλις ἔχει θαλίας, Ol. 7. 173, civitas habet convivia læta. Αἴαντος, Ist. 5. 61, patria Ajacis. πόλιος ὑπὲρ, Ne. 8. 23, nomine urbis. φιλαρμάτου, Ist. 8. 43, curulium certaminum studiosæ civitatis. πόλει εὐρυσθενεῖ, Ol. 12. 3, potentissimâ pro urbe. παρὰ καλλιχόρῳ Χαρίτων, Py. 12. 46, apud urbem ubi Gratiæ choros pulchros ducunt, i.e. apud Orchomenum Μινύειον, urbem amœnissimam. μήτινα πόλιν τεκεῖν, nullam civitatem peperisse virum magis beneficum, Ol. 2. 169. λαοτρόφον, populi altricem urbem, Ol. 5. 8. et 46, δαιδάλλειν, ornare. ἔβρεχε χρυσαῖς νιφάδεσσι, irrigavit civitatem aureis nivibus, Ol. 7. 64. πόλιν, sc. τὴν Αἴγιναν, Ol. 8. 116. νέμει Ἀτρέκεια πόλιν Λοκρῶν, gubernat sinceritas civitatem Locrorum, Ol. 10. 17. et 46, ἵζουσαν εἰς ὀχετὸν ἄτης, in gurgitem calamitatis desidentem; quæ civitas appellabatur nomine proprio τὸ Φύκτιον. κείνην, Py. 1. 118, τὴν Αἴτναν scilicet. πόλιν, civitatem, Py. 2. 160. (εἰς) πατρῴαν, Py. 5. 70. πόλιες καλλίπλουτοι, Ol. 13. 159, αἱ Συρακοῦσαι. κορυφαῖς ἀφνεαῖς, Ne. 1. 22, ut gubernaret Proserpina Siciliam in fastigiis opulentis urbium. πολίεσσι (ἐν) πάσαις, Py. 7. 8.

Πολίτης, ου, ὁ. *urbanus, oppidanus, civis.* ἐν σοφοῖς, Py. 4. 527, inter doctos citharæ aut poëseos cives.

Πολλᾶ, Dor. pro πολλῇ, *in multas partes et regiones.* πολλᾶ ῥέπει, Ol. 8. 31, in multas partes vergit.

Πολλάκις, et πολλάκι, *sæpè, sæpius.* τὸ πολλάκις, sæpenumerò, ut plurimùm, Ol. 1. 52. πολλάκις, sæpè, Py. 2. 28.

Πολλὸς, ἡ, όν. *multus, plenus, magnus.* οὐ πολλὸν ὄπιθεν, Ol. 10. 44, non multum postea. πολλῶν πείρατα, multarum rerum summas, Py. 1. 157. et 171, ταμίας ἐσσὶ, multorum administrator es, i.e. rex multorum. πολλῶν ἐπέβην, sc. ἐγκωμίων, Ne. 1. 27, multa ingressus sum et institui encomia. πολλὰ μὲν—τὰ δὲ, Ne. 9. 101, sqq. sc. δηϊνύσματα, facinora ejus. πολλὰ μαιόμενοι, quærentes, Ol. 1. 73. τὰ πολλὰ pertinet ad ἄρχονται, Ne. 2. 2, ut plurimùm. sic et Py. 2. 98. ἀνθρώποις παρὰ γνώμην ἔπεσε, præter sententiam accidere solent multa, Ol. 12. 14. πολλὰ δὴ πολλοῖς, sæpè sanè multis, Ol. 6. 133. et 7, plerùmque. Ol. 13. 17, sæpius.

Πολύανθεμος, ου, ὁ, ἡ. *multùm florens.* Ol. 13. 23, i.e. πολυειδῆ ἄνθεα προτείνουσαι.

Πολύβοσκος, ου, ὁ, ἡ. *multos alens et pascens, multifariam pascens.* πολύβοσκον ἀνθρώποις γῆν, Ol. 7. 115, ubi sic vocat insulam Rhodum; et addit, καὶ εὔφρονα μήλοις, terram multos homines multifariam alentem, et aptam pecoribus, πολλοὺς καὶ πολυειδῶς τρέφειν δυναμένην.

Πολύβουλος, ου, ὁ, ἡ. *multi consilii.* πολυβούλω, Dor. pro πολυβούλου, κυβερνητῆρος, Ist. 4. 122.

Πολυγαθὴς, Dor. pro πολυγηθὴς, έος, ὁ, ἡ. *multùm exhilarans, multùm gaudii afferens.* Διὸς εὐναὶ πολυγαθέες, Py. 2. 51, Jovis concubitus gaudiorum et delectationis plenissimi.

Πολύγναμπτος, ου, ὁ, ἡ. *variè flexuosus.* πολυγνάμπτων μυχῶν, Ol. 3. 49, ex montosis regionibus.

Πολύγνωτος, ου, ὁ, ἡ. *multùm notus; illustris.* πολυγνώτῳ γένει

ματρώων, Ne. 10. 70, illustri genti maternorum avorum.

Πολυδέκτης, ου, ὁ. Rector insulæ quæ Seriphus vocatur, et ubi educatus est Perseus.

Πολύθυτος, ου, ὁ, ἡ. *ubi multa sacrificia fiunt.*

Πολύκαρπος, ου, ὁ, ἡ. *multis fructibus obsitus, fertilis.*

Πολύκλειτος, ου, ὁ, ἡ. *valdè celeber famâ.* πολύκλειτον γένος Ἰαμιδᾶν, Ol. 6. 120, ἐνδοξότατον.

Πολύκοινος, ου, ὁ, ἡ. *omnibus communis, publicus, ad multos pertinens.* τὴν πολύκοινον ἀνεδέξατο ἀγγελίαν, Py. 2. 77, universalem annuntiationem.

Πολυκτέανος, ου, ὁ, ἡ. *qui multa possidet; dives.* πατρίδα πολυκτέανον, Ol. 10. 44, patriam opulentam.

Πολύμαλος, Dor. pro πολύμηλος, ου, ὁ, ἡ. *multas oves et pecudes alens.* dicitur de regione et de homine. πολυμάλῳ ἐν Σικελίᾳ, Ol. 1. 19, i. e. πολυθρέμμονι, et a parte ad totum, τῇ εὐδαίμονι.

Πολύμυθος, ου, ὁ, ἡ. *qui multa habet verba et narranda.* ponitur in malo et bono sensu. ἀρεταὶ πολύμυθοι, Py. 9. 133, sunt virtutes et qualitates bonæ, de quibus multa dici possunt; in bono sensu.

Πολυνεφέλας, Dor. pro πολυνεφέλης, ου, ὁ, ἡ. *multas nubes habens.* πολυνεφέλα οὐρανῶ, Ne. 3. 17, qui sunt genitivi Dorici.

Πολύξενος, ου, ὁ, ἡ. etiam in fœmin. ἡ πολυξένη. *qui multos habet et excipit hospites.* πολυξένην νᾶσον, insulam hospitibus frequentatam, Ne. 3. 3. βωμῷ, Jovis scilicet, Ol. 1. 150.

Πολυπάμων, Dor. pro πολυπήμων, ονος, ὁ, ἡ. *multùm nocens, multos dolores afferens.* νόσους, Py. 3. 81, morbos.

Πολύπονος, ου, ὁ, ἡ. *laboriosus, miser.* πολυπόνων, Ne. 1. 49, miserorum.

Πολὺς, έος, ὁ, ἡ. τὸ πολύ. *multus.* factum est a πολλός. πολὺς ὄλβος, Py. 3. 190.—5, 18, i. e. μεγάλη εὐδαιμονία. πολεῖς, pro πολέας, i. e. πολλούς, Py. 4. 98. τὸ πολὺ, Ol. 8. 30, i. e. populus magnus.

Πολυΰμνητος, ου, ὁ, ἡ. *multùm celebratus et cantatus.* πολυϋμνήτῳ ἄλσει, Ne. 2. 8, in multùm decantato luco Jovis.

Πολύφαμος, Dor. pro πολύφημος, ου, ὁ, ἡ. *ubi multæ jactantur voces ominosæ; qui multa habet vaticinia; multas laudes narrans.* [At Ist. 8. 128, Dammius legit εὔφημον, lamentationem memorabilem.]

Πολύφατος, ου, ὁ, ἡ. *multùm celeber, et famâ vulgatus.* ὕμνος, Ol. 1. 13, celeberrimus hymnus, ὁ πολύφημος, οὗ πολὺ κλέος. πολύφατον θρόον, Ne. 7. 119, celebrem sonum et concentum hymnorum. ἀγώνων πολυφάτων, Py. 11. 71, certaminum Olympiæ celeberrimorum, utpote ὑπὸ πολλῶν ἀοιδῶν φημιζόμενοι, καὶ πολυθρύλλητοι.

Πολυφθόρος, ου, ὁ, ἡ. *multa destruens, multùm nocens.* πολυφθόρῳ ἐν ὄμβρῳ, Ist. 5. 63, in imbre noxio; ubi bellum et prælium sic vocat, ob multitudinem missilium. πολυφθόροις ἐν ἡμέραις, Ne. 8. 53, ubi illos dies belli Trojani per decennium intelligit.

Πολύφιλος, ου, ὁ, ἡ. *multos amicos habens et faciens.* πολύφιλον ἑπέταν, comitem multos amicos facientem, Py. 5. 5, πολλοὺς φίλους ποιοῦντα: et sic vocat τὸν πλοῦτον, πολύφιλοι γὰρ οἱ πλούσιοι.

Πολύχρυσος, ου, ὁ, ἡ. *multum auri habens.* Py. 4. 94, templo

Delphico. ἐν νάπῃ, Py. 6. 8, luco Apollinis.

Πολυώνυμος, ου, ὁ, ἡ. *multi nominis et famæ.* πολυώνυμον ἄντρον, Py. 1. 32, i.e. πολυθρύλλητον, de quo plurima est fama. πολυώνυμε, Ist. 5. 1, celeberrima.

Πόμα, ατος, τὸ. *potus.* πόμα ἀοίδιμον, potus cantabilis, Ne. 3. 136, i.e. hymnus propinatus, i.e. transmissus.

Πομπὰ, Dor. pro πομπὴ, ῆς, ἡ, *comitatus, deductio,* πομπὰ μήλων, i.e. θυσία, Ol. 7. 145, nam in ejusmodi sacrificio victimæ ornatæ ducebantur in pompâ, antequam mactarentur. πομπαῖς, Py. 5. 122.—Ne. 7. 68. his locis est ἱερὰ καὶ σεμνὴ λέξις. πομπὴν τεύχειν νηί, navem deducere, Py. 4. 292. πομπαὶ Ζεφύρου, Ne. 7. 43, comitatus venti, impellentes navem.

Πομπαῖος, α, ον. *deductorius.* οὖρον, secundum et ferentem ventum, Py. 1. 67. i.e. πόμπιμον.

Πόμπιμος, η, ον. idem. et passivè, *qui deducitur.* πόμπιμον τέλος νόστου, reductorius terminus reditionis domum, Ne. 3. 43.

Πομφολύζω, fut. ξω. *erumpere largiter facio*, vel, *prorumpo largiter, promano.* ἐκ βλεφάρων αὐτοῦ πομφόλυξαν δάκρυα, ex palpebris ejus ebullierunt lachrymæ largè, Py. 4. 215, ἀνεβράσθησαν, quasi aquæ ferventes ad ignem. vides igitur ad idem thema pertinere hoc verbum, ad quod ἀναφλύω, cum quo est ejusdem notionis. Hinc deinde est ἡ πομφόλυξ, υγος, *bulla.*

Πονέω, fut. ήσω. *laboro*; etiam activè, *labore et dolore afficio.* οὐ πονεῖ με, non molestiâ afficit me, οὐκ ἀλγύνει με, Py. 4. 268. Δαναοὶ ἐπόνησαν, molestias et labores pertulerunt, Ne. 7. 53. πονήσαις, (Dor. pro πονήσας) qui molestias pertulit, Ist. 1. 56. huc refertur a multis ἐγκονέω, Ionicè verso π in κ, pro ἐμπονέω, sicut Ionicè ὅκως pro ὅπως.

Πονέομαι, fut. ήσομαι. *laboro; facio; labores sustineo.* εὖ πεπονημένον, Py. 9. 166, gestum et curatum benè. εἴ τι καλὸν πονηθῇ, si quid pulchrum elaboratum et actum fuerit, Ol. 6. 17.

Πόνος, ου, ὁ. *labor, cura, opus strenuè faciendum.* πόνος μάρναται ἀμφὶ ἀρεταῖς, Ol. 5. 34, circa virtutes labor militat. εἰ ἦν πόνος, Ne. 7. 109, si molestus labor antecessit, τὸ τερπνὸν πλέον μετέρχεται, sequitur plus delectationis. εἰ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσοι, Ol. 11. 4, sic si quis cum labore benè agat. ἐν πόνῳ παῦροι πιστοὶ, Ne. 10. 147, in ærumnoso tempore pauci fideles. ἐν, Ist. 4. 79, in certandi labore. πόνον ἐμπεδόμοχθον, Ol. 1. 98, constanter ærumnosum laborem. ἀπροσόρατον ὀχέουσι, Ol. 2. 122, aspectu horrendum laborem ferunt. εἰνάλιον, piscationem, Py. 2. 144. ἐπὶ ἄτρυτον, ad difficilem laborem, Py. 4. 317. et 433, πράξασθαί οἱ, ei efficere et perficere posse. μελισσᾶν τρητὸν, apum foraminosum laborem, Py. 6. 54. μετὰ, Ist. 8. 19, post ærumnam. ῥοαὶ ἄλλοτε ἄλλαι εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ πόνων μετέβησαν ἐς ἄνδρας, Ol. 2. 64, fluxus alii atque alii lætitiarum et ægritudinum transiere ad virilem sexum. οὔτις ἀπόκληρος πόνων, nemo exsors laborum, Py. 5. 71. ἄτερ, Py. 10. 66, sine laboribus ærumnosis et bellis. ἐκ τούτων ἐῤῥύσατο, Py. 12. 32, ex istis liberavit. κεκριμένων ἰατρὸς, dijudicatorum, i.e. ad finem perductorum, medicus et consolator, Ne. 4. 2. ἐκ πόνων τελέθει αἰὼν ἡμέρα, ex laboribus fit vita tranquilla, Ne. 9. 104. εὐφόρων, Ne. 10. 45, faci-

lium ferendo; ubi alii legunt δυσφόρων, sed sine necessitate, extenuat enim poëta labores et molestias. ἀντὶ, pro laboribus, Ist. 5. 31. ἀμφὶ πόνοις, circa certamina, Ne. 8. 72. πόνοις καὶ δαπάναις, sunt ablativi, Ist. 1. 59. τετραορίαν, Ist. 3. 28, quadrigarum laboribus. ἐν Ἐνυαλίῳ, Ist. 6. 79, in laboribus Martis.

Ποντιὰς, ἄδος, ἡ. *marina.* γέφυραν, Ist. 4. 34, Isthmum.

Πόντιος, α, ον. *marinus.* ποντίοις σὺν ἀνδράσι, Ist. 1. 9, i.e. cum insulanis. ποντίας ἕρσας, Ne. 7. 117, roris marini. ποντίαν παῖδα, i.e. insulam, enatam paulatim a mari, Ol. 7. 24. Ἰσθμὸν, Ol. 8. 64. et fœm. est Ionicè.

Πόντος, ου, ὁ. *mare.* propriè notat *mare altum et patens, ubi venti undas agunt versus littora:* ut dictum sit a πνέεσθαι, quasi πνόντος, quî perflatur ventis. ὃν τρέφει πόντος, i.e. nauta, Ist. 1. 68. γέφυρα, Ne. 6. 67, Isthmus. ἐν πύλαις, Ne. 10. 50, i.e. in Isthmo.

Πορεύω, fut. εύσω. *ire facio, alium vel me: ipse.* πόρευ' pro ἐπόρευε, mittebat, Py. 11. 32. πορεύειν νιν ἐς γαῖαν Ἰστρίαν, ablegare et mittere eum, Ol. 3. 45. ἐν ναυσὶ πόρευσαν τὸν, Ne. 7. 42, ire fecerunt, proficisci fecerunt. πόρευσον μὲ, i.e. πέμψον, mitte me, Ol. 1. 125. hinc media forma πορεύομαι est, *ipse mitto me, proficiscor, eo.*

Πορθέω, fut. ήσω. *vasto; depopulor; diripio; exscindo.*

Πορθμὸς, οῦ, ὁ. *fretum, ubi mare transitur facilè in terram aliam, angustus transitus maris.* πορθμὸν ἡμερώσας, Ist. 4. 98, freta tuta cùm fecisset, i.e. maria, Hercules.

Πόρος, ου, ὁ. *transitus, trajectus;* propriè trans fluvium; a περάω, ejusque perf. m. πέπορα. deinde connotat etiam ipsum *alveum fluvii,* qui labia habet distantia, ad quæ transiri potest. notat et in genere, *viam.* Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθεὶς, ad fluentum Alphei depositus, i.e. sepultus, Ol. 1. 148. sic, πόρον Ἀλφεοῦ, i.e. ῥεῦμα, Ol. 2. 25. παρὰ Εὐρώτου πόρον, Ol. 6. 46, ad Eurotam fluvium. πρὸς Ἰόνιον (ob metrum pro Ἰώνιον) πόρον, i.e. ubi mare Ionium est paulò angustius, ad fretum Ionium, inter Elidem et Acarnaniam, Ne. 4. 87. hinc metaphoricè, πόρον βίου ἐλίσσων, Ist. 8. 29, volvens vitæ fluentum.

Πορσαίνω, fut. ανῶ. *transire facio; dono; præbeo.* it. *promoveo, procedere facio, augeo.* πορσαίνειν βρέφος, infantém educandum curare, Ol. 6. 54, αὔξειν. πορσαίνοντας, parantes, præbentes, Ist. 6. 11.

Πορσύνω, idem. αὐτῷ δαῖτα πορσύνοντες, ei epulum præbentes et apparantes, Ist. 4. 105. τῶν δὲ Ὁμήρου καὶ τόδε πόρσυνε, ex sententiis Homeri etiam hanc præsta, et effectam da, Py. 4. 494, ubi dictum Il. ο. 207, Pindarus applicat. et 269, τεὸν οἶκον ταῦτα πορσύνοντα ἄγαν, tuam domum hæc donantia valdè, i.e. excolentia, augentia, munerantia, αὔξοντα. nam πόρω et πορσύνω est et *paro, augeri facio.*

Πόρσω, Æolicè pro πόῤῥω. τὸ πόρσω, quod ulterius est, Ol. 3. 79. πόρσω ἰὼν, sc. ὁ χρόνος, Ol. 10. 67. πόρσιον, adverbium comparativi gradûs, Ol. 1. 183. πόρσιστα, superlativi gradûs, Ne. 9. 70.

Πορφύρεος, α, ον. *purpureus;* it. *nigricans, confusus, inquietus.* πορφυρέοις ἐν σπαργάνοις, Py. 4. 203. et 326, πτεροῖς, alis purpureis, i.e. nigricantibus.

Πόρω, fut. πόρσω. *transire facio a me ad alterum, adire facio, dono, præbeo.* πόρεν τὸν θανάτῳ, i.e.

παρέδωκε, tradidit eum morti, Ol. 2. 147. ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνὸν, Ol. 10. 112, præbuit labori breve quid (i.e. nihil) jucundum. ἔπορεν, dedit, donavit, Ol. 13. 110. ὑμῖν τὸ, Py. 4. 462, i.e. δίδωσι. ἔπορόν σφιν, dederunt illis, Ne. 6. 79. πόρε, da, præbe, Ist. 7. 70. πορὼν πῆμα, damnum dans cuiquam, Py. 4. 529. πορὼν, Ist. 4. 36, largitus.

Ποσειδᾶν, (Dor. pro Ποσειδῶν,) ᾶνος, ὁ. Neptunus. Ποσειδᾶν ἐλέλιχθον, Py. 6. 49—51, et vocativus ibi est, i.e. ὦ Πόσειδον. ἐν τεθμοῖς, Ol. 13. 57, i.e. ἐν Ἰσθμικοῖς ἀγῶσιν. πετραίου, Py. 4. 246, nam apud Thessalos τιμᾶται Ποσειδῶν Πετραῖος, ob ruptas rupes terræ motu, ad dandum aquis Penei exitum. Nomen est a πόσις, *potio*, et δᾶ i.e. γῆ, *terra*.

Πόσις, ιος, ὁ. *maritus*. πόσις Ῥέας, i.e. Saturnus, Ol. 2. 140. Ἀμφιτρίτης, Ol. 6. 179, Neptunus. Ἀφροδίτης, Py. 4. 155, Mars. πόσιν φίλτατον, Py. 9. 175, sc. optabant te sibi.

Ποταίνιος, ου, ὁ, ἡ. *recens dictus*. a ποτὶ, Dor. pro πρὸς, et αἶνος, *narratio*, in specie, *laudatoria*. hinc et in genere ποταίνιος est et, *recens*.

Ποτάμιος, α, ον. *fluvialis*. ποταμίας Ἀρτέμιδος, Dianæ fluvialis, Py. 2. 12, cujus sedes et templum erat in insulâ Ortygiâ, prope Syracusas: et dicta ποταμία, quæ aliàs Ἀλφειώα, quia ad Arethusæ fontem stabat id templum, cujus et Alphei amores sunt noti.

Ποταμὸς, οῦ, ὁ. *fluvius*. ποταμοῦ ἱερὸν οἴκημα, Ol. 2. 16, i.e. urbs ἡ Ἀκράγας, sita ad fluvium cognominem; et deest ἐπί. ποταμοὶ πυρὸς, ex Ætnâ, Py. 1. 42. ποταμὸς est pro ποτασμὸς, a ποτάζω, *bibendum præbeo*.

Ποτανὸς, Dor. pro ποτηνὸς, ἡ, ὸν. *volatilis*, *agilis*, *celer*. ἐν Μοίσαις ποτανὸς, Py. 5. 152, i.e. feliciter et expeditè versatus cum Musis. ἐμᾶ ποτανὸν ἀμφὶ μηχανᾶ, Py. 8. 46, meam volatile circa artem, circumvolans quasi circa meam artem; quæ est Poësis: i.e. circa quod Poësis mea jam occupata est. ποτανᾶ μαχανᾶ, volucri artificio ejus, Ne. 7. 32. αἰετὸς ὠκὺς ἐν ποτανοῖς, celer inter volucres est aquila, Ne. 3. 139, ubi propriè positum, neutrum substantivè.

Ποτὲ, enclit. *aliquando*, *nonnunquam*.

Πότερος, α, ον. *uter*, *utra*, *utrum*. neutrum ponitur interrogativè, *utrum*, *num*, *an*.

Ποτὶ, Dor. pro πρός. præpositio regens tres casus. cum *genitivo* notat, *a*, *a parte aliquâ*; notat et *officium* et *munus*, et quod *ad aliquem pertinere* videatur; deinde est et *per*. cum casu *tertio* vel *sexto* notat *ad*, cum quiete aliquâ in loco. cum *accusativo* notat, *ad*, cum motu ad locum. ποτὶ τῶν ἀστῶν καὶ ξείνων, a civibus et hospitibus, Ol. 7. 165. Τερψιχόρης, a Musâ, Ist. 2. 12. ποτὶ ναΐ, apud navem, Py. 4. 42. γραμμῇ, Py. 9. 208, apud lineam. ἀγγελίαν, ad nuntium, Ol. 4. 9. λόγον ἅπαντα, ad omnem rationem, Py. 2. 123. et 151, πάντας σαίνων, ad omnes blandiens. κέντρον, Py. 2. 173, adversus stimulum. ποτὶ avulsum, Py. 2. 66, ad ἴκοντα. Ne. 7. 100.

Ποτικέκλιμαι, a ποτικλίνω, Dor. pro προσκλίνω, *applico*, *acclino*, *appono*. [Sed Dammius, Py. 1. 55, legit, κατακεκλιμένον τὸ νῶτον, depositum dorsum.]

Ποτινίσσομαι, *accedo*. ποτινισσόμενον, Ol. 6. 168, i.e. παραγινόμενον, ἐρχόμενον.

Ποτιστάζω, Ionicè pro προστάζω, *adstillo, adhærere facio, adfero.* τοῖς αἰδοία ποτιστάζει χάρις μορφὴν, Ol. 6. 128, veneranda Gratia adstillat illis formositatem. πραῢν ποτιστάζων φωνῇ ὄαρον, Py. 4. 244, placidum adstillans voce suâ sermonem; i.e. placidè et jucundè loquens.

Ποτίφορος, Atticè pro πρόσφορος, quod vide.

Πότμος, ου, ὁ. *sors fati, fortuna,* τύχη. in specie autem notat *fatum supremum, mortem.* ὔμμε κλάρωσε πότμος Ζηνὶ, vos duos attribuit fortuna Jovi, Ol. 8. 19. ὁ μέγας, Py. 3. 152, magnum fatum, i.e. Providentia divina, quæ maximè reges respicit. συγγενὴς, congenita fortuna, Ne. 5. 73. πλουτεῖν σὺν τύχῃ πότμου σοφίας, Py. 2. 102, ditem esse cum contingentiâ sortis sapientiæ. παραδόντος, Py. 5. 4, si non est ἀρπακτὸς, sed θεόσδοτος. sed respicit Poëta h.l. maximè fatale imperium Arcesilai, Battiadarum familiæ ab oraculo donatum in quatuordecim generationes; coll. versu 6. ἐφάψαις αἰὼν, Ol. 9. 91, i.e. συντυχίαν θανάτου. ἀναιδέα, Ol. 10. 124, impudentem mortem, quæ neminem veretur. ὁμοῖον, Ne. 10. 107, simile fatum. ἔμιξεν αὐτῷ Ἄρης, Ist. 7. 35, mortem ei Mars intulit. πότμος est a πέποτα, perf. med. verbi πέτω, quatenus id est πίπτω; τὰ γὰρ ἀπὸ τύχης, dicuntur συμπίπτειν, *accidere.*

Πότνιος, πότνια (et per syncopen πότνα), ον. *venerabilis, cui supplicari debet.* πότνια Ἀγλαΐα, Ol. 14. 19, i.e. σεμνὴ, τιμία, σεβασμία. πότνια ὀξυτάτων βελέων, domina acutissimorum jaculorum, Py. 4. 380, i.e. Venus; ubi est substantivè pro δέσποινα.

Ποῦς, ποδὸς, ὁ. *pes.* item *funis ille, quo velum expansum regitur.* et οἱ πόδες sunt *duo funes dependentes ab extremo velo utrimque, quibus velum vento impletum infra alligatur; et, prout ventus declinat ad latus, laxatur paululùm is alter funis.* γνόντα τὸ πὰρ ποδὸς, Py. 3. 108, cognoscentem quod ad pedem ejus est: ubi ὁ ποῦς eodem sensu ponitur, quo Romanus dixit: "*metiri se quemque suo modulo ac pede verum est:*" i.e. ut convenit ei, ut decet eum, ut par est: coll. Py. 2. 63, 64. φροντίδα, τὰν πὰρ ποδὸς, Py. 10. 97, curam quæ convenit ei, et quam ex suâ sententiâ bonam judicat sibi. ἐκ ποδὸς ἐρύσαις, ex pedibus removens, Ne. 7. 98, i.e. ex vitâ et moribus suis procul esse jubens: nisi malis ibi esse tropicam locutionem, respicientem τὰ βίαια, ut sit: traho pedibus violenta omnia, et abjicio; ut violentis rebus tribuantur pedes, quibus abstrahi possint. τὸ δὲ πρὸ ποδὸς, sc. χρῆμα, Ist. 8. 26, res præsens, i.e. præsens pax Græciæ, post pugnam Salaminiam. ποδὶ ὀρθῷ, Ol. 13. 102, exsiliit recto pede. παρὰ ποδὶ Πηλίου, Ne. 4. 88, ad pedem montis. ἀτρεκεῖ, Ne. 3. 73, vero et certo pede, i.e. firmiter et constanter. παρὰ ποδὶ νηὸς, Ne. 6. 94, i.e. παρὰ πηδαλίῳ, ad clavum: nisi mavis carinam ipsam, et latera navis, intelligere. hinc autem sumpsere illi, qui ὑγρὸν πόδα Homeri per *navem*, imo per *clavum*, exponere voluerunt, Odyss. ι. 143; sed Homerus non est adeò captator nubium, ut Pindarus. ἐν τούτῳ πεδίλῳ δαιμόνιον πόδα ἔχων, Ol. 6. 12, i.e. hæc in eum hominem convenire; et est proverbium: *der schuh sey seinen fussen gerecht.* πόδα ἐκτὸς ἔχειν, Py. 4. 514, i.e. participem non esse, μηδὲν ἀπολαύειν δύνασθαι. αἴγλη, Ol. 13. 49, i.e.

νίκη ἐν δρόμῳ· ἕκατι εὐωνύμων, Ne. 8. 81, i.e. victoriarum relatarum cursu. παρὰ ποσὶν, i.e. prope, σχεδὸν, Ol. 1. 118. ποσὶν, i.e. cursu, Ol. 10. 73. ἐμποδὼν ponitur adverbialiter, notatque vel, *ante pedes*, vel, *impedimento*; cui contrarium est ἐκποδών.

Πρᾶγμα, ατος, τὸ. *negotium, res.* τεὸν πρᾶγμα, tuum negotium, quod honoris tui causâ peragendum est, Ist. 1. 2. ἔδειξεν αὐτῷ πᾶσαν τελευτὴν πράγματος, Ol. 13. 105, aperuitque ei omnem seriem rei. πράγματι παντὶ, omni negotio, omni rei mandatæ, Py. 4. 495, nam est dativus. πραγμάτων ὁδὸν, Ol. 7. 84, rerum agendarum viam. deinde πράγματα notant et ὀχλήσεις καὶ μοχθηρίαν, ut patet ex Aristoph. Plut. 649—652. hinc μολυνοπραγμονέομαι, *exhibentur mihi negotia fœda*, Aristoph. Acharn. 381, de reo injustè et acerbè accusato.

Πρᾶγος, εος, τὸ. idem. διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου, sitit (ἐπιθυμεῖ) negotium aliud aliam rem, Ne. 3. 10, i.e. alia ad alias res requiruntur et conveniunt.

Πρᾶξις, ιος, ἡ. *effectus, efficientia; negotiatio* in sensu latiori, quo et *mercaturam* notat, et *negotia legati alicujus.* ὠκεῖα θεῶν πρᾶξις, Py. 9. 119, dii celeriter efficiunt quod volunt. σύμβολον ἀμφὶ πράξιος, (i.e. τύχης) ἐσομένης, Ol. 12. 11, signum de eventu futuro. πρᾶξιν φίλην δίδοι, Ol. 1. 136, eventum gratum da, ἀπόβασιν πράξιος προσφιλῆ: nam τὸ ἀποτελούμενον τῆς ἐνεργείας maximè notatur hoc nomine; nisi quod Attici etiam ipsam ἐνέργειαν vocant πρᾶξιν.

Πραπὶς, ίδος, ἡ. *pectus, mens, ingenium.* est nomen poëticum et Ionicum, idem notans quod ἡ φρὴν, indeque ortum. χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεᾷ, Py. 2. 112, laxo pectore luctatur et inani, i.e. ratione accuratâ destituitur in asserendo suo dicto. numerus *pluralis* frequentior est, αἱ πραπίδες, *præcordia:* et quia intestinum istud magnam habet cum cerebro conjunctionem, utpote ex nervis constans, qui omnes ex cerebro pendent; hinc et pro *ingenio*, et *animo*, et *mente*, ponitur. θεῶν πραπίδες, deorum mentes et consilia, Ist. 8. 66. δικαίαν πραπίδων αὐτοῦ, justitiam cordis ejus, Py. 4. 500. εὐεργέταν πραπίσιν, ubi est casus sextus, beneficum animo et corde, Ol. 2. 171, φίλοις verò est casus tertius, erga amicos. πραπίδεσσι σοφαῖς, Ol. 11. 10, sapienti corde. ἐς πραπίδας ἀγαγὼν, Py. 5. 90, in mentes inducens; ut sponte agant rectè.

Πράσσω, fut. πράξω. Ionicè πρήσσω, fut. ήξω. *lucror, transportando merces.* est enim a περάω. deinde in genere et metaphoricè, *efficio, ad commodum finem perduco.* πράσσει μὲ, exigit a me, Py. 9. 181, quæ est notio recentiorum; ἀναγκάζει, a me ut transeat id aliorsùm postulat. sic, πράσσοντι μὲ, Doricè pro πράσσουσι, exigunt a me, Ol. 3. 12, et utroque loco additum χρέος, debitum. sic et Ol. 10. 36, ὡς Αὐγέαν πράσσοιτο μισθὸν, ut ab Augeâ exigere posset mercedem; ubi est cum duplici accusativo. ἔργῳ πράσσει σθένος, robur confert multum operi, Ne. 1. 39, i.e. συνεργεῖ. πράσσει ἀρετὰς, promovet virtutes, Ist. 6. 15. λεόντεσσιν ἔπρασσε φόνον, leonibus intulit cædem, Ne. 3. 81, occidit leones. εἰ εὖ πράσσοι τὶς, si quis feliciter procedat, Ol. 11. 4. ὕμνον πράσσετε, Ne. 9. 7, benè efficite hymnum, O

Musae, διανύσατε. Διὶ τοῦτο ἐκδώσομεν πράσσειν, Ol. 13. 149, Jovi istud trademus efficiendum. χρόνος τοῦτο πράσσων, tempus hanc rem benè efficiens, Ol. 8. 38. εὖ πρασσόντων, feliciter procedentium in bonis rebus, Ol. 4. 7, i.e. εὐδαιμονούντων. ἀντία (neutrum plurale adverbialiter) πράξει, adversâ fortunâ utetur, Py. 8. 72, οὐκ εὖ. πράξειν ἄκοιτιν, consequi uxorem, quasi lucrum cum labore quæsitum, Ne. 5. 66. ἔπραξε δεσμὸν, lucratus sibi est vinculum, meritus est, Py. 2. 74. sic Py. 10. 19, τοῦτο, consecutus est. et Ist. 5. 10, κλέος, famam et gloriam acquisivit. ἄρμενα πράξας, Ol. 8. 96, qui apta et convenientia legi fecit. εὖ πέπραγεν, beatus est, Py. 2. 134. παύροις πράξασθαι εὐμαρὲς, paucis id assequi pronum est, Py. 3. 205, sc. τὸ πλουτεῖν καὶ ἐπαινεῖσθαι. ἤλπετο δὲ οὐκέτι, οἱ κεῖνόν γε πράξασθαι πόνον, sperabat nullo modo, ei istum quidem feliciter processurum laborem, Py. 4. 433. τῶν πεπραγμένων ἐν δίκῃ, Ol. 2. 29, justè factorum.

Πραΰμητις, ιος, ὁ, ἡ. *leni et miti consilio agens.* Ἐλευθὼ πραΰμητιν, Ol. 6. 71, placidam Lucinam, τὴν πραεῖαν, εὐμενῆ, κεχαρισμένα φρονοῦσαν.

Πραΰς, εῖα, ύ. *mitis, lenis.* it. *leniens, mitigans.* πραῢς ἀστοῖς βασιλεὺς, princeps civibus mitis, Py. 3. 125. πραῢν ὄαρον, Py. 4. 243, placidum et placantem sermonem. πραῢ φάρμακον, mitigans medicamen, Ol. 13. 121, τὸ πραϋντικόν. et sic vocat τὸν χαλινὸν, πραΰνοντα τοὺς ἵππους, domantem et a ferociâ mitigantem equos.

Πρεπόντως, adverb. *decenter, ut convenit,* Ol. 3. 16; pro quo et neutrum, πρέπον, absolutè ponitur.

Πρέπω, *studiosè colo, sector aliquid.* deinde neutraliter, *sum colendus, sum præstans et decorus.* it. in sensu medio, *conspicuus sum, in oculos incurro, ostendo.* Recentiorum usus hoc verbum impersonaliter posuit, πρέπει, *decet, decorum est,* unde τὰ πρέποντα, *decora.* πρέπει, decet, Ol. 2. 83. οὐ πρέπει νῶϊν, non decorum est nobis duobus, Py. 4. 261. πρέπει χρυσὸς, Py. 10. 106, i.e. ἐκπρεπής ἐστι. θνατὰ θνατοῖς πρέπει, Ist. 5. 20, mortales mortalia decent. εἶδος ἔπρεπεν οὐρανίᾳ θυγατρὶ Κρόνου, Py. 2. 70, forma decebat filiam Saturni.

Πρέσβυς, υος, et εως, ὁ. *senex.* est tamen non *ætatis* solùm, sed et *dignitatis* et *honestatis* nomen. πρεσβύτεραι βουλαὶ, Py. 2. 122, tua senioris consilia. πρέσβυς est a προβαίνειν, *procedere.*

Πρίαμαι, *emo transportatum ad me hominem*; est enim a περάω. Apud Homerum, accuratissimum verborum conquisitorem, est in primo et proprio sensu quo *emptionem advecti mancipii* notat. Recentiores id verbum deinde de quâvis aliâ emptione et pretii solutione adhibuerunt. πρίατο τοῦτο θανάτου, redemit id morte, Py. 6. 38.

Πρὶν, adv. *antè, antequam, quondam.* πρὶν, quondam, Ol. 9. 85. cum indicativo, Ol. 13. 92. cum infinitivo, Py. 2. 170.—Py. 3. 15, i. e. τεκεῖν. πρὶν ὥρας, Py. 4. 76, i. e. πρὸ τοῦ δέοντος καιροῦ, et pertinet ad κέχυται, nam debuisset servari usque ad Laconiam. antequam, Ne. 4. 45, sequente indicativo. πρίν τι φάμεν, antequam aliquid dicam, Ne. 8. 33. et 86, γενέσθαι, antequam nasceretur et fieret bellum. πρὶν ἔδεκτο, antea accepit, Ist. 8. 151.

Πρὸ, præpositio, regens genitivum; *ante, pro, præ;* notat locum, et tempus, et defensionem. πρὸ ἔργων, Ol. 10. 27, pro operibus. τειχέων, Ol. 13. 78.—Ist. 4. 35, ante muros. Κύμης, Py. 1. 141, ante Cumam. δόμων, in publico, Py. 2. 35, i.e. προελθοῦσαι τῶν οἴκων. δίκης, Py. 4. 248, præ justitiâ, magis quàm justitiam. δωμάτων, ante urbem, Py. 5. 129. τὸ πρὸ ποδὸς, χρῆμα, Ist. 8. 26, res præsens.

Προβαίνω, *procedo.* it. activè, *promoveo.* τις τρόπος ἄνδρα προβάσει (Dor. pro προβήσει), Ol. 8. 83, quis modus virum promovebit, ὁδηγήσει; τέρμα προβὰς, Ne. 7. 104, terminum supergressus.

Πρόγονος, ου, ὁ, ἡ. *qui ante est natus;* it. *senex.* πρόγονον ὄν, avum suum, Ol. 6. 99. ὑμέτεροι πρόγονοι, Ol. 9. 80, vestri majores. τεῶν, tuorum, Py. 9. 183, ubi et additum παλαιῶν. προγόνων (κατὰ) ἀγυιὰν, Ne. 7. 135, secundum tramitem majorum.

Προείδω, *antè video, prævideo.* προϊδεῖν τὸ ἐσόμενον, futurum prævidere, Ne. 1. 40. προγνῶναι τὸ μέλλον.

Πρόθυρον, ου, τὸ. *prima exterior janua domûs,* vel et *aulæ; vestibulum.*

Προκώμιος, ου, ὁ, ἡ. *præambulum lætum.* Ne. 4. 17. est ergo id, quod laudem plenam præcedit.

Προλέγομαι, *primo loco ponor et ordinor.* προλέγονται, primi recensentur, Ne. 2. 28.

Προλείπω, *relinquo.* προλιπὼν ἄντρον, Py. 9. 51, progressus relicto antro.

Προμάθεια, Dor. pro προμήθεια, ας, ἡ. *præcognitio.* ῥοαὶ, fluxus præcognitionis, Ne. 11. 60. νόμ προμάθειαν φέρει, Ist. 1. 57, i.e. idoneus est, ut antè cognoscere possit futura et eventura.

Προμαθεὺς, Dor. pro Προμηθεὺς, έως, ὁ. Prometheus. Προμαθέος αἰδὼς, Ol. 7. 81, Promethei reverentia et cultus, i.e. ἡ προμήθεια multùm prodest hominibus: contra ἡ ἐπιμήθεια multùm obest. Nam Prometheus est is, qui deliberat ante factum; et ejus filia est ἡ Προμήθεια: frater ejus ὁ Ἐπιμήθευς, non deliberat ante factum, sed ex eventu pœnitentiam plerùmque lucratur; et ejus filiæ sunt ἡ Πρόφασις, h. e. prætextus quo se excuset post factum, et ἡ Μεταμέλεια.

Πρόμαχος, ου, ὁ. est ὁ πρὸ τῶν ἄλλων μαχόμενος, *qui ante alios stat pugnans, antesignanus.* προμάχων ἀν' ὅμιλον, Ist. 7. 49. in primâ acie.

Προνέμω, *attribuo.* Αἰγίνῃ Χαρίτων ἄωτον προνέμειν, Ist. 8. 37, Æginæ Gratiarum florem largiter promere.

Προνοέω, *antè animadverto, prævideo.* τὰ εἰς ἐνιαυτὸν, ἀτέκμαρτον προνοῆσαι, Py. 10. 98, quæ in annum futura sunt, certis signis præviderì non possunt.

Προξενία, ας, ἡ. *amicitia hospitalis.* προξενίᾳ πέποιθα, fretus sum hâc conjunctione hospitali, Ne. 7. 96, quam publico civitatis nomine mecum habent. προξενίᾳ δὲ, Ol. 9. 123, i.e. διὰ τὴν φιλίαν, ob publicum hospitium. nam si nobiles Thebani venirent Opuntem, excipiebantur in hospitium publico sumptu civitatis.

Πρόξενος, ου, ὁ, ἡ. *hospes activus,* qui publicè excipit hospites legatos alterius civitatis. it. *procurator negotiorum hospitis absentis.* Ist. 4. 13, πρόξενοι ἀμφικτιόνων, hospites activi circumhabitantium publici.

Προοίμιον, ου, τὸ. *præambulum in cantione.* προοίμιον κάλλιστον, Py. 7. 2, i. e. ὕμνον ἐγκωμιαστικὸν, synecdochicè. ἀοιδοὶ ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμίου, Ne. 2. 3, cantores incipiunt a Jove in initio cantûs sui. ex quo composito apparet, in specie οἶμον etiam *cantum* notare. est τὸ, πρὸ τῆς ᾠδῆς.

Προπάτωρ, ορος, ὁ. *avus.*

Προπετὴς, έος, ὁ, ἡ. *calidus, temerarius.* κλῆρος προπετὴς, sors temeraria, Ne. 6. 107.

Προπίνω, *prœbibo.* προπίνων, sc. τὸν οἶνον, Ol. 7. 5. deinde et, χαριζόμενος. nam προπίνειν propriè est *bibendum alteri tradere plenum poculum.* unde metaphoricæ locutiones; ego hunc vobis propino deridendum, i. e. *trado, prodo.* id προπίνειν, quod nostris moribus fit, est προεκπίνειν. sed tamen, si Homerum inspicias, id *tradere poculum* tamen sic fiebat, ut tradens ante ex eodem biberit; Od. ξ. 112, 113.

Πρόπολος, ου, ὁ, ἡ. *ante versans, præfectus, administrator, dux.* πάτραν σὰν ἐπινικίοις ἀοιδαῖς πρόπολον εἶναι, familiam tuam victorialibus cantibus præfectam et dispensatricem esse, Ne. 4. 129. νηΐ Ἀργοῖ καὶ προπόλοις, navi Argo et præfectis ejus, i. e. nautis, vectoribus et regentibus eam navem, Ol. 13. 77. notat et *antistitem,* apud Aristophanem, Plut. 670.

Προπρεὼν, ῶνος, ὁ. *promptus, benevolus, paratus.* quasi προπροϊών. σοῦ προπρεῶνα ξένον, tuum promptum hospitem activum, Ne. 7. 126, i. e. πρόθυμον, qui prodit sponte et libens ad excipiendum te.

Πρὸς, præpositio. varias ejus significationes vide sub περί. πρὸς ἀγαθῶν κρεσσόνων πιτνεῖ πένθος, a bonis validioribus deprimitur mœror, Ol. 2. 43. ἀνθρώπων, apud, Py. 4. 509. et 530, ἀστῶν, a civibus. ἀνδρῶν, apud, Ne. 10. 79. φίλης πάτρας, a patriâ, Ist. 7. 39. θεῶν, a diis, Py. 4. 112, pro παρὰ θεῶν. sic μακάρων, a diis, Py. 3. 185. ἀθανάτων, Ist. 4. 101, a diis. πρὸς εὐάνθεμον φυὴν, versus adolescentiam plenam, Ol. 1. 109. ὄρνιθα, Ol. 2. 159, in comparatione ad avem Jovis. ἐσχατιὰν ἱκάνων, Ol. 3. 77, ad summum perveniens. ἔργοι μάρναται, Ol. 5. 35, adversus opus pugnat, cum opere conflictatur. γένος ἀνδρῶν, ad viros, Ol. 6. 40. χάριν, Ol. 8. 10, ad gratiam. κάλαμον, Ol. 10. 99, ad tibiam. πρὸς θεὸν, Py. 2. 161, adversus Deum contendere non oportet. τέμενος Νείλου, Py. 4. 99, i. e. Libyam. et 249, ἐπίβδην, ad tempus posterum. πρὸς ἀρετὴν, quod pietatem attinet, Py. 6. 42. et 45, στάθμαν πατρῷαν, ad regulam paternam. ὕπνον ῥέποντα πρὸς ἀῶ, Py. 9. 44, somnum versus auroram. πρὸς τίνα ἀλλοδαπὰν, Ne. 3. 46, ad quamnam peregrinam. θεὸν ᾤχετο, Ne. 7. 58, profectus est ad oraculum. καιροῦ πρὸς ἔργον, Ne. 8. 7, opportunitatis ad opus: ubi opportunitas temporis velut magna accessio ad opus agendum designatur. αἰθέρα, Ne. 8. 71, usque ad ætherem. πρὸς ἄκμονι, Py. 1. 167, ad incudem. ἐσχατιαῖς ὄλβου, Ist. 6. 18, ad summa felicitatis.

Προσάγω, fut. άξω. *adduco.* ἀστοῖ κόσμον προσάγων, Ist. 6. 101, concilians decus.

Προσανὴς, Dor. pro προσηνὴς, έος, ὁ, ἡ. *mitis, lenis, saluber.* ξενίᾳ, Py. 10. 100, miti hospitio. προσανέα, sc. φάρμακα, Py. 3. 93. προσανὴς est ab ἐνηὴς, quod ab ἐν et ἐΰς. ὁ ὢν ἐντὸς ἀγαθότητος.

Προσάπτω, fut. άψω. *adjungo,*

applico. ὡς θανὼν κλέος ἐσλὸν παισὶ προσάψω, Ne. 8. 62, ut mortuus famam honestam liberis adjungam. Recentiores hinc sumpsere suum προσάπτεσθαι αἰτίασίν τινι, aut tale quid.

Προσαυδάω, fut. ήσω. *alloquor.* προσηύδα με κικλήσκων, Py. 4. 212, allocutus est me nomine compellans.

Προσβάλλω, *adjicio, affligo, confligo.* μαλακὰν χεῖρα προσβάλλων, Py. 4. 482, mollem manum admovens, vulneri curando; ἐπιφέρων. μελέταν προσέβαλον, Ist. 5. 37, studium adhibuerunt.

Προσείδω, *adspicio.*

Προσέλκω, *attraho.* προσέλκει με πνοαῖς, Ol. 6. 142, attrahit me ad flatus.

Προσενέγκω, *infero, affero.* προσενεγκεῖν αὐτῇ χεῖρα, Py. 9. 62, inferre ei virgini manum.

Προσεννέπω, *alloquor.* προσεννέπω κασιγνήτας Μοίρας, Ist. 6. 24, sorores (Parcas) alloquor: ubi est præsens. προσέννεπε, Py. 4. 172, allocutus est eum. προσήνεπεν, (auctâ præpositione,) Py. 9. 49.

Προσέπω, *alloquor.*

Προσέρπω, *adrepo, advenio.* λοιπὸς εὔφρων προσέρποι χρόνος, Ne. 7. 100, insequens tempus lætum accedat. τὸν προσέρποντα χρόνον, i.e. εἰς τὸν ἐσόμενον, Py. 1. 110.

Προσέχω, fut. ἕξω. *adhibeo, adhærere facio.* [at Py. 6. 51, Dammius legit, προσίερχεταί σοι, i.e. προσοικειοῦται, ad te accedit.]

Πρόσθε, et πρόσθεν, adv. *ante, pro.* de loco et tempore, etiam de ordine alio. πρόσθε ποτὲ, olim, Ol. 10. 39. et 60, antea. πρόσθε, πρὶν, ante, quam, Py. 2. 169. πρόσθε, antea, Py. 3. 26. ante hanc victoriam, Py. 8. 93. hinc est compositum, ἔμπροσθεν, *ante*; quod et de tempore præterito dici solet, sicut ὀπίσω de futuro.

Προσήκω, *advenio.* ποτὶ καὶ τὸν ἥκοντα, pro προσήκοντα, etiam hunc accedentem, Py. 2. 66, sc. ad concubitum illegitimum.

Προσμένω, *sustineo, constanter adsum rei.* ὄφρα προσμένοι ἀλαλὴν Λυκίων, ut sustineret clamorem bellicum Lyciorum, Ne. 3. 105, i.e. ut fortiter pugnaret adversus eos.

Προσμίσγω, *admisceo, adjungo.* προσέμιξε δεσπότην κράτει, Ol. 1. 34, adjunxit dominum suum victoriæ; ἥνωσεν αὐτὸν τῇ νίκῃ, νικῆσαι ἐποίησε, fecit ut herus victoriam adipisceretur.

Πρόσοδος, ου, ἡ. *accessus, aditus.* πλατεῖαι πρόσοδοι, lati accessus, Ne. 6. 76, i.e. largus et latus campus, ad laudandam eam.

Προσοίχομαι, *accedo.* προσοιχόμενοι ἐς ναὸν, Py. 6. 4, ad templum Delphicum proficiscentes.

Προσπαλαίω, *luctor contra.* οὐρανῷ προσπαλαίει, Py. 4. 516, ubi est metaphoricè, et est; Atlas luctatur cum onere ferendi cœli: et in contextu est comparatio; φέρει ὅμοιον ἄχθος τῷ Ἄτλαντι, τοσοῦτον ἔχει ὁ Δημόφιλος τὸ τῆς φυγῆς ἄχθος, ὅσον καὶ ὁ Ἄτλας τῷ βάρει πιεζόμενος. προσπαλαίσων, contra luctaturus contra Antæum, Ist. 4. 90.

Προσπτύσσω, *applico.* προσπτύσσομαι, et Ionicè, Atticèque ποτιπτύσσομαι, *applico me, adjungo me alicui.* Recentiores ponunt id verbum ἐπὶ φιλήματος, καὶ σωματικῆς περιπλοκῆς, de *amplexando* et *osculando.* θεῶν δαῖτας προσέπτυκτο πάσας, Ist. 2. 57, convivia sacra, sacrificia, colens omnia.

Προστίθημι, *appono, addo, adjungo.* προστιθεὶς εὐλογίαν, Ol. 5. 56, laudem adjungens. προσέθηκε νᾶσον εὐκλέϊ λόγῳ, Ne. 3. 120, adjunxit insulam celebri sermoni, i. e. celebrem fecit famâ. coll. Ol. 1. 34, κράτει προσέμιξε δεσπόταν, i. e. victoriâ potiri fecit dominum suum.

Προστρέπω, *adverto, admoveo,* me vel aliud; in specie, *accedo supplex.* προστραπὼν τὰν πόλιν πολεμίᾳ χειρὶ, admovens se ad urbem hostili manu, Ne. 4. 90; et simul involvit hoc verbum victoriam, νικήσας διὰ τροπαίου.

Πρόσφατος, ου, ὁ, ἡ. *recens interfectus et cæsus.* Recentioribus πρόσφατος in genere est, νεαρὸς, *recens,* quasi ἐγγὺς φατὸς, i. e. φανεὶς, δειχθεὶς, *recens electus et pronuntiatus in honore aliquo;* aut ἐγγὺς καὶ προσεχῶς φατὸς, i. e. λεχθεὶς, recens dictus: a quo est φατειὸς, *dicendus, memorabilis, effabilis.* πρόσφατον, neutr. adverbialiter, nuper, Py. 4. 533.

Προσφέρω, *affero, offero.* item, *accedo similitudine ad aliquem.* προσφέρομεν ἀθανάτοις (κατὰ) τι, Ne. 6. 7, i. e. προσφερεῖς ἐσμὲν θεοῖς, accedimus similitudine aliquâ ad deos, similes quadantenus iis sumus. προσφέρων τοῦτο, afferens hoc, Ol. 9. 162. τόλμαν, Ne. 10. 56, afferens fiduciam et audaciam.

Προσφθέγγομαι, *appello.* πάγον Κρόνου, Ol. 10. 60, collem Saturni vocavit eum locum.

Πρόσφορος, ου, ὁ, ἡ. *accommodus, aptus, conveniens.* εἴην εὑρησιεπὴς, ἀναγεῖσθαι πρόσφορος, utinam essem inventor verborum, ad narrandum idoneus, Ol. 9. 121, ἐπιτήδειος, ἱκανός. θεσπεσία ἐπέων δὴ, πρόσφορος καύχης ἐστὶ, Ne. 9. 17, divina carminum cantio, conveniens est gloriationi, i. e. animo benè conscio sibi ob res probè gestas. πρόσφορον ἔργῳ κόμπον, Ne. 8. 82, accommodam operi celebrationem. ποτίφορος (Atticè pro πρόσφορος) ἀγαθοῖς μισθὸς, Ne. 7. 93, apta et conveniens bonis est merces hæc. sic, ποτίφορον κόσμον ἔλαβες, Ne. 3. 54, commodum ornamentum, i. e. laudis argumentum.

Πρόσω, adv. *antè, in anteriorem partem,* it. *procul.* et ob metrum scribitur πρόσσω. πρόσω, i. e. εἰς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον, Py. 3. 197, in futurum. Ne. 3. 35, i. e. περαίτερω. apud Herodot. V. 13, ὁ Στρυμὼν οὐ πρόσω τοῦ Ἑλλησπόντου, Strymon non procul est ab Hellesponto.

Πρόσωπον, ου, τὸ. *facies.* πρόσωπον τηλαυγὲς θεῖναι, Ol. 6. 4, frontispicium in ædificatione facere splendidum: et id ibi metaphoricè, de introïtu hymni. φάει δὲ (κατὰ) πρόσωπον ἐν καθαρῷ, Py. 6. 14, thesaurus hymnorum, constitutus, quod attinet faciem ejus, in luce clarâ; i. e. valdè lucentes hymni. φαίνουσα πρόσωπον ἀλήθεια, veritas nuda, ostendens totam faciem suam, Ne. 5. 31. ἀοιδαὶ, ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα, Ist. 2. 13, cantus, deargentati facie, i. e. poëtæ, quibus fames argenti in facie apparebat, et ex quorum cantibus eadem cupiditas elucebat. apud Recentiores τὸ πρόσωπον notat et, *personam.*

Προτροπάδαν, Dor. pro προτροπάδην. adverb. *verso in anteriora vultu; effusè;* et ponitur de fugâ effusâ, quando terga vertuntur. προτροπάδην ἵκετο σπεύδων, concitatè veniebat festinans, Py. 4. 167, i. e.

προθύμως, ἀμεταστρεπτὶ, incitatè in anteriora.

Προτυχέω, *promptus*, vel, *in promptu sum.* προτυχὸν ξένιον, donum hospitale obvium, et præ manu situm, arreptum fortè, Py. 4. 61.

Προφαίνω, *porrò ostendo, prælucere facio.* πρόφαινε, omisso augmento, ostendebat, lucere faciebat, Ist. 8. 123.

Πρόφαντος, ου, ὁ, ἡ. *conspicuus, illustris, illustratus.* πρόφαντον ἐόντα σοφίᾳ, conspicuum sapientiâ, Ol. 1. 187, i.e. προφανῆ; et dicit id, non laudans, sed optans ut ita habeatur.

Πρόφασις, ιος, et εως, ἡ. *species exterior, et supernè apparens,* τὸ προφαινόμενον, *professio palam facta.* deinde et ἡ αἰτία, *causa*, quam quis præ se fert et externè indicat, sic dicitur. νόστου πρόφασις, apparitio reditûs, Py. 4. 56, quia invenerant navigaturi aquam satis profundam: et h.l. est notio nominis prima et propria.

Προφάτας, Dor. pro προφήτης, ου, ὁ. *qui profatur divina et futura, qui interpretatur et clara facit signa et oracula;* est enim a πρόφημι. προφήτην, Τειρεσίαν, Ne. 1. 91. γλυκὺν κώμου προφήτην, Ne. 9. 120, ubi sic vocat craterem impletum vino, dulcem prænuntium mox futuri convivii læti.

Πρόφατος, ου, ὁ, ἡ. *pronuntiatus.* πρόφατον, sc. αὐτὸν ἐποίησε Ζεὺς, proclamatum eum victorem, Ol. 8. 21, ἔνδοξον.

Προφέρω, *profero, ostendo, exhibeo.* ἐς πάντα νομὸν εὐθύγλωσσος ἀνὴρ προφέρει, Py. 2. 158, ad omnem publicam administrationem rectilinguis vir conducit et prodest; ubi ergo est ellipticè, et impersonaliter. Αἴγιναν προφέρει στόμα πάτραν, Ist. 5. 55, Æginam profert os eorum, i.e. vocat, patriam.

Πρόφρων, ονος, ὁ, ἡ. *pro aliquo cogitans et curam habens, benevolus*; it. *proponens animo suo.* it. *promptus, providus.* πρόφρων ἀνέβησε στρατὸν, promptus et alacer conscendere fecit copias navem, Py. 4. 341, alacritate et lætitiâ animi. θεός οἱ τελεῖ δύνασιν, Py. 5. 158, Deus propitius perficit ei facultatem agendi. δέξεται νύμφην, lubens excipiet eam, Py. 9. 99. αὐτοῖς ἤειδεν, Ne. 5. 40, promptus cecinit illis. πρόφρονα σύμμαχον, promptum socium pugnæ, Ist. 6. 41. προφρόνων Μουσᾶν, Ist. 4. 73, lubentium Musarum.

Προφρόνως, adv. *libenter.* ἐφίλησεν αὐτὸν Ἀπόλλων, Py. 2. 29, propensè dilexit eum Apollo. sic, φιλέων φιλέοντα, propensè amans amantem, Py. 10. 104. Ἡρακλέος ἀντίχομαι, Herculem amplector promptè et meditato consilio, Ne. 1. 50.

Προχέω, *ante fundo.* προχέοντι (Dor. pro προχέουσι) ῥόον καπνοῦ, profundunt interdiu fluxum fumi, Py. 1. 43. Ἐφυραίων ὄπα προχεόντων, Py. 10. 87, Ephyræis vocem profundentibus, i.e. clarissimè canentibus hunc hymnum.

Προχοὴ, ῆς, ἡ. *ostium fluvii, profluxus.* ἐν, ad fluenta, Py. 4. 36.

Πρύμνη, ης, ἡ. *puppis.* πρύμναις ἁλίαις, Ol. 9. 112, quæ in mari stabant, non in siccum erant subductæ. Apud Euripidem ἡ πρύμνα est in genere, *pars a tergo.* hinc Androm. 1120, χωρεῖ δὲ πρύμναν, ceditque retrò, εἰς τὰ ὀπίσω.

Πρυμνὸς, ὴ, όν. *extremus.* Py. 5. 125, in extremis fori partibus.

Πρύτανις, εως, ὁ. *magistratus magnus, qui curat rem publicam augendam et promovendam, et donandam salute:* est enim a πόρω.

πρύτανιν βαρυόπαν στεροπᾶν, regem graviter sonantem fulgurum, Py. 6. 24, administratorem; Jovem. πρύτανι, κύριε πολλᾶν ἀγυιᾶν καὶ στρατοῦ, O rex, domine multorum vicorum et populi, Py. 2. 106, ubi sic compellat regem Hieronem.

Πρὼν, ωνὸς, ὁ. *prominens et eminens locus vel jugum in monte.* πρῶνες, ἔξοχοι βουβόται, Ne. 4. 84, boves pascentes eximii montes. πρὼν est, ut videtur, a participio προϊὼν, prodiens; in genere enim ὁ πρὼν est, *a naturâ editior aliquis locus.*

Πρώρα, ας, ἡ. *prora navis.* πρώραθε καταβὰς, de prorâ descendens, Py. 4. 39; nam erat πρωρεὺς, qui et ὁ πρωράτης dicitur, sicut is qui in puppi præest, ὁ κυβερνήτης. ἄγκυραν ἔρεισον χθονὶ πρώραθε, Py. 10. 81, anchoram infige terræ ex prorâ. πρώρα est quasi πρόορα, ex quâ providetur in anteriora.

Πρωτογένεια, ας, ἡ. filia Deucalionis, uxor Locri. Ex Jove concepit τὸν Ὀποῦντα δεύτερον (nam primus ὁ Ὀποῦς fuit ipse Deucalion, binominis,) a quo urbs ἡ Ὀποῦς nomen habuit. Et hæc urbs est τὸ ἄστυ Πρωτογενείας, Ol. 9. 64.

Πρωτόγονος, ου, ὁ, ἡ. *qui primus est natus, primogenitus.* ἐν πρωτογόνῳ τελετῇ, Ol. 10. 63, in primum institutâ celebritate. Sed ἡ πρωτογόνος est activè.

Πρῶτος, η, ον. *primus,* ordine temporis, numeri, et loci. ὅς ἂν πρῶτος, quicunque primus tetigisset vestem ejus, Py. 9. 212. πρώτῳ ἐν βήματι, primo gradu, i. e. ἐνὶ, uno, Py. 3. 75. δόμον ἔθεντο πρῶτον, domum ædificârunt primùm, Ol. 9. 68. sed adjectivum masculinum, πρῶτον, primarium, Py. 8. 66. et neutrum, τὸ πρῶτον ἄεθλον, primum præmium, Py. 1. 191. τὸ πρῶτον, primâ vice, Py. 9. 74. πρώτα χάρις, Py. 1. 65, prima et præcipua lætitia. πρώταν θεῶν, primam deorum, Vestam, Ne. 11. 7. πρῶτοι, primi, Ol. 7. 75. πρώτοις ἅμα καὶ τετράτοις, Ol. 8. 60, statim a primis id fieri incipiet, et deinde a quartis, Te unà connumerato in hac Genealogiâ, quæ hæc est:

Αἰακός.

Πηλεύς. — Τελαμών. — Φῶκος.

Πηλεύς: Ἀχιλλεύς. — Τελαμών: Αἴας. Τεῦκρος. — Φῶκος: Πανοπεύς.

Ἀχιλλεύς: Νεοπτόλεμος, qui et Πύῤῥος, quartus ab Æaco, Trojam destruens.

Πανοπεύς: Ἐπειὸς, fabricator equi lignei, quo capta est Troja. Is quoque quartus ab Æaco.

πρώτιστος, omnium primus homicida, Py. 2. 58, Ixion, occidens dolosè socerum suum. πρώτιστον, adverbialiter, Ne. 5. 46; ergo a superlativo πρῶτος (a πρὸ) formatus novus superlativus, ut Græci solent.

Πτερόεις, εσσα, εν. *alatus.* πτερόεις Πήγασος, alatus ille equus, Ist. 7. 63. πτερόεντι ἐν τροχῷ, Py. 2. 41, de Ixione, circumvoluto in celerrimâ rotâ: ubi tamen quidam legunt πετρόεντι, saxeâ in rotâ. αἰετὸν, aquilam pernicem, Py. 2. 91.

Πτερὸν, ου, τὸ. *ala.* in genere, *penna.* πτερὰ νικᾶν, alas victoriarum, Py. 9. 220, i. e. victorias celebres. ἐν πτεροῖς ἀκάμαντας ἵππους, Ol. 1. 140, i. e. ταχυτάτους, ὑποπτέρους quasi, indefessos equos in cursu suo quasi alato. πτεροῖς (ἐν) ἀέθλων κυδίμων, Ol. 14. 35, alis quæ victorem evehunt quasi ad deos. πτεροῖς πορφυρέοις πεφρίκοντας νῶτα, Py. 4. 325, ubi sermo est de Zete et Calaï, qui, quòd ex Thraciâ erant, dicuntur filii Boreæ, et ob celeritatem pedum affinguntur iis alæ, quas Apollonius rectiùs affingit

pedibus eorum, Pindarus verò minus rectè, dorso.

Πτέρυξ, υγος, ἡ. *ala.* πτέρυγα ὠκεῖαν, Py. 1. 11, velocem alam; de aquilâ. πτερύγεσσιν ἀγλααῖς, Ist. 1. 90, alis splendidis, quæ tribuuntur ibi Musis, quia eæ extollunt et celebrant latè laudibus suis homines.

Πτολίπορθος, ου, ὁ, ἡ. *urbis expugnator et vastator.* πτολιπόρθοις ἐν μάχαις, Ol. 8. 46, in pugnis vastatricibus civitatum.

Πτυχὴ, ῆς, ἡ. *plica, duplicatio.* κλυταῖς δαιδαλῶσειν ὕμνων πτυχαῖς, Ol. 1. 170, i.e. ὕμνῳ καὶ ποιήσεσιν, inclytis exornaturum esse hymnorum complicaturis. ἐν Κρισαίαις πτυχαῖς, Py. 6. 18, in Crisæis convallibus, i.e. ad Delphos; ut ergo et campos notet hoc nomen, jacentes intra montes; nisi potiùs ἐν est, apud, ad. ἐν κλεινναῖς Πίνδου, Py. 9. 28, ad celebres montes et juga Pindi. ἐν Πέλοπος πτυχαῖς, Ne. 2. 33, i.e. in Isthmo, ad Isthmi juga.

Πτώσσω, fut. ώξω. *concido præ metu; sum timidus; fugio, deprimo et contraho me præ metu vel præ tristitiâ.*

Πυγμὰ, Dor. pro πυγμὴ, ῆς, ἡ. *pugilatus,* in quo certamine caput et facies in primis petebatur. πυγμᾶς ἄποινα, Ol. 7. 30, i.e. διὰ τὴν πυγμήν.

Πυγμαχία, ας, ἡ. *certamen pugnorum.* ἀπεφήνατο, illustrem fecit, Ne. 6. 43, coll. 60, χεῖρας ἱμάντι δεθείς.

Πυγμάχος, ου, ὁ, ἡ. *pugil, qui certat pugno.* μνῆμα πυγμάχου, monumentum pugilis, Ist. 8. 135.

Πυκινὸς, ὴ, όν. *condensatus,* it. *prudens, callidus.* πυκινὴν μῆτιν, Py. 4. 103, συνετήν.

Πυκνὸς, ὴ, όν. *densus.* πυκνότατον παλάμαις, Ol. 13. 73, i.e. συνετώτατον βουλαῖς, densissimum consiliis. pro πυκνὸς dicitur et συχνὸς, *creber, multus, densus.*

Πύκτης, ου, ὁ. *pugil.*

Πύλα, Dor. pro πύλη, ης, ἡ. *porta urbis.* πυλᾶν οἰχθεισᾶν, Ne. 1. 61, portis apertis. ἐν πύλαις Κορίνθου, i.e. ἐν Ἰσθμῷ, Ol. 9. 129. ἐν Κάδμου, i.e. ἐν Θήβαις, Py. 8. 67. παρὰ εὐτειχέσι, ad probè munitas, Ist. 6. 111. πύλας ὕμνων ἀναπιτνάμεν, portas hymnorum aperire, Ol. 6. 44, i.e. amplas laudes canere. πύλα est a πόλις, mutato Æolicè ο in υ.

Πύλος, ου, ἡ. nomen urbis et regionis, cui Nestor imperabat.

Πὺξ, adv. *pugno.* πὺξ, i.e. pugilatu, Ol. 7. 163.

Πῦρ, υρὸς, τὸ. *ignis.* αἰθόμενον πῦρ, Ol. 1. 2, effulgens per tenebras; sic et aurum inter divitias. πῦρ πνεόντων ἵππων, Ol. 7. 130, sc. Solis. πνέουσαν, Ol. 13. 128, τὴν Χίμαιραν. ἐνθορὸν, Py. 3. 66, ignis incidens. δὲ, et ignis, Py. 4. 414. παγκρατὲς, Ne. 4. 101, ignem omnia vincentem. πυρὸς ἀενάου, i.e. ἀσβέστου, Py. 1. 9, et est ibi hypallage, pro, πῦρ κεραυνοῦ. ἀπλάτου παγαὶ, Py. 1. 41, i.e. cui πελᾶσθαι, appropinquare ad eum, tutum non est. πυρὶ ζέουσα ἀκμὴ ὕδατος, Ol. 1. 77, igne fervens vehementia aquæ, i.e. maximo gradu fervens aqua igne. ὑπὸ στερεῷ, Ol. 10. 45, sub valido igne ardentem. θερινῷ, Py. 3. 87, æstivo æstu. καυθεῖσα πυρὶ γαῖα, Ne. 10. 65, i.e. vas figulinum.

Πυρὰ, ᾶς, ἡ. *rogus ad comburendum mortuum.* it. *bustum; locus ubi rogus arsit, et mortuus combustus fuit.* πυρὰ καιομένη, Py. 3. 78, ardens rogus, in quo cremabatur occisa Coronis. παρὰ πυρὰν, juxta bustum Achillis, Ist. 8. 126.

πυρὰὶ ἑπτὰ δαίσαντο φῶτας, Ne. 9. 56, septem rogi devorârunt viros, bello occisos; et permulti in uno rogo cremabantur. πυρᾶν τελεσθέντων, Atticè pro τελεσθεισᾶν, Ol. 6. 23, exstructis rogis; et ibi quoque septem ad cremandos multos cæsos in prælio.

Πύργος, ου, ὁ. *turris, munitio.* (ὃς ἦν) πύργος ἄστεος, ille erat munimen urbis, Py. 5. 75. τετείχισται δὲ πάλαι πύργος, Ist. 5. 57, structa enim est jamdudum turris, ubi est metaphoricè, de encomiis sublimibus, ad qualia et alii conniti debeant ut mereantur. πύργον νέον, murum novum, Ol. 8. 49.

Πυροφόρος, ου, ὁ, ἡ. *tritici ferax.* et ab hâc specie notatur in genere, *ager fertilis frumenti.*

Πυρόω, fut. ώσω. *in ignem mitto, incendo,* ἐμπρήθω. πυρωθέντων Τρώων δόμους, Py. 11. 50, domos incensorum eorum, i.e. incensas domos eorum.

Πυρπάλαμος, ου, ὁ, ἡ. *igneam manum et vim habens.* πυρπάλαμον βέλος, Ol. 10. 96, τὸ ἔμπυρον. in specie autem sic vocatur τὸ διὰ τάχους μηχανᾶσθαι τι δυνάμενον, summâ celeritate agens violenter.

Πυρσὸς, ου, ὁ. *fax nocturna, in littore ardens ut nautis in mari signum det.* interdiu signum dabatur fumo; noctu, igne. πυρσὸν ὕμνων ἅψαι, Ist. 4. 74, accendere facem hymnorum, procul splendentem. Ante receptam in bello tubam, signum pugnæ sic dabatur; stante utrâque acie, procedebant ex utrâque acie sacri Deo πυρφόροι, faces ardentes manibus tenentes; easque projiciebant in medium μεταίχμιον, recedebantque illæsi, τοῖς πυρφόροις enim parci solebat: unde de internecione est proverbium, οὐδὲ πυρφόρος ἐσώθη.

Πυρφόρος, ου, ὁ, ἡ. *ignem ferens.*

Πῶλος, ου, ὁ. *pullus,* maxime *equinus;* deinde et, *equus primæ ætatis.* πώλους ἐδάμασσε, Py. 2. 15, domuit equos juniores, fræna tamen jam patientes. πῶλος est quasi πόαλος, ab ἡ πόα *gramen,* et ἅλλομαι. *qui per herbam salit.*

Ρ.

Ῥὰ, factum ex ἄρ, per transpositionem. *igitur, certè, sanè.*

Ῥάβδος, ου, ἡ. *baculus, virga.* οὐδὲ Ἀΐδης ἀκινήτην εἶχε ῥάβδον, nec Orcus habuisset suum sceptrum immotum, Ol. 9. 51, collatis sequentibus, ubi Pluto hâc ῥάβδῳ dicitur deducere homines ad loca mortuorum. κατὰ ῥάβδον, ad virgam, i.e. per series verborum numerosas, i.e. per versus, κατὰ στίχον, Ist. 4. 66. quo sensu ferè ῥάβδοι sunt in scuto, Il. μ. 297, sc. clavi firmi, per laminam et coria in lignum inferius infixi, perpetuis et arctis seriebus.

Ῥάδιος, α, ον. idem, ex dialecto Doricâ, ac ῥηΐδιος, *facilis.* ῥᾴδιον γὰρ, Py. 4. 484, expeditum enim. ῥαΐτερος, *facilior.*

Ῥαίνω, fut. ανῶ. *conspergo, aspergo.* nec de humidis tantum dicitur, sed et de aliis aridis, quibus quis aspergi potest. ῥαίνω αὐτὸν ὕμνῳ, aspergo eum et perfundo cantu, Py. 8. 81. ῥαίνων φόνῳ πεδίον. rigans cruore campum, Ist. 8. 109. νῆσον ῥαινέμεν (pro ῥαίνειν) εὐλογίαις, insulam aspergere laudibus, Ist. 6. 30. ἀρετὴν δρόσῳ ῥανθεῖσαν, Py. 5. 134, virtutem rore suavi, i.e. hymnis, aspersam.

Ῥαπτὸς, ὴ, όν. *consutus, crassè compositus.* ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοί, Ne. 2. 2, ubi ῥαπτὰ ἔπη sunt Carmina Homeri, nondum in libros cer-

tos disposita, sed dissecta et sparsa adhuc, et sic composita, ut quævis pars non necessariò cohæreret alteri.

Ῥέεθρον, ου, τὸ. *fluentum.*

Ῥέζω, fut. ἕξω. *facio.* est idem quod ἔρδω, et inde factum per metathesin, mutationemque τοῦ δ in ζ, ob cognationem. ῥέζοντα καλὰ, sc. αἰνεῖν, Py. 9. 171, pulchra facinora edentem laudare. ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν, Ne. 4. 52, quæ verba sunt celebria in historiâ Alexandri Magni. ῥέζοντας θεῷ, sacrificantes, Py. 10. 53. ῥέξας κάλλιστα, Ol. 9. 142, qui pulcherrimas gessit res.

Ῥέπω, fut. ψω. *deorsùm vergo;* in genere, *vergo ad finem.* propriè est λέξις σταθμητικὴ, de librâ adhiberi solitum verbum, quando altera lanx deprimitur. πολλᾶ ῥέπει, in multas partes vergit, Ol. 8. 31, i. e. varios eventus habere potest. ῥέποντα ὕπνον πρὸς ἀῶ, Py. 9. 44, somnum vergentem ad matutinum tempus.

Ῥέω, fut. ῥεύσω. *fluo, labor, cado.* idem verbum dicitur ῥυέω, cujus a. 2. pass. ἐῤῥύην, *fluxi,* est in usu crebro.

Ῥέω, fut. ήσω. *dico.* Py. 4. 132, ῥηθὲν, vaticinium editum Delphis.

Ῥηγμὶν, ῖνος, ὁ, ἡ. est propriè *terra fluctibus rupta et adesa;* a ῥήσσω, *frango.* ἐπὶ ῥηγμῖνι πόντου, Ne. 5. 24, in littore.

Ῥῆμα, ατος, τὸ. *dictum.* Ὁμήρου ῥῆμα, Homericam sententiam, Py. 4. 493. ῥῆμα ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει, oratio diutiùs vivit quàm res gestæ, Ne. 4. 10. Ἀργείου, Argivi Aristodemi dictum, Ist. 2. 15; qui erat Spartanus: nam tota Peloponnesus olim dicta Argos. ῥήματα πλέκων, orationes componens, verba contexens, Ne. 4. 153.

Ῥῆσις, ιος, ἡ. *locutio, collocutio.* ἀγγέλων ῥῆσιν, id quod nuntii dixerant, Ne. 1. 89. ῥήσιες παλαιαὶ, antiqua dicta, Ol. 7. 101.

Ῥιγέω, fut. ήσω. *rigeo, horresco, obstupeo.* μηκέτι ῥίγει, Ne. 5. 92, ne horre, ne dubita.

Ῥίζα, ης, ἡ. *radix.* σπέρματος ῥίζαν ἔχων, habens radicem seminis, i. e. ortum, Ol. 2. 82, et sermo est de homine nobili. ῥίζαν ἀστέων, radicem urbium, Py. 4. 26, sc. Κυρήνην, ex quâ deinde plures urbes sunt conditæ. τρίτην ἠπείρου, tertiam continentis terræ radicem, Py. 9. 14, i. e. partem, Libyam scilicet. σφετέραν, Ist. 8. 123, i. e. suam stirpem et originem. ῥίζα est ab ἔρα, *terra,* et ἵζω, *sedeo; quæ terræ insidet et inhæret.*

Ῥίμφα, adv. *celeriter, facilè, leviter.* ῥίμφα ἐτόξευον ὕμνους, Ist. 2. 5, ejaculabantur facillimè hymnos, i. e. conficiebant sine labore.

Ῥιμφάρματος, ου, ὁ, ἡ. *celeres currus habens.* διφρηλασίας ῥιμφαρμάτου, Ol. 3. 67, aurigationis velocis.

Ῥινὸς, οῦ, ὁ. et Ionicè, ἡ. *corium, cutis.*

Ῥιπὰ, Dor. pro ῥιπὴ, ῆς, ἡ. *impetus vehemens; jactus.* ῥιπαῖς τεαῖς, Py. 1. 18, i. e. βολαῖς, et id metaphoricè, ad delectabilem Musicam, quæ quasi jacula emittit: ergo, pro μέλεσιν, cantibus. ῥιπαῖς ἀνέμων, impulsionibus ventorum, Py. 9. 85. ὑπὸ ῥιπαῖς βελέων κείνου, Ne. 1. 102, ab impetu telorum illius. θαλασσίαις ἀνέμων, Ne. 3. 102, marinis ventorum impulsibus. ῥιπὰς ὠκυπόρους, Py. 4. 346, Jovem poscebat celeriter meantes vel celeriter permeandos motus κυμάτων καὶ ἀνέμων. propriè ῥιπὴ est *impetus rei quæ*

projicitur; deinde, *ictus quem infligit projecta et accidens res.*

Ῥίπτω, fut. ψω. *jacio.* ἔρριψε αὐτὸν, dejecit eum de tergo suo, Ist. 7. 64. ῥίψαις (Doricè pro ῥίψας) χερσὶ, sc. κεραυνὸν, Py. 3. 101; et ellipsis celeritatem exprimit.

Ῥοὰ, Dor. pro ῥοὴ, ῆς, ἡ. *fluxio.* idem est quod τὸ ῥέεθρον. ῥοαὶ δ' ἄλλοτε ἄλλαι, Ol. 2. 62, i.e. αἱ τῆς τύχης φοραὶ, τὰ τῆς τύχης ῥεύματα. ῥοαὶ προμαθείας, Ne. 11. 61, præscientiæ fluxus, prædeliberationis studium. ῥοαῖς Μουσᾶν, Ne. 7. 17, fluxibus venæ poëticæ. κλυταῖς ἐπέων, Ist. 7. 26, inclytis carminum fluxibus. ῥοὰς τεναγέων, Ne. 3. 43, stagnorum.

Ῥόδον, ου, τὸ. *rosa.* ῥόδοις φοινικίοις, Ist. 4. 31, puniceis rosis.

Ῥόμβος, ου, ὁ. *rotatio.* it. *descensus subitus.* εὐθὺν ἀκόντων ῥόμβον ἱεὶς, emittens rectam jaculorum circumrotationem, Ol. 13. 133, circumrotatur enim jaculum antequàm emittitur. ἀλώπηξ αἰετοῦ ῥόμβον ἴσχει, Ist. 4. 81, vulpes aquilæ ex alto decidentis impetum sustinet, in tergum projiciens se, et unguibus arcens hostem. ῥόμβος est a ῥέμβω, *in gyrum volvo*, quod a ῥέπω.

Ῥόος, ου, ὁ. *fluentum, cursus fluvii.*

Ῥυσίδιφρος, ου, ὁ, ἡ. *currum trahens et promovens.* χεῖρα ῥυσίδιφρον, manum gubernantem equos per quos currus trahitur, Ist. 2. 31.

Ῥύω, fut. ύσω. *libero, eripio.* αἱ (ἶνες) ῥυοντό μιν ποτὲ, qui nervi, Trojani, eum aliquamdiu coërcebant et remorabantur, Ist. 8. 114.

Σ.

Σαθρὸς, ὰ, ὸν. quod aliàs dicitur σαπρός. *putridus.* it. *inutilis.* σαθρὸν κῦδος, Ne. 8. 58, gloriam putridam et inutilem et vilem.

Σαίνω, fut. ανῶ. *moveo, agito*; in specie, *motito caudam blandè, more canum*, σείειν τὴν οὐράν. est a σίω, σείω, sicut a βέω fit βαίνω. Apud Recentiores ponitur hoc verbum etiam ἐπὶ τοῦ κολακεύειν, *adulari*, metaphoricè. ponitur itidem metaphoricè pro, *amoliri conor blanditiis* quasi, more canis se submittentis. σαίνων πρὸς πάντας, Py. 2. 151, i. e. κολακεύων πάντας, ubi de *doloso adulatore* sermo. ἔσανέν μιν, i.e. ἐκολάκευσεν αὐτὸν, Py. 1. 100, Dor. pro ἔσηνε. etiam intransitivè, ἔσαναν, Ol. 4. 7, i. e. ἐχάρησαν, ἥσθησαν, congaudere solent; et sermo est de bonis viris, qui gaudent, quando alteri bono boni quid contingit. dicitur præterea σαίνειν etiam de iis, qui placidè, ut videtur, accedentes, nec latrantes, subitò mordent, εἰς τοὺς λαιθάργως δάκνοντας. a σείω est etiam σήθω, *cribro.*

Σαλμωνεὺς, έως, ὁ. Filius Æoli, frater Crethei. Odyss. λ. 235. ἀμύμων. Nam Homerus ignorat, quod Recentiores de eo finxerunt, quod fuerit ἀσεβὴς, ἀντιβροντῶν καὶ ἀνταστράπτων τῷ Διΐ. Regnavit circa Ἠλείαν, et urbs ἡ Σαλμώνη, non procul a Πίσα, nomen ab eo habuit. Fuit fortasse σοφὸς μηχανικὸς, et scivit aliquid, quale Archimedes postea, cujus καυστικαὶ διὰ κατόπτρων ἀστραπαὶ sunt decantatæ. *Pulverem* autem *pyrium* Providentia priùs inveniri noluit, ut nostris seculis homines, mali pusillique, haberent quo se invicem artificiosè interimerent, quum arma priscorum heroum ob infirmitatem virium tractare nequirent.

Σᾶμα, Dor. pro σῆμα, ατος, τὸ. *signum.* præterea notat τὸ σῆμα

νεκρικὸν, *sepulchrum*. θανάτου παρὰ σᾶμα, i.e. ad sepulchrum, Ne. 7. 28. παρὰ σάματι, apud vel ad sepulchrum, Ol. 10. 30. (ἐν) σάματι, ad monumentum vel sepulchrum, Py. 9. 144. σάμασι πίθονται ἀοιδοὶ, Py. 1. 5, i.e. προκηλεύσμασι τῆς προανακρούσεως.

Σάμερον, Dor. pro σήμερον, adverb. *hodiè.* est ab ἡμέρα, et σέω *moveo*, compositum, quasi *hoc ipso movente se. die*. Py. 4. 1, sc. quo die lecturus hoc erat. Atticè est τήμερον.

Σάφα, adverbialiter positum, ortum per syncopen ex neutro plur. σαφέα. *liquida, liquidò; clara, clarè; vera, verè.* σάφα δαεὶς, Ol. 7. 168, i.e. σαφῶς γνούς. εἶπας, Ol. 8. 61, i.e. σαφῶς εἰπών. σὺ σάφα νιν (sc. τὸ πλουτεῖν, ditescere) ἔχεις πεπαρεῖν, tu certissimè et sine ullo dubio potes id exhibere, Py. 2. 104, sine controversiâ.

Σαφανὴς, Dor. pro σαφηνὴς, έος, ὁ, ἡ. *apertus, perspicuus, verus, certus.* τὸ σαφανὲς κατέφρασεν, rem certam enarrare solet, Ol. 10. 67.

Σαφέως, adv. *clarè, liquidò, certò.* φράσατέ μοι τοῦτο σαφέως, indicate mihi id pro certo, Py. 4. 208.

Σαφὴς, έος, ὁ, ἡ. idem ac σαφανής. λάμπει σαφὴς ἀρετὴ, Ist. 1. 30, fulget manifesta virtus. σαφῆ ἐς ἔλεγχον, ad certam explorationem, Ne. 8. 34. σαφὲς λέγειν, exactè enumerare, Ol. 13. 64. et 146, τότε ἂν φαίην σαφὲς, tunc dicere possem præcisè. ἔμαθε, Py. 2. 45, didicit liquidò. θεάομαι, Py. 8. 65, specto apertè. ἴστω, Ist. 7. 37, scito certò. σαφὲς τέκμαρ, Ne. 11. 56, certus et apertus exitus. σαφέστατον τέθμιον, lex certissima, institutum verissimum, Ist. 6. 28. σαφὴς est a σάος, *salvus*, et φάος, *lux*.

Σαώζω, fut. σω. *salvum et incolumem præsto.* σαώθη τῷ (κριῷ) ἐκ πόντου, Py. 4. 287, de Phrixo.

Σβεννύω, et **σβέννυμι,** *extinguo ignem.* σβεννύεις κεραυνοῦ πῦρ, extinguis fulminis ignem, Py. 1. 8.

Σεβίζω, fut. ίσω. *admiror et suspicio valdè.* σεβίζομεν πόλιν, Py. 5. 106, admiramur laudantes. σεβιζόμενοι, in admiratione et laude habiti, Ist. 5. 37.

Σέβω, *in timorem et pudorem injicio, ad timorem et pudorem moveo;* et in formâ mediâ, σέβομαι, *valdè moveor,* αἰδέομαι, *vereor.* Apud Recentiores significat, *honore et cultu prosequor.* Hic recentior significatus est apud Pindarum: σέβοντι (Dor. pro σέβουσι) i.e. δοξάζουσι, Ol. 14. 17, colunt, venerantur. σέβεσθαι θεὸν, Py. 6. 25, Deum colere.

Σεισίχθων, ονος, ὁ. *concutiens terram tremore.* est epitheton Neptuni. a σείω, *moveo.*

Σείω, fut. σείσω. *agito, concutio, moveo.* σεῖσαι πόλιν, turbare rem publicam, Py. 4. 484. a σείω est τὸ σινίον, ου, *cribrum;* et inde est verbum σινιάζω, fut. σω. *agito vehementer quasi in cribro,* Lucæ, 22. 31.

Σελάνα, Dor. pro Σελήνη, ης, ἡ. *luna lucens.*

Σέλας, ατος, τὸ. *splendor, fulgor.* σέλας λάβρον Ἡφαίστου, Py. 3. 69, fulgor creber Vulcani.

Σέλινον, ου, τὸ. *apium.* ex illo in Nemeis et Isthmiis ludis coronæ victoribus fiebant. σελίνων δύο πλόκοι, Ol. 13. 45, duæ coronæ ex apio. Δωρίων σελίνων, Ist. 2. 23, i.e. Κορινθιακῶν, ἢ Ἰσθμίων, nam in illis certaminibus dabatur apium aridum, sicut in Nemeis viride.

Et ratio harum coronarum erat, quia Nemea et Isthmia erant ἀγῶνες ἐπιτάφιοι, in memoriam heroum priscorum; σέλινον autem herba erat diis inferis sacra.

Σεμνὸς, ἡ, όν. *honore et admiratione dignus, venerabilis, gravitate magnâ ornatus.* σεμνοῦ Ἀλφειοῦ, Ne. 1. 1, admirandi et venerandi ejus. σεμνὸν ἄντρον, venerandum antrum Idæum, in quo Jupiter educatus fuit, Ol. 5. 43. sic de antro, in quo habitabat Chiron, Py. 9. 50. θάλος Ἀλκαϊδᾶν, nobile germen Alcaïdarum, i.e. Hercules, cujus avus paternus erat Alcæus, Ol. 6. 115. ἀκρωτήριον Ἤλιδος, Ol. 9. 11, venerandum et admirandum promontorium Elidis, ob certamina ibi Olympica. δόμον, Ne. 1. 112, augustam domum Jovis. Θεάριον, Ne. 3. 121, venerabile templum Apollinis in insulâ Æginâ, cujus sacerdotes Θεωροὶ appellati. σεμνὸν ἔπεστί τι, admirandum quid inest figmentis Homeri, Ne. 7. 33. Αἰάκου σεμνῶν γουνάτων ἅπτομαι, Ne. 8. 22, ejus genua veneranda tango supplex. σεμνοῖς (ἐν) δαπέδοις, in campis honoratis, Ne. 10. 51. σεμνοὺς ὀχετοὺς, Ol. 5. 27, sacros canales, ἱερούς. θεὸν, Py. 3. 140, Rheam.

Σθένος, εος, τὸ. *robur;* dicitur de animo et de corpore. ἐντέων, Py. 5. 46, robur et integritas instrumentorum. πράσσει ἔργῳ, Ne. 1. 39, i.e. συμπράσσει, συνεργεῖ, auxiliatur operi cuivis fortitudo et constantia; nam ἔργῳ est casus tertius. ἔμαρψαν, Ne. 6. 20, vires recipere solent quiete. ἀδίαντον, Ne. 7. 107, robur sudore non madefactum. ἀλλασσόμεναι, Ne. 11. 49, alternantes robur suum, permutando cum generationibus hominum: sc. ut hæc generatio sit fortis, sequens imbellis, tertia rursus fortis, &c. et 54, θνατὸν, robur humanum. θρασεῖ γυίων, Ne. 5. 72, robore membrorum audaci. σθένει ἔκπαγλος, Ist. 7. 29, Strepsiades ille. σθένος est a στάω, ἵστημι.

Σιγαλὸς, Dor. pro σιγηλὸς, οῦ, ὁ, ἡ. *taciturnus.* σιγαλὸν ἀμηχανίαν φυγὼν, fugiens, ego poëta, taciturnam inopiam, Py. 9. 163.

Σιγάω, fut. ήσω. *sileo, taceo.* σιγᾷ οἱ στόμα, tacet ei os, Ne. 10. 53. σιγάτω, sc. τὶς, taceat de eâ re, Ist. 2. 65. σεσιγημένον, sc. κλέος, Ol. 9. 156, fama, de quâ tacetur.

Σιδαρίτας, Dor. pro σιδηρίτης, ου, ὁ. *ferrarius, circa ferrum occupatus, ferreus.* σιδαρίταν πόλεμον, pugnam ferro pugnandam et armatam, Ne. 5. 35. fœmininum est ἡ σιδηρῖτις, ιδος.

Σίδαρος, Dor. pro σίδηρος, ου, ὁ. *ferrum.* σιδήρου πληγαὶ, ictus ferri, quibus faber conficit navem, Py. 4. 438. sic, πληγαῖς, Ol. 10. 45, ictibus gladiorum in bello. σίδαρος est a σίζειν, *stridere.*

Σιδαροχάρμας, Dor. pro σιδηροχάρμης, ου, ὁ. *ferro, in specie, ferreis armis, gaudens,* ὁ σιδήρῳ χαίρων.

Σικυὼν, ῶνος, ἡ. Urbs celebris in Peloponneso, olim dicta Μηκώνη, priùs etiam Αἰγιαλοί. εὐδαίμων valdè, unde proverbium, εἴη μοι τὰ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. Celebrabantur ibi Pythia, ad imitationem Delphicorum.

Σιωπὰ, Dor. pro σιωπὴ, ῆς, ἡ. *silentium.* ἔπταξαν ἀκίνητοι σιωπᾷ, obstupuerunt immoti et taciti, Py. 4. 101. σιωπαὶ ἄγνωστοι, Ist. 4. 51, ubi σιωπὴ et κλέος opponitur, sicut ἄγνωστον εἶναι et γνωστὸν εἶναι. silentia incognita.

Σκαιὸς, ὰ, όν. *lævus, sinister.* metaphoricè et apud Atticos σκαιὸς καὶ ἐπαρίστερος ἄνθρωπος est, ὁ ἀνόητος, *homo sinister, insulsus;* et πρᾶγμα σκαιὸν est, τὸ μὴ κατὰ νοῦν ἀποβεβηκός. οὐ σκαιότερον χρῆμα, ἄνευ θεοῦ, Ol. 9. 157, res sine Deo peracta, non fit deterior, i.e. fit melior, si de eâ tacetur.

Σκᾶπτον, ου, τὸ. est Doricum, idemque quod σκῆπτρον, *sceptrum.* σκάπτω ἀγλαῶ, Ne. 11. 4, sunt genitivi Dorici, pro σκήπτρου. σκάπτῳ θένων, Ol. 7. 50, i.e. ῥοπάλῳ, baculo percutiens. ἀνὰ Διὸς σκάπτῳ, Py. 1. 10, in sceptro Jovis, ubi effictæ stabant aquilæ. σκᾶπτον θεμιστεῖον, Ol. 1. 19, i.e. δίκαιον, et est signum pro signato, i.e. imperium, ἡ βασιλικὴ ῥάβδος, pro ἡ βασιλεία. σκᾶπτον μόναρχον, sc. ποιεῖ με, Py. 4. 270.

Σκευὰ, Dor. pro σκευὴ, ῆς, ἡ. *apparatus repositus vel appositus.* est nomen valdè generale. σκευᾶς ἑτέρας, Py. 2. 145, i.e. retis piscatorii funem inferiorem, cui plumbeæ massæ sunt appensæ.

Σκιὰ, ᾶς, ἡ. *umbra,* quæ vadit cum vadente. a κίω, præf. sigma. σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι, Py. 8. 136, homines sunt velut somnium de umbrâ quâdam: quâ descriptione nihil fingi potest efficacius ad ostendendam inanitatem rerum humanarum; conf. Job 13. 25.

Σκιαρὸς, ὰ, όν. *umbrosus.* ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν, ab umbrosis fontibus, Ol. 3. 25. et 31, σκιαρόν τε φύτευμα, umbrosam arborem.

Σκίμπτω, fut. ψω. *incumbere facio, me vel aliud.* et est idem quod σκήπτω. σκίμψατο ἄροτρον, Py. 4. 399, cùm firmiter alligâsset aratrum, compegisset. sic, σκίμπτεται ἀγκύρα, ἐν τῷ καθίεσθαι, infigitur, si demittitur de navi.

Σκιόεις, εσσα, εν. *obscurus, umbrosus.*

Σκληρὸς, ὰ, όν. *durus, siccus.* σκληρᾶς ἐλαίας, Ol. 7. 51, duræ oleæ baculo, sicci ligni oleagini.

Σκολιὸς, ὰ, όν. *curvus, intortus.* item, *pravus.*

Σκοπέω, fut. ήσω. *specto cum admiratione aut attentione, aut consequendi alicujus causâ.*

Σκοπιὰ, ᾶς, ἡ. *specula, locus unde prospectatur longè.* deinde et, *actionem spectandi et observandi* ipsam denotat. σκοπιᾶς ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν, Ne. 9. 112; ubi pro σκοπὸς ponitur; alium scopum consequi pedibus: nam opes sufficientes, et gloriam magnam si quis adeptus est, ulteriùs felicitatem in rebus humanis extra se quærere non debet.

Σκοπὸς, οῦ, ὁ. *inspector, speculator.* it. *meta, scopus.* σκοπὸν Δήλου, Ol. 6. 101, inspectorem et custodem Deli, Apollinem. σκοπὸν οὐκ ἔλαθε, Py. 3. 46, observatorem et speculatorem non latuit ἡ Κορώνις peccans, i.e. νοῦν Ἀπόλλωνος, vel τὸν Ἀπόλλωνα αὐτόν. Ovidius hunc σκοπὸν vult fuisse Corvum, Hesiodum secutus. σκοπὸν Μαγνήτων, i.e. βασιλέα, Ne. 5. 51. σκοποὶ Ὀλύμπου, i.e. οἱ θεοὶ, Ol. 1. 86, ἔφοροι τοῦ οὐρανοῦ, sicut Danielis eos vocat, c. 4. 10, 14; c. 5. 14. σκοποῦ ἄντα τυχεῖν, Ne. 6. 46, collimare ad scopum. ἀκοντίζων σκοποῦ ἄγχιστα Μουσᾶν, jaculans proximè ad scopum Musarum, Ne. 9. 131. σκοπῷ ἔπεχε τόξον, Ol. 2. 160, i.e. laudibus Theronis; in eas intende propositum tibi. σκοπὸν ἦλασε, attigit, Ol. 10. 85. παρὰ σκοπὸν, Ol. 13. 134, præter scopum.

ut ergo appareat, quod ὁ σκοπὸς et activè et passivè notet.

Σκοτεινὸς, ὴ, όν. *tenebricosus.* σκοτεινὸν ἀπέχων ψόγον, Ne. 7. 89, clandestinam semovens a me vituperationem, i.e. neminem tectè perstringens.

Σκότος, ου, ὁ. *tenebræ, umbra.* ἐν σκότῳ καθήμενος, Ol. 1. 132, ubi est metaphoricè, pro, ἐν ἀπραξίᾳ, ἀκινησίᾳ, ἀκλεΐᾳ, ἀφανείᾳ. γνώμην σκότῳ κυλίνδει, sc. ἐν σκότῳ, Ne. 4. 65, consilium in obscuro volvit. μεγάλαι ἀλκαὶ σκότον πολὺν ἔχουσι, δεόμεναι ὕμνων, Ne. 7. 19, magnæ virtutes habent plurimum obscuri, si egent hymnis. a σκιόεις ortum est hoc nomen.

Σκυρωτὸς, ὴ, όν. *rasus, complanatus.* est a ξυρέω. τὸ ξ, compositum ex κσ, facilè mutatur transpositè in σκ, ut in hac voce videmus. σκυρωτὰν ὁδὸν, Py. 5. 124, viam complanatam et æquam: et hoc erat nomen proprium viæ alicujus ad urbem Κυρήνην.

Σκυτάλη, ης, ἡ. erat ξύλον τι στρογγύλον, quod habebant Lacedæmonii; et notum est quomodo in eo scripserint ducibus suis. Ol. 6. 154, ῥάβδος, et per metonymiam, ἄγγελος, internuntius verborum Musarum.

Σκύταλον, ου, τὸ. *clava, baculus ligneus,* ῥόπαλον, *virga rotunda et longa.* ἄντα τριόδοντος (contra tridentem Neptuni) ἐτίναξε σκύταλον χερσὶν ὁ Ἡρακλῆς, incussit clavam suam Hercules, Ol. 9. 45.

Σμικρὸς, ὰ, όν. est Atticum pro μικρός: et est quasi ζαμικρὸς, *valdè parvus,* per syncopen. σμικρὸς ἐν σμικροῖς, Py. 3. 191, ubi utrumque in masculino intelligendum.

Σόλυμοι, ων, οἱ. Natio confinis Lyciæ, et Lyciis infesta. Dicunt Veteres, τοὺς Σολύμους apud Homerum esse eosdem, quos Πισίδας ἢ Πισιδεῖς Recentiores dixere. Σολύμους ἔπεφνε, Ol. 13. 129, ἔθνος πολεμικώτατον μεταξὺ Λυκίας καὶ Παμφυλίας· Pisidæ ergo. Alibi τὰ Σόλυμα est urbs Assyriorum, condita post deletum primum templum Hierosolymitanum: quam urbem Homerus ignorat, utpote diu post eum conditum. Eustathii ævo vocabantur barbarâ dialecto οἱ τζέλυμοι in Lyciæ confinio.

Σοφία, ας, ἡ. *peritia in arte aliquâ.* σοφία ἄδολος, artis perito etiam magna ars, est, ex judicio ejus, expers præstigiarum, et simplex, Ol. 7. 98. ἐχθρὰ, ars odiosa καὶ μεμισημένη, Ol. 9. 57. δέδεται κέρδει, lucro irretiri solet etiam sapientia, Py. 3. 96. κλέπτει, ars ejus latet, Ne. 7. 33, ubi de Poësi Homericâ sermo est, quam pauci intelligunt. τὸ πλουτεῖν σὺν τύχῃ πότμου σοφίας, Py. 2. 103, ditescere sic ut adjuncta sit sors sapientiæ. σοφίας, sc. ταύτης, artis hujus, Py. 4. 442, τῆς περὶ τὸ, συντόμως λέγειν. ἄωτον, Ist. 7. 25, ad sapientiæ florem summum. σοφίᾳ, Ol. 1. 187, i.e. κατὰ σοφίαν, arte. ἀμφὶ σοφίᾳ, cum arte, Py. 1. 23. σοφίαν τὴν Οἰδιπόδου, solertiam ejus in solvendo ænigmate, Py. 4. 467. σοφίαν δὲ, sc. δρέπων, Py. 6. 48, decerpens: sed legendum ibi potiùs σοφᾶν, sc. Μουσᾶν. σοφίαι αἰπειναί, Ol. 9. 161, studia literarum et rei poëticæ ardua.

Σόφισμα, ατος, τὸ. *prudens inventio.* ἀρχαῖα σοφίσματα, primas rerum prudenter excogitatarum inventiones, Ol. 13. 24.

Σοφιστὴς, ου, ὁ. *probè doctus et institutus.* in specie, *qui artem oratoriam docet alios, eosque exercet datis thematibus.* μελέτων

σοφισταῖς, Ist. 5. 36, studium et materiam ipsi præbent magistris dicendi: vel in genere, doctis et eruditis scriptoribus: nam fortasse determinatio illa specialior, recentior est Pindaro.

Σοφὸς, ὴ, όν. *peritus, callens artem aliquam, intelligens artis.* σοφὸς apud Pindarum sæpè est, *a naturâ maximè doctus aliquam artem;* et, *qui bonâ theoriâ et præceptis artis est instructus;* in opp. ad μαθόντα ex solâ imitatione. sic, Ol. 2. 154—159; nam natura præstantior est solâ arte acquisitâ per imitationem. εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἰ ἀγλαὸς, sive doctus, sive formosus, sive illustris honoribus, Ol. 14. 9. σοφὸς ἁρματηλάτος, peritus auriga, Py. 5. 154. σοφὸς βίον κορύσσειν, peritus et dexter ad augendum rem familiarem, Py. 8. 104. ἐσσὶ γὰρ, es enim rei hujus peritus, Ist. 2. 19, igitur sapienti sat: ubi simul ad animum intelligentem respicitur. καὶ σοφὸν, etiam sapientem κατ' ἐξοχὴν, Ol. 7. 56. πὰρ σοφὸν ἀντιφερίξαι, Py. 9. 88, cum sapiente me comparare. εὖ ἔχοντες καὶ σοφοὶ ἔδοξαν εἶναι, Ol. 5. 37, fortunati etiam sapientes videri solent esse. σοφοὶ κατὰ δαίμονα ἐγένοντο, sapientes divinitùs fiunt, et fieri solent, Ol. 9. 42. sic, ἔφυν, nascuntur, Py. 1. 81. πόλιν τηροῦσι, servant civitatem, Py. 2. 160, sc. in ἀριστοκρατίᾳ. τέκτονες ἐπέων, artifices carminum, Py. 3. 201. κάλλιον φέρουσι, Py. 5. 15, in pulchrius ferunt et exornant. μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον ἔμαθον, sapientes ventum post tertium diem futurum cognoscunt, Ne. 7. 25, ubi ad σοφοὶ subintelligendum κυβερνητῆρες, qui cognitionem futuri venti sollicitè quærunt, nec lucri cupiditate id negligunt. σοφῶν μητίεσσι, i.e. ὑπὸ τῶν σοφῶν, a doctis et rerum prudentibus, Ol. 1. 15. ἐφάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων, Py. 4. 245, sic cœpit loqui sapienter. στόματα, ora sapientum et doctorum poëtarum, Ist. 8. 105. τὸ πόρσω δὲ (id quod ulterius est ultra columnas Herculis,) ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον κἀσόφοις, Ol. 3. 80, est inaccessum et incognitum doctis indoctisque. ἐν σοφοῖς πολίταις, inter sapientes et doctos cives, qui poëseos sunt periti, Py. 4. 526. σοφοῖς ἀκοὴ, sc. χαρίεσσα, Py. 9. 135, auditio est grata sapientibus, in opp. ad vulgus. ὑμνητὸς, celebratus a doctis poëtis, Py. 10. 35. ἐν σοφοῖς ἀνδρῶν, Atticè pro ἀνδράσι, Ne. 8. 70, inter doctos. σοφῆς πειθοῦς, doctæ suadelæ, Py. 9. 69. σοφώτατόν ἐστι νοῆσαι, Ne. 5. 32, est res sapientissima. σοφώτατα νοήματα παραδεξαμένους, qui acceperunt et didicerunt sapientissima cogitata, Ol. 7. 132, i.e. σοφωτάτους. σοφὸς est a σόος, *salvus*, et τὸ φάος, *lux. qui multum luminis veri in arte suâ habet.*

Σπάω, fut. άσω. *traho.* σπασάμενος ἄροτρον, Py. 4. 416, cum jungeret aratrum bubus. ab hoc verbo est σπαδίζω, fut. ξω. *decortico.*

Σπέομαι, id. quod ἕπομαι, *sequor.* σπέσθαι ἐφετμαῖς, Ist. 6. 25, comitari preces, adesse precibus, easque ratas esse jubere. σπομένην πελάγει, Py. 4. 70, glebam terræ fatalem, quæ in mare incidit, et ad mare quasi sponte se applicuit; ἀκολουθήσασαν.

Σπέρμα, ατος, τὸ. *semen.* σπέρμα φλογὸς, Ol. 7. 87, i.e. πῦρ, ignem, quo accendere possent sacrificium in templo. κοινὸν, Ol. 7. 171, i.e. nepotes Diagoræ. μέγιστον, Ol. 9. 93, i.e. υἱὸν ἀπὸ σπέρματος μεγίστου, utpote divini. καθαρὸν φέρουσα, Py. 3. 27, i.e. imprægnata a Deo. ἄφθιτον Λιβύης, Py. 4. 76, i.e. gleba terræ Cyrenaïcæ, fatale pignus potiundæ aliquando

terræ Cyrenaïcæ. ἀδείμαντον, Ne. 10.30, i.e. imperteritum filium Jovis, Herculem, in utero matris. et 151—153, θνητὸν, mortale semen, i.e. filium ex homine conceptum. σπέρματος ἔχοντα ῥίζαν, ortum ex tali stirpe, Ol. 2. 82. ἐξ ἑνὸς, Py. 3. 67, ignis ex unâ scintillâ oriens.

Σπέρχω, fut. ξω. *festinare facio, celeriùs ire facio;* item intransitivè, *festino, studiosè progredior*, σπεύδω. θεῶν βασιλὶς σπερχθεῖσα θυμῷ, Ne. 1. 60, deorum regina concitata animo et irritata. σπέρχω est a σπέω, i.e. ἕπω, *persequor*, et ἔρχω, *eo, ire facio.*

Σπεύδω, fut. εύσω. *urgeo, festinare jubeo*, it. *propero, festino.* κῦδος ὄρσαι σπεύδει, Ol. 4. 21, decus excitare satagit. μὴ σπεῦδε, ne nimis affecta, Py. 3. 110. μὴ σπεύδειν, Ist. 4. 22, infin. pro imperativo.

Σπλάγχνον, ου, τὸ. *viscus.* plur. τὰ σπλάγχνα, ων, *viscera*, et quidem majora ea, sc. jecur, cor, pulmo, &c. dicta a σπλὰν, ανὸς, ὁ. a parte totum, vel a specie genus; et distinguuntur a ταῖς χορδαῖς, ab intestinis cavis. in sacrificiis, ante quàm carnes assatas comederent, distribuebant inter se illa viscera, eaque assata degustabant, in signum quòd omnibus cordi esset res divina, combustis priùs femoribus. ὑπὸ σπλάγχνων ἦλθε, prodiit ex visceribus, i.e. ἐγεννήθη, Ol. 6. 73. et Ne. 1. 53, i.e. ἐκ τῆς νηδύος μητρικῆς ἐξῆλθε, ex utero materno.

Σπονδὰ, Dor. pro σπονδὴ, ῆς, ἡ. *libatio, libamen.*

Σπονδοφόρος, ου, ὁ, ἡ. *qui libationes offert; sacerdos.* σπονδοφόροι Κρονίδου, Ist. 2. 35, sacerdotes Jovis.

Σπουδὰ, Dor. pro σπουδὴ, ῆς, ἡ. *studium, seria agendi intentio*, it. *continuatio agendi.* συνεφαπτομένας σπουδᾷ, Ol. 10. 117, sc. τῶν Μουσῶν, unà cum Musis studiosè opitulatus. ἀμφὶ τοῦ θέμεν σπουδὴν ἅπασαν, Py. 4. 492, omne studium impendere.

Σπουδαῖος, α, ον. *serius.* πάντα λόγον θέμενος σπουδαῖον, Py. 4. 235, omnem rem exponens seriò, vel et, molestam, difficilem.

Στάδιος, α, ον. *stans firmiter.* σταδίων θαλάμων, stabilium domorum, Ol. 5. 30, ἑδραίων.

Στάδιος, ου, ὁ. et τὸ στάδιον, ου. *curriculum 625 pedum, seu 125 passuum geometricorum, in rectam longitudinem.* ἐπὶ γυμνὸν, Py. 11. 73, nam nudi decurrebant. σταδίων δισσῶν, Ne. 8. 26, i.e. duarum victoriarum cursu relatarum: vel et, duplicibus stadiis, i.e. cum tantundem spatii recurrendum erat, quantum erat decursum, quod vocabatur ὁ δίαυλος. σταδίοις ἐν γυμνοῖς, Ist. 1. 31, in ludis gymnicis.

Στάζω, fut. ξω. *stillo, instillo, destillo.* ἔσταξε τόνδε θνητὸν σπέρμα, Ne. 10. 153, illum stillavit et injecit matri ut mortalem.

Στάθμα, Dor. pro στάθμη, ης, ἡ. *funiculus, rubro aut atro colore infectus, quo utuntur fabri lignarii ad describendam lineam rectam; aliique fabri ad explorandam lineam rectam.* metaphoricè sic vocatur *legis latio.* Ὑλλίδος στάθμας ἐν νόμοις, Py. 1. 120, i.e. legibus Laconicis; ab antiquo principe Hyllo, Herculis filio, a quo στάθμη Ὑλλὶς nomen accepit, et in genere *leges more Dorico constitutas* notat, νομοθεσίαν δικαιοσύνης Δωριέων. στάθμας περισσᾶς, libræ largioris, i.e. fortunâ benigniore et largiore, Py. 2. 166. στάθμαν πρὸς πατρῴαν ἴσιν, ad lineam rectam paternam ambulare solet, Py. 6. 45, πρὸς ὀρθότητα. πρὸς ὑγ-

τινα, Ne. 6. 13, quamnam ad lineam vel metam.

Σταθμάω, fut. ήσω. *ad amussim et mensoriam lineam exigo.* σταθμᾶτο ἄλσος, Ol. 10. 53, dimetiebatur lucum, καταμετρεῖτο, περιώριζε.

Σταθμὸς, οῦ, ὁ. *statio, stabulum, postis, libra, pondus libræ.* εἰς σταθμὸν Ἀΐδου, ad limen Plutonis, Ol. 10. 110. παρὰ σταθμῶν εὐηράτων, Ol. 5. 22, ab amabilibus stationibus Pelopis, i. e. habitationibus. ἀπὸ αἰπεινῶν, Py. 4. 135, a montanis habitationibus, ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων ἐπαύλεων τοῦ Χείρωνος, παρὰ γὰρ αὐτῷ ἐπαιδεύθη ὁ Ἰάσων. et in genere, οἱ σταθμοὶ sunt αἱ κατὰ ἀγροὺς ἐπαύλεις. ἐς σταθμοὺς οὐρανοῦ, Ist. 7. 65, in stationes cœli.

Στάλα, Dor. pro στήλη, ης, ἡ. *columna erecta, cippus, statua.* στηλᾶν Ἡρακλέος ἅπτεται, Ol. 3. 79. de iisdem columnis Herculis est, Ist. 4. 19, 20. στάλαν θέμεν τῷ, Ne. 4. 131, columnam ponere ei, i. e. monumentum, carmen laudatorium.

Στάσις, εως, ἡ. *seditio.* στάσις ἀντιάνειρα, seditio viros sibi invicem opponens, Ol. 12. 23, i. e. μάχη ἐξ ἐναντιώσεως ἀνδρῶν γινομένη. ut ergo et in genere, *pugnam hostilem*, denotet vox. στάσιν δεινὴν πατρίων οἴκων, discordiam atrocem paternarum domuum, Ne. 9. 31, seditionem internam.

Στάω et **στέω**, fut. ήσω. *stare facio, constituo, pondero.* ἵστησας, constituisti, Ist. 7. 19. στῆσεν αὐτὴν, constituit eam, stare fecit, Py. 9. 209. ἵστησιν ἑορτὴν, Ol. 10. 70, i. e. ἐνομοθέτησε. ἵστασιν αὐτοὺς ὀρθοὺς, Py. 3. 95, i. e. ἀνίστησιν ὑγιεῖς. ἅπαντα χορὸν, Py. 9. 200, collocavit cœtum eum omnem. Ὀλυμπιάδα, Ol. 2. 6, instituit certamen illud. ἵστασαν καρδίαν ὀρθὴν, Py. 3. 171, stare fecerunt cor rectum, i. e. tranquillum. ἀναπνοὴν, Py. 4. 354, respirationem fecerunt. στήσομαι, Ne. 5. 29, stabo. ἱστάθη, Py. 4. 149, stabat. στάθεν ἔναντα, Ne. 10. 124, pro ἱστάθησαν, contrà steterunt. σταθεὶς, Ol. 3. 57, stans.

Στέγω, fut. ξω. *tego, contego, tueor, contineo, tolero.* it. *tegendo arceo.* παρδαλέα στέγετο ὄμβρους, Pardi pellis sustinebat et arcebat imbres, Py. 4. 144. sic apud Æschyl. Septem contra Theb. 240. πύργος ἀποστέγει, munitio procul arcet turbam hostium.

Στείχω, fut. ξω. *vado, eo.* στεῖχε, proficiscere, Ne. 5. 6. οἴκοθεν στεῖχειν ἐπώτρυνεν αὐτοὺς, Ne. 9. 47, domo proficisci hortatus est eos. στείχοντα σὺν κόρῳ, Ne. 1. 98, incedentem superbè. et 38, ἐν ὁδοῖς εὐθείαις, in rectis viis ambulantem.

Στέλεχος, εος, τὸ. *pars arboris a radice supra terram*, sive assurgat in ramos, sive supersit a detruncatâ arbore hærens adhuc radicibus. est a στέλλω, ex notione Recentiorum, *mitto, emitto;* vel et ex notione antiquâ, *statuo, constituo;* est enim quasi pes arboris: cum paragoge. ἐν στελέχει δρυὸς ἥμενον, Ne. 10. 115, sedentem humi, corpore ad stantis arboris truncum acclinato ob defectum virium.

Στέλλω, fut. ελῶ, *apto, instruo, exorno.* it. *contraho, colligo, comprimo.* notat etiam περικρύπτειν, περικαλύπτειν, unde ad vestimenta transiit hoc verbum. imò apud Recentiores accessit etiam *mittendi* notio. πλόον στέλλειν (Dor. pro στέλλειν) ἐς ἀμφιθάλασσον νομὸν ἀπὸ ἀκτῆς Λερναίας, Ol. 7. 61, navigationem et classem exornare et deducere in mari cinctam habitationem a littore Lernæo. ἐγὼ ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς, Ol. 13. 69,

ego privatus in re publicâ ablegatus. hic recentior significatus ortus est ex primo, qui est *constituere, ordinare, aptare, ornare.*

Στερεὸς, ὰ, όν. et στεῤῥὸς, ὰ, όν. *firmus, durus, solidus.* στερεῷ πυρὶ, Ol. 10. 45, i. e. ἰσχυρῷ καὶ δραστηρίῳ, igne valido, nec facilè extinguendo. στερεᾶν ὀδυνᾶν, Py. 4. 394, genit. plur. Dor. sævorum et durorum dolorum.

Στερέω, fut. έσω et ήσω. *privo, destituo, solum stare facio.* στερηθεὶς ὅπλων, fraudatus armis, Ne. 8. 46. hinc est ὁ βιοστερὴς, *cui deest victus.*

Στέρνον, ου, τὸ. *pectus.* στέρνῳ ἐνέβαλον πέτρον, pectori ejus injecerunt saxum, Ne. 10. 127, Polluci. ἀναπνοὴν στέρνων καθεῖλεν, Py. 3. 103, respirationem pectoribus eripuit. στέρνα λαχνήεντα, Py. 1. 36, pectora hirsuta, Typhoïs sub Ætnâ. στέρνον est a στερεὸς, ob os illud latum et firmum pectoris.

Στεροπὴ, ῆς, ἡ. *fulgur,* it. *fulgor.* στεροπῆς ἀκτῖνες ἦλθον, de fulgure, Py. 4. 353. στεροπᾶν πρύτανιν, fulminum dominum, i. e. Deum, Py. 6. 24.

Στεφανηφορία, ας, ἡ. *coronæ allatio vel gestatio,* Ol. 8. 13.

Στέφανος, ου, ὁ. *circulus, corona.* στέφανος περίκειται αὐτοῖς, Ol. 8. 100, corona victorialis imposita est illis. ἐπὶ στεφάνῳ, Ol. 11. 13, super coronam. στέφανον ἀρετῆς, Ol. 3. 32, coronam virtutis. μετὰ ἰὼν, ad coronam consequendam iens, Ol. 4. 36. Ἰλίῳ ἐπιτεῦξαι στέφανον, urbi addere munitionem, Ol. 8. 42. ποταίνιον ἔλαχε, recentem nactus est coronam, Ol. 10. 72. et 74, ἀγώνιον, certatoriam. ὕψιστον, Py. 1. 195, coronam summæ dignationis. ἐπιβαλὼν, Py. 11. 22, addens. νικῇ (pro νικᾷ, victor reportat, a νικάω) Ne. 5. 9. ἐκράτησε, obtinuit in certamine, Ne. 10. 48. λάμβανέ οἱ, Ist. 5. 78, sume in manum et affer ei coronam. εὐανθέα πόρε, præbe floridam, Ist. 7. 72. ἐπιζευχθέντες χαίταις, Ol. 3. 11, comis impositæ. ἀθρόοι, crebræ, Ist. 5. 10. στεφάνων ἄωτον, i. e. ὕμνον ἐπινίκιον, Ol. 5. 2. τεθμὸν ἐγκώμιον, Ol. 13. 39, laudatorium morem coronarum. Πυθίων τυχόντα, nactum coronas Pythias, Py. 10. 41. ὀπαδὸν, comitem, Ne. 3. 12. ὅρμον, seriem, Ne. 4. 28. et 124, κλυτοκάρπων, inclytos fructus ferentium. πλεόνων ταμίαν, Ne. 6. 44, plurium possessorem. ἐν ὀρφανίᾳ, Ist. 8. 15, in defectu coronarum. στεφάνοις κλυτὴν πόλιν, Py. 1. 71, i. e. victoribus claram. τηλαυγέσιν, procul splendentibus, Py. 2. 11. αἴγλην, Py. 3. 131, splendorem coronis. στεφάνοις ποίης ἔρεπτόν μιν, Py. 4. 426, coronis gramineis contegebant eum, pro, ἔρεφον. ὀκτὼ ἐμίχθησαν, Ne. 2. 34, octo victoriis immixti, i. e. honorati, sunt. θεμιπλέκτοις, Ne. 9. 125, ritè nexis. εἴρειν, nectere, Ne. 7. 113. ἐξ ὤπασε, Ist. 1. 11, præbuit. quibus omnibus locis sermo est de victoriis certaminum. στέφανος est a στέφω, *circumdo.*

Στεφανόω, fut. ώσω. *cingo, circumdo.* apud Pindarum est notio *coronationis in capite.* ἐστεφάνωσεν οἱ κόμαν, coronavit sibi comam, Ol. 14. 34. στεφανῶσαι κεῖνον, coronare eum, Ol. 1. 163. στεφανωσάμενος, coronatus, Ol. 12. 25. et in casu quarto, Ol. 7. 29.

Στεφάνωμα, ατος, τὸ. *coronamentum, ornamentum superius.* στεφάνωμα πλούτου, Py. 1. 96, et sic vocat τὴν τιμήν: nam sine dignitate, quid est πλοῦτος solus? ἄνδρα, στεφάνωμα Κυράνας, ornamentum egregium urbis illius, Py. 9. 5.

στεφάνωμα ἐκ Πυθῶνος, coronationem ex Pythone, Py. 12. 9.

Στὶξ, ίχος, ἡ. in genere est, *ordo militaris; divisio aliqua militum*, nullo certo numero eorum præfinito; præcise vero est, *cohors militum pedestrium, habens viros quingentos*. ἐπέων στίχες ἦν, verborum series erant hæ, Py. 4. 100, i. e. ita sequebantur verba ejus. nam στὶξ et ὁ στίχος est propriè *series unius post alterum*; et fœmininum plurale habet quoque verbum in singulari nonnunquam. et 373, ἀνέμων, ventorum successiones et ordines. ποτὶ στίχας δυσμενέων, Ne. 9. 91, in ordines hostium.

Στόλος, ου, ὁ. *apparatus, ornatus, expeditio, classis*. εὐανθέα ἀναβήσομαι στόλον, Py. 2. 114, floridam et amœnam insistam expeditionem quasi, et profectionem, eundo per laudes viro proprias. imò στόλος est, *quivis cœtus, et grex benè dispositus*, apud Recentiores. hinc Py. 8. 141, ἐλευθέρῳ στόλῳ, libero cœtui civium. ἐν περισθενεῖ παγκρατίου, Ne. 3. 27, in valdè robusto apparatu Pancratii; nisi Παγκράτιον h. l. pro παγκρατιαστὴς, οῦ, ὁ. metonymicè; ut στόλος sit, *cœtus et grex Pancratiastarum*, quibus multo robore opus erat, quia id certamen compositum erat ex luctâ et pugilatu.

Στόμα, ατος, τὸ. os. στόμα, ἀπόῤῥιψον λόγον, Ol. 9. 55, abjice sermonem hunc, os meum, i. e. ne loquere ista. στόμα χθόνιον ᾅδου, Py. 4. 78, ostium supernum Orci; ubi sic vocat Tænarum. et 362, ἐπὶ Ἀξείνου, ad ostium Ponti. κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ περιβάλλει, mutus ille est, qui Herculi non applicat os suum, Py. 9. 152, i. e. ὃς μὴ ἐγκωμιάζει αὐτόν. βραχύ μοι, Ne. 10. 35, arctum mihi est os, non sufficit ad omnia recensenda. σιγᾷ οἱ, Ne. 10. 54, reticet os ejus id. τοῖς Αἴγιναν προφέρει στόμα πάτραν, quibus eam esse patriam, præ se fert os eorum, Ist. 5. 55. στόματος ἀθανάτου ἀπέπνευσε, Py. 4. 18, efflavit Medea vaticinium illud ex ore suo divino. στόμα est a τέτομα, perf. med. a τέμνω, præfixo sigma. nam ipsum os est *fissura*.

Στοναχὰ, Dor. pro στοναχὴ, ῆς, ἡ. *gemitus ex luctu et mœrore oriens*.

Στονόεις, εσσα, εν. *gemitum ciens, gemituum plenus*. στονόεντα ὅμαδον, Ist. 8. 54, luctuosum clamorem pugnæ.

Στράταρχος, ου, ὁ. *supremus militiæ dux*.

Στρατεύομαι, *milito, miles sum, expeditionem facio*. Φιλοκτήτου δίκην ἐφέπων ἐστρατεύθη, Py. 1. 98, ejus morem imitatus militavit. forma activa, in sensu *sedendi* et *commorandi*, quasi in castris, est apud LXX, Judicum 19. 8. στράτευσον, sede, morare.

Στρατιὰ, ᾶς, ἡ. *exercitus, cœtus, populus*. ποθέω στρατιᾶς ἐμῆς ὀφθαλμὸν, desidero, abesse doleo, oculum exercitûs mei, Ol. 6. 126. μόνος, ἄνευ στρατιᾶς, solus, sine exercitu, Ne. 3. 59. Ἑλλανίδα στρατιὰν, Græcum conventum, Græcos, Py. 11. 75. sic et Αἰολέων, Ne. 11. 45, coloniam, ἀποικίαν.

Στρατὸς, οῦ, ὁ. propriè est, *exercitus in castris stans, et quasi stratus*; deinde in genere, *exercitus*, sive is sit terrestris, sive navalis. apud Pindarum, στρατὸς sæpè est, *cœtus, populus*. ἐξεγένοντο στρατὸς θαυμαστὸς, nati sunt populus mirandus, Py. 2. 85, de Centauris. et 160, λάβρος, impe-

tuosus populus, ἐν δημοκρατίᾳ. ἀμείλιχος νεφέλης στρατὸς, Py. 6. 11, cœtus asper nubis, i.e. imber vehemens. στρατοῦ κύριε, sc. πολλοῦ, numerosi populi domine, Py. 2. 108. μοῦνος ἐκ Δαναῶν στρατοῦ, ex Græco exercitu solus, Py. 8. 74. στρατῷ, i.e. ἐν δήμῳ, Ol. 9. 143. ἐν Ἀμφικτυόνων στρατῷ, i.e. συνόδῳ, in eorum concilio et conventu, Py. 10. 12. παντὶ, cœtui omni, Ne. 1. 93. Κάδμου, Cadmi populo, Ist. 1. 12. ἐναντίῳ, Ist. 7. 41, opposito exercitu. στρατὸν, i.e. ὅλον ὄχλον, Ol. 5. 28. Τιρύνθιον, Ol. 10. 40, i.e. πολλοὺς συστρατεύσαντας αὐτῷ. et 51, ὅλον, totum exercitum. et 79, ἐλαύνων, populum ducens inde. φυγόξενον στρατὸν, populum hospitibus inimicum, Ol. 11. 17. τοξότην Ἀμαζονίδων, Ol. 13. 127, sagittarium exercitum earum. νώμα στρατὸν, guberna populum, Py. 1. 166, λαὸν, δῆμον. ἐνέβησε, Py. 4. 340, navem conscendere fecit populum Argonautarum. ἐπίνομον στρατὸν Ἡρωΐδων, curantem Thebas cœtum semidearum, Py. 11. 14. ἅρμοζον, Ne. 8. 20, gubernabant populum. ἀνδρῶν ἤγαγον, Ne. 9. 43, exercitum virorum fortium duxerunt. Ἕλλανα, Ne. 10. 46, Græcum populum et conventum.

Στρέφω, fut. ψω. *verto, converto, torqueo.* ἔριδα στρέφοι, litem et contentionem in fugam convertere queat, Ne. 4. 152.

Στρωμνὰ, Dor. pro στρωμνὴ, ῆς, ἡ. *stratum.* in genere, *omne id quod substernitur aut subjacet jacenti.* στρωμνὰ χαράσσοισα, (Dor. pro χαράσσουσα,) Py. 1. 54, stratum subjacens, durum, et lædens eum qui superjacet; τὸ ὑποστρωμένον ἔδαφος κεντρῶδες, ἐπιξύον τὸν νῶτον. et sermo est de Typhone, jacente humi sub Ætnâ, qui lectus omninò est valdè durus, et vibices imprimens corpori vel dorso. ἀπὸ στρωμνῆς, de strato, i.e. de lecto et cubili, Ne. 1. 75, exsiliens subitò. στρωμνὴν ἄφθιτον, Py. 4. 410, ubi sic vocatur aureum illud vellus: quia enim antiqui vellera ovium substernebant sibi dormituri, hinc vocatur στρωμνὴ; et quia aureum, hinc ἄφθιτος, nam aurum non corrumpitur putredine aut ejusmodi peste: Διὸς γὰρ παῖς ὁ χρυσὸς, κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς δάπτει.

Στυγερὸς, ὰ, όν. *quem horremus, et aversamur; horribilis; frigus faciens.* πλοῦτος στυγερώτατος, Ol. 10. 108, divitiæ tristissimæ et tristem facientes habentem: sub conditione.

Συγγενὴς, έος, ὁ, ἡ. *unà natus, connatus.* ὀφθαλμὸς συγγενὴς, i.e. ἴδιος, σοῦ, Py. 5. 21, et synecdochicè, ὅλον σῶμα, ipse Arcesilaus. συγγενὴς πότμος, Ne. 5. 74, fortuna congenita. τὸ συγγενὲς, Py. 10. 19, i. e. τὸ ἔμφυτον ἀπὸ γένους. συγγενὲς, sc. ἐστὶ, Ne. 1. 41, i.e. συμφυές. τὸ συγγενὲς ἄγχι καρποφόροις ἀρούραις τεκμαίρει ἰδεῖν, Ne. 6. 15, ubi constructio est, τεκμαίρει ἰδεῖν, certo indicio videre fecit, τὸ συγ. ἄγχ. ἀρούραις καρποφόροις, cognationem propinquam cum arvis frugiferis. συγγενεῖ εὐδοξίᾳ, Ne. 3. 69, ex congenitâ illustri virtute, sc. evehitur aliquis reverà.

Σύγγονος, et Att. ξύγγονος, ου, ὁ, ἡ. *unà natus, congenitus; cognatus.* συγγόνῳ παρὰ ἑστίᾳ, Ol. 12. 21, apud cognatum larem. σύγγονον ἀτρεμίαν, Ne. 11. 15, ingenitam animositatem. σύγγονοι ἔθεσαν κούρην ἐν ξυλίνῳ τείχει, Py. 3. 69, cognati collocârunt puellam in ligneâ strue. συγγόνων χάριν, Ol. 8. 105, cognatorum gloriam. συγγόνοις τέχ-

νικις, Py. 8. 87, artibus congenitis, et quasi a patre hæreditariis.

Σύγκοιτος, ου, ὁ, ἡ. *unà cubans, cubilis socius.* σύγκοιτον γλυκὺν, ὕπνον, Py. 9. 42, somnum, dulcem concubitorem.

Συγκωμάζω, fut. άσω et άξω. *unà tripudio.* συγκωμάξατε, Ol. 11. 16, i. e. συγχορεύσατε.

Συλάω, et σκυλάω, fut. ήσω. primùm notat, *prædor per canes venaticos, prædam consector per canes*, ab ὁ σκύλαξ. deinde in specie est, *spolio occisum hostem*; in genere est, *extraho, eripio, exuo.* prima imago petita est a feris, quæ catulorum causâ in prædam exeunt, ut catulos suos satient: hinc est, *rapio, subtraho, detraho, furtìm ago vel sumo.* κρᾶτα συλήσαις Μεδοίσης, caput Medusæ abripiens, Py. 12, 28, i. e. cum occidisset Medusam, eamque spoliâsset capite. ἔσυλε, (a. 2. act.) δόμους, Py. 11. 51, expilavit domos hostiliter; ubi tamen alii [sicut et Heynius] rectiùs legunt, ἔλυσε, destruxit. συλαθεὶς (Dor. pro συληθεὶς) ἀγενείων, Ol. 9. 135, ubi genitivus pendet ab omissâ præpositione ἐκ, ex imberbibus ereptus est, ex imberbium numero ante maturum aliàs tempus exemptus est, ὑπεξελθὼν ἐκ τῶν ἀγενείων, καὶ εἰς τοὺς ἄνδρας χωρήσας, ubi passivum intransitivè intelligendum, eripiens ipse se.

Συλλαμβάνω, *arripio, corripio.* παρακείμενον συλλαβὼν τέρας, Ol. 13. 103, cupidè arripiens prodigium adjacens, i. e. frænum a Pallade relictum.

Συμβάλλω, *in unum conjicio.* τέμενος συμβάλλομαι, Ist. 1. 84, sacellum addo. conf. τέμενος. συμβαλεῖν λίαν εὐμαρὲς ἦν, Ne. 11. 43, conjicere valdè facile erat. ubi vides notionem illam verbi Recentiorum.

Σύμβολον, ου, τὸ. *signum.* σύμβολον πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσσομένας, Ol. 12. 10, signum certum, ex quo conjici potest futurum.

Συμμαχία, ας, ἡ. *societas belli*, Ol. 10. 88, ubi est abstractum pro concreto, sociis suis.

Σύμμαχος, ου, ὁ, ἡ. *qui unà pugnat auxilii causâ, belli et pugnæ socius.*

Συμμίσγω, *commisceo.* συνέμιξε τὴν τύχῃ, Py. 9. 128, potiri fecit eam fortunâ.

Συμπαρίστημι, *unà adsto, unà adstare et adesse facio.* Ol. 6. 72, Μοίρας, Parcas ei adesse fecit.

Σύμπειρος, ου, ὁ, ἡ. *unà gnarus, probè peritus.* σύμπειρον (ἐν) ἀγωνίᾳ θυμὸν, experientem in certando animum, Ne. 7. 15, animum unà exercentem se.

Συμπέμπω, fut. ψω. *unà mitto.* καὶ πτερόεντα νέον σύμπεμψον ὕμνον, Ist. 5. 81, unà mitte, cum coronâ scilicet.

Συμπίπτω, *concido.* et ponitur ab Homero de conflictu hostili. συμπιτνεῖν αἰχμῇ, ad concurrendum hastâ, Ist. 4. 86. ergo poëtis his est verbum militare. sed aliis ponitur de *casibus fortuitis.*

Συμποσία, ας, ἡ. *convivium.* συμποσίας ἐφίεντ, compotationes exercens et instituens, Py. 4. 524.

Συμπόσιον, ου, τὸ. idem. propriè dictum ab, *unà bibere.* συμπόσια ἡρώων σπουδαῖα ἀεί. Persæ in vino consultabant, sicci judicabant consulta. Apud Rhodios lex jubebat summos magistratus συσσιτεῖσθαι περὶ τῶν ἕωθεν (cras manè) πρακτέων βουλευσομένους. ergo bibebatur non ad ebrietatem, sed ad

excitandum animum, et benevolâ societate jungendum. συμποσίου χάριν, Ol. 7. 8, convivii gratiam. θάλλοντος, Ist. 6. 1, floridi convivii.

Συμπότας, Dor. pro συμπότης, ου, ὁ. *compotator, convictor.* ἁλίκεσσι συμπόταις, æqualibus compotoribus, Ol. 1. 99.

Συμφορὰ, ᾶς, ἡ. *casus adversus,* (in significatione *speciali* Recentiorum,) *calamitas.* συμφορᾶς οἰκτρᾶς λύτρον γλυκὺ, Ol. 7. 141, liberatio calamitatis miserandæ jucunda. συμφορᾷ δεδαϊγμένοι, Py. 8. 125, calamitate sauciati. cæterùm est nomen μέσον, et ponitur quoque de *lætis eventibus.*

Συμφυτεύω, vid. sub φυτεύω. Ist. 6. 16.

Σύμφυτος, ου, ὁ, ἡ. *unà natus.* σύμφυτον ἀνδρῶν ἀρετὴν, Ist. 3. 22, ubi est pro, συγγενῶν ἀνδρῶν ἀρετήν.

Σύμφωνος, ου, ὁ, ἡ. *consonans, concinens, concors.* δῆμον τράποι σύμφωνον ἐφ' ἡσυχίαν, Py. 1. 136, populum vertat ad concordem quietem.

Σὺν, præpositio, regens casum sextum. *cum; unà.* nec *comitatum* aut *societatem* tantùm notat, sed et *instrumentum,* sicut Germanorum *mit.* συν θεῷ, Ne. 8. 28. σὺν θεοῖς, i. e. θεῶν βουλομένων, Ol. 8. 18. σὺν τιμαῖς θεῶν, Py. 4. 463, cum reverentiâ in deos, sub conditione pietatis erga deum. ἐλευθερίᾳ, Py. 1. 119, cum libertate. Χαρίτεσσιν, Ne. 9. 129, faventibus Gratiis. λήθη, σὺν πότμῳ εὐδαίμονι, γένοιτο ἂν, oblivio, sc. malorum, fieri potest felici sorte fayente, Ol. 2. 34. et 60, σὺν ἀγαθῷ, cum felicitate. et 74, ἀλληλοφονίᾳ, per mutuam cædem. φιλοφροσύναις, Ol. 6. 165, cum comitate. παλάμῃ, cum auxilio, Ol. 9. 38. sic, παλάμῃ θεοῦ, Ol. 10. 25, 125, auxilio ejus. σὺν πόνῳ, Ol. 11. 4, cum labore. ἐκείνῳ, sc. ἵππῳ, Ol. 13. 124, i. e. μετὰ τούτου ἵππου ὤν. ἀνάγκῃ, necessitate coactus, Py. 1. 98. αὔραις Νότου, per flatus ejus, Py. 4. 361. et 445, αὐτῇ, i. e. eâ volente et spontaneâ et adjuvante. καιρῷ, Py. 8. 9, i. e. εὐκαίρως. ἔντεσι, Py. 12. 37, cum instrumentis. δρόμῳ, Ne. 10. 90, cursu. μάχαις, i. e. ἐν, Ist. 5. 45. adverbialiter est, Py. 4. 393.—9. 203. Ist. 6. 16.

Συναλέγω, *unà curo et procuro.* συναλέγειν γάμον, Ist. 8. 103, unà curare cum reliquis curantibus nuptias ei faciendas.

Συνάντομαι, *occurro.* Οἰδίπους ἔκτεινε Λαΐον συναντόμενος, Ol. 2. 71, sc. in angustiis viarum, et jurgio orto de cedendo. et 174, κόρος οὐ δίκῃ συναντόμενος, contumelia non justè obvians. φόρμιγγι συναντόμενοι, Ist. 2. 4, i.e. carmina ad citharam accommodantes.

Συνάορος, Dor. pro συνήορος, ου, ὁ ἡ. *conjunctus, copulatus.* εὐλογία φόρμιγγι συνάορος, Ne. 4. 9, laus citharæ adjuncta comes: apto quodam vinculo connexa cum citharâ.

Συνάπτω, fut. άψω. *urgeo.* ὥρα γὰρ συνάπτει, Py. 4. 440, tempus urget, ἐπείγει με καιρὸς, adjungit me rei.

Συναρμόζω, *conjungo, coapto.* φρενῶν καρπὸν εὐθείᾳ συνάρμοξεν δίκᾳ, Ne. 10. 22, mentis fructum æquali justitiæ conjunxit, i. e. attribuit ei prudentiam et justitiam.

Σύνδικος, ου, ὁ, ἡ. *unà in jure et judicio versans, patronus causæ.* deinde in genere, *patrocinans,* συμμαρτυρῶν. σύνδικος αὐτῷ Ἰολάου τύμβος, Ol. 9. 148, nam ad Iolai sepulchrum vicerat in certaminibus ibi solemnibus. ὦ φόρμιγξ, Ἀπόλλωνος καὶ Μουσᾶν σύνδικον κτέανον,

Py. 1. 3, i.e. συνῳδὸν, σύντροπον, apta et conveniens indoli eorum possessio. nam ἡ δίκη sæpè est *mos, ingenium* alicujus; ergo σύνδικον est et, *aptum ad mores alicujus.*

Σύνδρομος, ου, ὁ, ἡ. *concurrens.* συνδρόμων πετρῶν, Py. 4. 370, concurrentium petrarum, insularum illarum natantium.

Σύνειμι, *unà eo, coëo,* vel amicè vel hostiliter. συνίμεν, convenire, Py. 11. 14.

Συνεργὸς, οῦ, ὁ, ἡ. *cooperator.* καλέσαντο συνεργὸν τείχεος, advocârunt eum cooperarium in muro ædificando, Ol. 8. 43.

Σύνεσις, εως, ἡ. *commissio, concursus.* Recentiores ponunt τὴν σύνεσιν ἐπὶ φρονήσεως, si quis, comparatis invicem pluribus, scit eligere optimum. σύνεσις φρενῶν, Ne. 7. 88, prudentia.

Συνετὸς, ἡ, όν. *intelligendi vim habens.* συνετοὶ ἐπαινοῦσιν αὐτὸν, Py. 5. 144, nam a laudatis laudari vera est laus. συνετοῖς φωνήεντα, Ol. 2. 152, i.e. παρὰ τοῖς φρονίμοις, apud intelligentes sonantia benè.

Συνευνάζομαι, fut. άσομαι. *concumbo, unà cubo.* συνεύνασθεν, pro συνευνάσθησαν, Py. 4. 452, cum Lemniis mulieribus Argonautæ, in abitu suo, i.e. in itinere versus Colchos.

Σύνευνος, ου, ὁ, ἡ. *unà cubans.* σύνευνον παρθένον, Ol. 1. 143, virginem conjugem accepit.

Συνεφάπτομαι, *unà attingo.* Ol. 10. 117, συλλαμβανόμενος, συνεργῶν.

Συνεχὴς, έος, ὁ, ἡ. *cohærens, continuus.* hujus neutrum, τὸ συνεχὲς, ponitur adverbialiter. φλὸξ, ἀνατελλομένη συνεχὲς, παννυχίζει, Ist. 4. 111, flamma exorta per totam noctem continuatur.

Συνέχω, fut. ἕξω. *cohærere facio, cohibeo.* κίων οὐρανία (columna aërea, i.e. altissimus mons Ætna) συνέχει αὐτὸν, cohibet eum et comprimit, Py. 1. 37, sc. Typhoëum subtèr jacentem, quasi in carcere arcto.

Σύνθεσις, εως, ἡ. *pactum, compositio.* σύνθεσιν ταύτην ἐπαινήσοντες, Py. 4. 299, compositionem hanc comprobantes, συνθήκην τῶν ὅρκων καὶ τῆς βασιλείας.

Συνίημι, fut. ήσω. Atticè ξυνίημι. *committo, conjungo.* it. *intelligo*; intelligendi enim actus fit ex collatione et comparatione. συνέμεν λόγων κορυφὴν, intelligere sermonum summam, Py. 3. 141, pro συνιέναι, Ionicè. λόγον μὴ ξυνιείς, verbum non intelligens, Ne. 4. 51. συνέμεν λόγων κορυφὴν, intelligere sermonum summam, Py. 3. 141, pro συνιέναι, Ionicè. Ne. 4. 51, verbum non intelligens.

Σύννομος, ου, ὁ, ἡ. *conjunctus; consors.* Λαβδακίδαις σύννομοι, Ist. 3. 27, Labdacidis quasi collegæ, cognatione juncti. et Labdacus fuerat nepos Cadmi, avus Œdipi.

Συνοικιστὴρ, ῆρος, ὁ. *qui unà condit urbem.*

Συντανύω, *unà tendo, contendo.* πολλῶν πείρατα συντανύσαις, (Doricâ terminatione participii a. 1. act.) ἐν βραχεῖ, Py. 1. 158, multarum rerum summas complexus brevi in sermone; et metaphora verbi sumpta est de reti magno.

Συντελέθω, *unà versor, ejusdem fio juris.* συντελέθειν ἔννομον, Py. 9. 100, quâ (χθονὸς αἴσα, terræ portione,) frui ilico possit legitimè.

Συντίθημι, *compono.* in medio, συντίθεμαι, *convenio alicui,* συμφωνῶ. συνθέμενος ῥῆμα, Py. 4. 493,

i.e. συνιεὶς, κατὰ μνήμην ἔχε καὶ τίμα, probè considerans sententiam, serva eam. συνθέμενος τοῖς, pactus cum his, Ne. 4. 122. συνέθευ, Py. 11. 64, i.e. ὑπέσχου, pactus es.

Συντυχία, ας, ἡ. *casus.* ἐν κρυοέσσᾳ συντυχίᾳ, in horribili casu, Ist. 1. 54. ἐπὶ συντυχίαις, Py. 1. 70, propter hos eventus; ubi in sensu bono.

Σύτο, pro ἐσσύετο, a σεύω, fut. σεύσω. *agito, persequor.* Ol. 1. 32, currebat, ἔτρεχε. ἔσσυται (ab ἔσσυμαι per sync. pro ἐσσύομαι, quod dicunt Iones sæpe pro σεύομαι,) ἅρμα, Ist. 8. 133, in cursu est currus. ἐσσύμενοι, Py. 4. 239, properantes.

Σφάζω, fut. άξω. *macto, abscisso aut aperto jugulo.*

Σφάλλω, fut. αλῶ. *everto, cadere facio.* propriè ponitur de luctatoribus, si alter alterum prosternit, et supplantat, si alter alteri pedes subducit; deinde metaphoricè de aliis rebus, ubi quis dejicitur aut damno afficitur. κρέσσονα ἔσφαλλε τέχνη ἀνδρῶν χειρόνων, Ist. 4. 57, præstantiorem sæpè supplantare solita est ars virorum deteriorum. ὃς Ἕκτορα ἔσφαλε, Doricè pro ἔσφηλε, Ol. 2. 145, qui eum dejecit et occidit; et sermo est de Achille. βία δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ, Py. 8. 19, vis et injustitia etiam magnum labefactare potest tandem. a σφάλλω est ὁ φῆλος, ου, *impostor.*

Σφόδρα, adv. *vehementer.* σφόδρα ὑπέρτεροι δηΐων, Ne. 4. 61, vehementer superiores hostibus.

Σφυρὸν, ου, τό. *malleolus in pede;* dictus a figurâ suâ prominente, quâ ferè malleo est similis. ἀποικίαν ὀρθῷ ἔστησας ἐπὶ σφυρῷ, coloniam recto stare fecisti talo, Ist. 7. 19. ἐν σφυροῖς Παλίου, ad inferiores partes et radices Pelii montis, Py. 2. 85.

Σχάζω, fut. άσω. *cohibeo, inhibeo.* σχάσον κώπην, inhibe remum, παῦσον, Py. 10. 79. ἀκμὴν δεινοτάτων σχάσαις (Dor. pro σχάσας,) ὀδόντων, Ne. 4. 104, vigorem acerrimorum dentium cohibens, i.e. superans leonem.

Σχεδὸν, adv. *propè, contiguè, cominùs.* hinc est σχεδιάζειν, ἀσκέπτως καὶ ἀμελετήτως λαλεῖν ἢ γράφειν; et quia tunc facilè peccatur contra τὸ ἀληθὲς ἢ ἀκριβὲς, hinc sæpè est idem quod ψεύδεσθαι et *nugari.* σχεδὸν παρὰ ποσὶ, Ol. 1. 118, ubi prius explicatur per posterius. σχεδὸν παρέσταν, Ol. 10. 65, adstiterunt propè. ἀμφὶ ἀνδριάντι, juxta statuam, Py. 5. 53. τύμβῳ, Ne. 10. 124, juxta tumulum.

Σχέθω, fut. εθῶ. *contineo, cohibeo, reprimo, habeo, teneo.* σχέθει φροντίδα, Py. 10. 96, tenet et continet avidè rem, de quâ consequendâ curis plenus fuit ante. ἔσχεθε κῦδος, obtinuit gloriam, Ol. 9. 132. ὄφρα σχέθοι ἐρέφοντα ναὸν κρανίοις ξείνων, ut cohiberet et desinere faceret Antæum, tegentem craniis hospitum templum, Ist. 4. 93. σχέθων αὐτὸν ἐπιδέξια χειρὸς, Py. 6. 19, i.e. χειρὶ δεξιᾷ tenens eum, patrem tuum. σχεθέμεν (pro σχέθειν) αὐτὴν, ad habendum eam, Ol. 1. 114. ἐν φυλακῇ, Py. 4. 134, i.e. observaret et caveret.

Σχερὸς, οῦ, ὁ. et τὸ σχερὸν, οῦ. *series, cohærentia,* propriè, littoris. ablativus poni solet adverbialiter, σχερῷ, deinceps, continuo tractu, Ne. 1. 106, ubi de temporis duratione continuâ; et ubi alii legunt σχεῖν ἀεί. ἐν σχερῷ ἄρουραι καρπὸν οὐκ ἔδωκαν, Ne. 11. 50, in continuâ

et non interruptâ serie horarum anni, agri non dare solent fructum. μυρίαι ἔργων καλῶν κέλευθοι τέτμηνται ἐν σχερῷ, Ist. 6. 32, innumeræ operum honestorum viæ sectæ sunt, altera juxta alteram. nam hoc nomen cum ἑξῆς cognatum est. propriè est adjectivum, notatque *continens, cohærens.*

Σχέω, fut. σχήσω. *habeo, teneo, contineo, dirigo.* a.2. ἔσχον. τῶν αὐτὸν ἵμερος ἔσχεν, i.e. ἔλαβεν, horum eum desiderium cepit, Ol. 3. 58. ἀνάταν, habuit calamitatem, Py. 3. 42. ἐσχατιὰν καλλίστην θανάτου, Py. 11. 87, terminum pulcherrimum mortis consequi et tenere solet. Πίσα τεθμὸν Ἡρακλέος, Ne. 10. 60, nam Pisa tenet institutum Herculis. γλυκεῖαν ὀργὰν, indolem suavem habet, Ist. 2. 54. ἔρως, amor tenet eos, Ist. 8. 64. ἔσχον οἴκημα, tenuerunt sedem, Ol. 2. 16. Ἀμύκλας ὄλβιοι, i.e. κατέσχον, Py. 1. 125. ἀκτῖνα ἀγώνων, Py. 11. 71, fulgorem certaminum habuerunt. αὐτὸν, πειρᾶσθαι ἀέθλων, prohibuerunt eum, cohibuerunt eum, Ne. 11. 29. σχεῖν ὄλβον, Py. 3. 158, habuisse felicitatem. σχὲν, Dor. pro σχεῖν, αὐτὸν ἡσυχίαν, Ne. 1. 106, habere eum tranquillitatem per omne tempus. ἥντινα σχήσοι, Py. 9. 205, quamnam virginem habiturus esset quisque uxorem. τὸ σχῆμα, *idea rei jam non existentis,* pulchra tamen. it. *figura, gloriosa idea.* sic Eurip. Androm. 1. σχῆμα, ubi Scholiastes, κάλλος, εὐπρέπεια, κόσμος.

Σχίζω, fut. ίσω. *findo.* σχίζε (omisso augm. imperf.) ὀργυιὰν ἀναβωλακίας, Py. 4. 407, arationis jugerum separabat et definiebat; et hanc ὀργυιὰν per synonymiam vocat νῶτον γῆς, dorsum terræ. σχίσεν Ζεὺς κεραυνῷ χθόνα, Ne. 9. 58, diffidit terram fulmine.

Σχοῖνος, ου, ὁ et ἡ. *juncus.* fœmininum in hâc voce obtinet, etsi masculinum quoque sit in usu. ἐγκέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ ἐν ἀπειράτῳ, Ol. 6. 90, occultatus est in junco innumero.

Σχολὰ, Dor. pro σχολὴ, ῆς, ἡ. *otium, quod contingit quando nacti sumus totum.* est a σχεῖν ὅλον, tenere totum et integrum.

Σῶμα, ατος, τὸ. *corpus.* apud Homerum ubique de *cadavere integro* ponitur, sicut δέμας de *vivo corpore.* Apud Recentiores σώματα quoque sunt *personæ*, in specie δοῦλοι, unde ὁ σωματέμπορος est *mango, ein sclavenhändler.* ἁβρὸν σῶμα, tenellum corpus infantis vivi, Ol. 6. 93. σώματα βρότεια, corpora mortalia i. e. mortuos homines, Ol. 9. 52. ἀσθμαίνοντα, Ne. 3. 82, corpora ferarum cæsarum adhuc spirantia. σώμασι καπνὸν ἐπίαναν, Ne. 9. 55, corporibus in rogos ardentes impositis pinguem fecerunt fumum. σωμάτεσσι τέτρασιν ἔμπετες, Py. 8. 118, in quatuor antagonistas incidisti.

Σώτειρα, ας, ἡ. *servatrix, ereptrix ex malo magno.* Θέμις, Ol. 8. 28, ἡ σώζουσα τὰς πόλεις. σώτειραν ναΐ Ἀργοῖ, τὴν Μήδειαν, conservatricem eam navi paravit, Ol. 13. 76.

Σωτὴρ, ῆρος, ὁ. *servator, ereptor.* Σωτὴρ Ζεὺς in Atticâ colebatur, idem qui Ἐλευθέριος.

Σώφρων, ονος, ὁ, ἡ. *sani pectoris et cerebri homo.* σώφρων Χείρων, sapiens Chiron, Py. 3. 111. σώφρονες ἐγένοντο, Ist. 8. 56, temperantes fuerunt: quippe Recentiores τὴν σωφροσύνην determinârunt per ἀρετὴν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, ut sit *temperantia in voluptatibus et mœroribus,* ut ne quid nimis.

T.

Ταίναρος, ου, ἡ. et τὸ Ταίναρον, promontorium et oppidum Laconiæ, prope quod fuit spelunca infinita, sacrum Neptuno.

Ταμίας, ου, ὁ. *penuarius, qui præest penui, promus condus,* et in genere, *dispensator, administrator, præfectus rerum distribuendarum.* ταμίας Διὸς, Ol. 6. 7, i.e. ἱερεὺς, sacerdos fatidicus in Pisâ. ex illâ enim arâ primus Iamus responderat: post semper aliquis ex familiâ Iami, ex quâ et Agesias erat. ταμίας πολλῶν ἐσσὶ, Py. 1. 171, multa habes administranda, διοικητὴς εἷς καὶ δεσπότης. κώμων, Ist. 6. 84, administrator hymnorum. ταμίᾳ Κυρήνης, i.e. βασιλεῖ, Py. 5. 82, Batto nimirum. ταμίαν στεφάνων, Ne. 6. 44, reportatorem et possessorem coronarum. ταμίαι πλούτου, Ol. 13. 9, datores et diribitores divitiarum. ἔργων, Ol. 14. 13, operum administratores, διξαγωγεῖς. Σπάρτης, præsides Spartæ, οἱ Κάστορες, Ne. 10. 97, tutores, patroni.

Ταμιεύω, fut. σω. *sum dispensator, præsum penui, administro, guberno.* ταμιευομένην Δωριεῖ λαῷ, gubernatam a Doriensi populo insulam,. Ol. 8. 39, administratam.

Τάνταλος, ου, ὁ. rex in parte Phrygiæ. Videtur in vitâ delectatus fuisse spe inani. Nomen ejus et Indis notum fuit, estque quasi ταλάντατος, *miserrimus*. Pindarus affingit ei mactationem filii Pelopis, quem diis epulandum apposuerit, ante ab iis convivio exceptus. Alii fingunt, Jovem ei injecisse montem, τὸ Σίπυλον, in Phrygiâ.

Τανύεθειρα, ας, ἡ. epitheton fœminæ pulchræ; *quæ longas habet comas.*

Τανύπτερος, ου, ὁ, ἡ. *alas expandens.* τανυπτέροις ἐν ὄρνιξιν, inter aves alas expandentes, Py. 5. 149.

Τανύω, fut. ύσω. *tendo, extendo.* ἅρμα τάνυεν, (omisso augm. imperf.) currum dirigebat, Ol. 8. 65. sic, εἰς εὐφροσύνην τάνυεν αὐτοὺς, in hilaritatem exporrexit iis frontem, Py. 4. 230.

Ταξίοω, fut. ώσω. *in acie constituo.* μὴ ταξιοῦσθαι, Ol. 9. 118, non stare in acie, μὴ παρατάσσεσθαι.

Ταπεινὸς, ἡ, όν. est a πατέω per metathesin literarum, quasi πατεινὸς, *qui calcari potest pedibus,* i.e. *humilis, demissus, humi positus.* κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται, Ne. 3. 144, graculi pascuntur in humili solo.

Ταράσσω, fut. άξω. *turbo, commoveo, permisceo.* notat etiam *fodico, vellico, pungo.* per syncopen dicitur θράσσω. οὐ ταράσσοντες χθόνα, non invertentes agrum, i.e. οὐ γεωργοῦντες, Ol. 2. 113. ταράσσειν ἄλλοτε ἄλλα, aliàs alia commiscere, Py. 11. 66, ciere.

Ταραχὴ, ῆς, ἡ. *conturbatio.* ταραχαὶ φρενῶν, Ol. 7. 55, mentis perturbationes et concitationes vehementiores; ὀργαὶ προπετεῖς, appetitus vehementes.

Τάρταρος, ου, ὁ. et Ionicè ἡ. ἠερόεις pingitur et βαθύς. Fingitur enim terra centrum esse mundi immobile: supra terram esse cœlum, et in eo deos beatos, interdiu etiam lucem; sed infra terram, eâdem distantiâ quâ cœlum supernè distat, esse locum perpetuis tenebris et frigore oppletum, quem vocabant τάρταρον, a ταράττεσθαι,

quemadmodum cœlum est sedes ῥαστώνης θείας; hinc et ταρταρίζειν est pro σφόδρα ῥιγοῦν. Eædem imagines retentæ sunt in Sacris, quando de infimo inferno, et de tenebris extremis, et de crepitu dentium præ frigore, sermo est. Et sunt hæ sensuales imagines, ex ideâ vulgi petitæ aut adhibitæ.

Τάσσω, fut. άξω. *dispono, constituo, ordino.* βίοτον ἄφθιτον τετάχθαι αὐτῇ, Ol. 2. 54, vitam immortalem constitutam esse ei.

Τατάω, Dor. pro τητάω, fut. ήσω. *desidero, accipere volo.* it. activè, *desiderare facio, pauperem vel orbum facio.* φίλων τατωμένῳ φωτὶ, viro amicis orbo, Ne. 10. 146. ἡ τήτη, *inopia.*

Ταϋγέτα, Dor. pro Ταϋγέτη, ης, ἡ. filia Atlantis, in cervam mutata a Dianâ, ut Jovis effugeret amores; post verò restituta pristinæ formæ. Hæc grata sacravit Dianæ cervam cornibus inauratis, quam Hercules capere est jussus, Ol. 3. 53. sed aliud est τὸ Ταΰγετον, Ionicè Τηΰγετον, mons Laconiæ valdè celsus et arduus, pertinens usque ad Arcadiæ montes.

Ταῦρος, ου, ὁ. *taurus.* ταύρῳ χαλκέῳ (ἐν), Py. 1. 185, est casus sextus, et sermo est de tauro Phalaridis. ταῦρον ἀργὸν θύων, album sacrificans, Ol. 13. 99. ταύρων φοίνισσα ἀγέλη, Py. 4. 365, i.e. ταῦροι πυῤῥοὶ τὴν χροίαν. proverbium, ἔβη ταῦρος ἀνὰ ὕλην, Theocr. 14. 43, de iis, qui, semel dimissi, difficulter reducuntur. nam tauri, semel liberè in sylvâ vagari incipientes, non facilè a pastore recipiuntur.

Ταυροφόνος, ου, ὁ, ἡ. *tauros mactans.* ταυροφόνῳ τριετηρίδι, in triennio tauros cædente, Ne. 6. 69, erat enim periodus triennalis horum ludorum sacrorum, et tertio quovis incipiente anno celebrabantur: in hâc solemnitate Isthmiacâ verò, immolabantur Neptuno, præsidi certaminum horum, tauri multi.

Τάφε, pro ἔθαπε. a θάπτω, (nam Iones sæpè transponunt lenes et aspiratas.) fut. ψω. *miror cum stupore, stupeo quasi fulmine tactus et ambustus.* τάφε δὲ αὐτίκα, stupebat, cum admiratione aspiciebat, Py. 4. 168. ab hoc θάπτειν, i.e. ἐκπλήττειν, *percellere animo*, possit et alterum θάπτειν, *sepelire, comburere*, derivari, quia ἐκπλήττει τοὺς μετὰ οἴκτου βλέποντας.

Τάφος, ου, ὁ, *sepultura, combustio mortui corporis.* deinde et *omne id quod in honorem mortui comburendi aut combusti apparabatur*, per synecdochen; et *epulum* eo die præberi solitum dicitur quoque ὁ τάφος, i.e. δαὶς ἐπιτάφιος. item, *sepulchrum.* παρὰ τάφον, Ist. 8. 126, ad bustum et sepulchrum.

Τάχα, est per syncopen neutrum plurale ταχέα, adverbialiter. *celeriter, mox, statim.* sed Recentioribus est διστακτικὸν, vocula dubitativa. nusquam tamen apud Homerum notat *fortasse*; imò nec apud Pindarum. Py. 2. 53, &c. i.e. ταχέως, statim.

Ταχέως, adv. *celeriter.*

Τάχος, εος, τὸ. *celeritas, velocitas.* ὡς τάχος, quam celeriter, Py. 4. 291.

Ταχὺς, εῖα, ύ. *celer.* εἰ μὴ λίποι ταχὺ, sc. ὁ αἰὼν ἢ ὁ βίος, sc. ἐμὲ ἢ σε, Ol. 1. 174. ταχὺ δὲ, et celeriter, Py. 10. 79. ταχείας ἀπάδις, Py. 1. 161, promptas mentes.

Ταχύποτμος, ου, ὁ, ἡ. *celeris*

fati, brevis ævi. ἔθνος ἀνέρων, Ol. 1. 107, ἐπ' ὀλίγον ζῶν.

Ταχυτὰς, Dor. pro ταχυτὴς, ῆτος, ἡ. *celeritas, velocitas.* ταχυτὰς ποδῶν, Ol. 1. 154, i.e. οἱ δρόμοι. ταχυτᾶτι, sc. ποδῶν, Ol. 4. 37.

Τὲ, particula enclitica, notans καὶ, *et.* nonnunquam eleganter abundat quasi. bis positum notat Latinorum *et, et.* τε, τε, Ol. 6. 72; ubi non abundat, sed vult, *quoque*, inter duo substantiva unum τε, Py. 4. 385, et sic sæpissimè. et 526, sc. εὔχεται. τε transpositum, Py. 6. 15, ubi pertinet ad γενεᾷ, præcedente πατρί. τὲ, etiam, Ne. 4. 27. θ' pro τὲ, Ol. 13. 51.

Τέγγω, fut. ξω. *tingo, intingo, madefacio, macero.* οὐ ψεύδεϊ τέγξω λόγον, non mendacio tingam narrationem, Ol. 4. 28. τέγγων δάκρυα στοναχαῖς, Ne. 10. 141, miscens lachrymas suspiriis; quod poëticè dictum.

Τέγος, εος, τὸ. *tectum, contignatio, domus.* τέγεϊ Παρνασσίῳ, in domo montis Parnassi, Py. 5. 54, coll. 52. τέγει ἔνδον λιθίνῳ, Ne. 3. 93, lapideâ in domo.

Τέθμιος, ου, ὁ, ἡ. *institutus, positus lege.* ἑορτὴν Ἡρακλέος τέθμιον, festum diem ab Hercule institutum, Ne. 11. 34. et τὸ τέθμιον substantivè poni solet; *institutum, ritus.* τέθμιόν μοι φημὶ σαφέστατον εἶναι, Ist. 6. 28, institutum mihi profiteor certissimum esse.

Τεθμὸς, οῦ, ὁ. *constitutum, decretum, lex.* ferè idem quod ὁ θεσμὸς, a quo et ortum habet. τεθμός τις ἀθανάτων, decretum deorum, Ol. 8. 33. ἐρύκει με τεθμὸς, prohibet me constitutum et promissio, Ne. 4. 54. τεθμὸν μέγιστον ἀέθλων, institutum maximum, ritus maximus, certaminum, Ol. 6. 117. τίμα μὲν ὕμνου τεθμὸν, Ol. 7. 162, honora hymni legem, i.e. συνήθειαν, νόμον. στεφάνων ἐγκώμιον τεθμὸν, Ol. 13. 39, coronarum laudatoriam legem et consuetudinem. ὕπατον Ἡρακλέος τεθμὸν, summum Herculis institutum, Ne. 10. 61, i.e. certamina Olympica, ab Hercule instituta. ἐν ἀμφιάλοις Ποσειδᾶνος τεθμοῖς, Ol. 13. 57, i.e. ἐν Ἰσθμικοῖς ἀγῶσι. ἐμμένειν τεθμοῖς, firmiter manere in institutis, Py. 1. 124.

Τέθριππος, ου, ὁ, ἡ. *quatuor equorum.* et est epitheton curris, *quatuor equis juncti,* in certamine curuli. τεθρίππῳ, sc. ἅρματι, Py. 7. inscr. cujus cursus duodecies continuè repetebatur.

Τείνω, fut. τενῶ. *tendo, protendo, extendo.* φάρμακον πραῢ τείνων ἀμφὶ γένυν, remedium delinitorium intendens circa mandibulas, Ol. 13. 121, ubi frænum ori Pegasi injectum sic vocat. ξυναῖς ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαι, Py. 11. 83, circa communes multis virtutes extendor et occupor. πᾶς τις τέταται ἀμύνων γαστρὶ λιμὸν, Ist. 1. 70, quilibet horum intentus est ut depellat et arceat famem a ventriculo. ut ergo τείνειν et τείνεσθαι serium *studium* et *acrem intentionem* metaphoricè notent.

Τείρω, fut. ερῶ. *tero, attero, contero,* propriè, *versando, torquendo.* τειρόμενον ἕλκει, Py. 1. 101, vulnere cruciatum, καταπονούμενον.

Τειχίζω, fut. ίσω. *muris cingo, munio, condo, murum facio, struo.* ὕμνων θησαυρὸς τετείχισται, hymnorum thesaurus structus est, Py. 6. 9, et muro quasi munitus est simul. τετείχισται δὲ πάλαι πύργος, Ist. 5. 56, ubi est metaphoricè: exstructæ jam antea sunt laudes

excelsæ, quasi turris procul conspicua et firma.

Τεῖχος, εος, τὸ. *murus*; et in genere et propriè, *quævis munitio manu facta, propugnaculum structum.* ὃν καλέσαντο συνεργὸν τείχεος, Ol. 8. 43, quem Æacum advocârunt sibi cooperantem in struendo muro Ilii Apollo et Neptunus. τείχει ξυλίνῳ, in strue ligneâ, i.e. in rogo, Py. 3. 68, ubi vides significatum primum et generalem. ἀπὸ τειχέων, Ol. 6. 168, a mœnibus, i.e. ab urbe eâ, venientem. πρὸ, Ol. 13. 79, ante muros. ἐν τείχεσιν, Py. 4. 478, in muris ædificii.

Τεκμαίρομαι, fut. αροῦμαι, *finio*, τελειόω. *confirmo, et ex dubitatione eximo.* μαντίες ἄνδρες ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι, Ol. 8. 4, vates ex incensis oblationibus observantes signa, εὑρίσκοντες σημεῖα.

Τεκμαίρω, in formâ activâ, apud Pindarum notat, *ostendo, indico, definio*, δεικνύω. τεκμαίρει χρῆμα ἕκαστον, quemque ostendit et indicat opus suum, Ol. 6. 123, i.e. μηνύει ἕκαστον τὸ αὐτοῦ οἰκεῖον πρᾶγμα, et distinguit eum ab aliis, e.c. Homerum sua poësis, Demosthenem sua eloquentia, &c. ἕκαστον ἀνθρώπων ἡ πρᾶξις δεικνύει. sic, τεκμαίρει, indicium præbet, Ne. 6. 14.

Τέκμαρ, τὸ. *finis, exitus, scopus.* θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσσι τέκμαρ ἀνύεται, Py. 2. 90, Deus omnem exitum pro spe suâ (i.e. ex consilio suo), perficit. σαφὲς οὐχ ἕπεται τέκμαρ, certus non sequitur exitus, Ne. 11. 57. nam τὸ τέκμαρ et τὸ πέρας sunt idem in antiquâ Græcâ linguâ. τέκμαρ est a τέκω, *pono, statuo.*

Τέκνον, ου, τὸ. *filius, natus* vel *nata.* est et blandientis. τέκνον, fili, Ol. 6. 107. τέκνοις, Ne. 1. 62, ubi est casus tertius.

Τέκος, εος, τὸ. idem.

Τέκτων, ονος, ὁ. *artifex, qui aliquid fabricatur et construit et ædificat.* est nomen generis, varias constructionum species sub se comprehendens. τέκτονα ἀνωδυνίας, artificem indolentiæ, i.e. bonæ valetudinis; i.e. Æsculapium medicum, Py. 3. 11, κατασκευαστήν. χρὴ ἀπὸ Ἀθηνᾶν τέκτονα ἀθληταῖς εἶναι, Ne. 5. 90, oportet ab Athenis esse magistrum certatoribus, quia ibi sunt optimi artifices hujus rei. τεκτόνες σοφοὶ ἐπέων, Py. 3. 201, i.e. οἱ ποιηταί. κώμων, Ne. 3. 7, artifices hymnorum, i.e. benè cantantes. τεκτόνων χειραρῶν, Py. 5. 48, artificum manu præstantium, ab ὁ χειράρης, ου, *aptus manu ad confingendum aliquid.*

Τελέθω, *sum, perfectus sum.* a τέλος, *finis.* δαέντι δὲ (qui didicit plenariè artem statuariam, eamque percognitam habet,) καὶ μείζων σοφία, (etiam major ars, vel majus artificium, quàm id est quod Rhodii faciunt,) ἄδολος τελέθει, Ol. 7. 99, sine dolo fit, i.e. eum non decipit nec in erroneum judicium inducit; non putat per præstigias id fieri. τί μάλα τοῦτο κερδαλέον τελέθει; quid magnoperè hoc lucrosum existit? Py. 2. 143. et 174, πρὸς κέντρον λακτίζειν, τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος, adversus stimulum calcitrare, perniciosa apparet esse ratio. ἀρετὴ χρονία τελέθει, Py. 3. 204, virtus diuturna valet dignitate. ἀπορία, inopia mera est, Ne. 7. 154. ἐκ πόνων τελέθει αἰὼν ἡμέρα, post labores existit vita placida, Ne. 9. 105. δύο ἀμπλακίαι φερέπονοι τελέθοντι (Doricè pro τελέθουσι),

duo peccata ærumnas afferentia eminent, Py. 2. 56.

Τέλειος, α, ον. *perfectus, integer, adultus plenè.* τέλειον τοῖς κωμάσομεν (neutrum substantivè), Py. 9. 156, perfectum aliquid his cantabo, perfectum iis pangam encomium, ob vota, (quæ qualia sint ignoramus,) nactus aliquod bonum ab iis. τελείᾳ ματρὶ, i. e. Junoni, Ne. 10. 32, quia pronuba est, et nuptiarum præses: τὰ τέλεια verò sunt ἱερὰ nuptialia. nam ὁ γάμος sæpè dicitur τὸ τέλος, et οἱ τέλειοι sunt οἱ γεγαμηκότες. hinc Juno, quæ est Ζυγία, dicitur ἡ Τελεία, et τὰ προτέλεια sunt *sacra ante nuptias.* apud Artemidorum explicatur somnium cœlibis, cui mors visa erat, quod ei matrimonium instet, quia et ὁ θάνατος et ὁ γάμος communiter τὰ τέλη dicantur. τελέαν δόξαν, Py. 8. 34, perfectam et plenam gloriam. τελεία ἀρὰ, imprecatio effectum suum nanciscens, Æsch. Sept. adv. Theb. 838.

Τελετὰ, Dor. pro τελετὴ, ῆς, ἡ. *finis, exitus.* sed apud Recentiores est vox sacra, et notat *solennem celebrationem festi diei,* vel *sacri alicujus.* et sic ubique apud Pindarum. ἐν πρωτογόνῳ τελετᾷ, in recens et nunc primùm institutâ celebritate illâ sacrâ, Ol. 10. 63, i.e. ἐν πρώτῃ τελουμένῃ ἑορτῇ τῶν Ὀλυμπίων. ἐν τελεταῖς ὡρίαις, in sacris stato anni tempore celebrandis, Py. 9. 172. sic, Ne. 10. 63, ubi Panathenaica sacra intelliguntur. τελετὰς μακάρων φυλάσσοντες, Ol. 3. 74, observantes beatorum solennes ritus et sacra. deinde, specialiùs etiam, *mysteria Cereris et Proserpinæ* sic vocata.

Τελευτὰ, Dor. pro τελευτὴ, ῆς, ἡ. *finis, exitus, completio.* τὸ παρὰ δίκην γλυκὺ πικροτάτη μένει τελευτὴ, Ist. 7. 68, amarissimus finis manet dulcedinem injustam. ἐν τελευτῇ, i.e. ἐν ὑστέρῳ, in futuro, Ol. 7. 47. ἐς τελευτὴν, ad finem vitæ usque, Ol. 5. 52. δεῖξεν αὐτῷ πᾶσαν τελευτὰν πράγματος, Ol. 13. 105, ostendit et narravit ei omnem rem gestam, a principio usque ad finem. αὐταῖς ἤγαγε, Py. 4. 374, mortem illis adduxit; coll. 372, ubi de vitâ sermo est earum, quâ privandæ erant per Argonautas. τερπνὴν γάμου, delectabilem consummationem nuptiarum, Py. 9. 118. quæ et τὸ τέλος vocatur. τελευτὴν ἁπάντων γῆν ἐπιεσσόμενος, finem et postremum omnium, terram induturus, i. e. moriturus, Ne. 11. 21.

Τελευτάω, fut. ήσω. *finio, ad finem et metam perduco, impleo.* ὁπότε παῖδα ἡλίου τελευτάσομεν, si finiemus diem illum extremum, Ol. 2. 60, i.e. τεθνήξομεν, ἀνύσομεν ἡμέραν ἡσυχίας καὶ ἀναπαύσεως μετέχουσαν. τελεύτασαν (ἐτελεύτησαν) λόγων κορυφαὶ, Ol. 7. 124, finem suum habuerunt sermonum summæ, ἐτελειώθησαν, ubi ergo intransitivè. τελεύταντι πόνους Δαναοῖς, Py. 1. 106, i.e. ἐπὶ τέλος ἤγαγεν αὐτούς.

Τελέω, fut. έσω. *efficio, ad finem perduco.* θεὸς αὐτῷ τελεῖ δύνασιν, Py. 5. 158, deus ei perficit et largitur virtutem et vires. τέλει, ὦ Ζεῦ, Ol. 13. 164, i.e. ποίει, fac, da. sic et Py. 1. 130, sc. ταῦτα ἃ αἰτέω. τελέων ψυχὴν Ἀΐδῃ, Ist. 1. 99, pendens vitam Orco. τελέσει πεπρωμένον, Ne. 4. 70, rem fato destinatam perficiet. τὸ χρησθὲν τέλεσεν, oraculo prædictum re ipsâ fecit, Ol. 2. 72. ὕμνον, Py. 2. 24, facere solet et elaborare hymnum, κατασκευάζει. sic, τέλεσαν τὰν ναῦν, confecerunt navem, Py. 4. 438. εὐνὴν,

perfecerunt iis conjugium, Ist. 8. 65. τέλεσσαν ἄεθλον τοῦτον, perage hoc certamen, Py. 4. 294. τελέσαις αὐτοῖς ὕμνον, Py. 1. 154, si perfecero iis hymnum. τοῦτο ἔργον ἐμοὶ αὐτὸς, hoc opus mihi si effecerit ille, Py. 4. 409. ἔργον πελώριον, Py. 6. 41, facinus ingens operatus. τελεσσάντων θεῶν τὶ, si dii quid effecerunt, vel effectum volunt, Py. 10. 77. πρὶν τελέσαι σὺν Ἐλειθυίᾳ, Py. 3. 15, antequam finiisset et perfecisset rem cum Lucinâ, i.e. πρὶν τεκεῖν. τελέσαι μοιρίδιον, Ist. 6. 67, sc. παῖδα, rogo te, ut filium ei a fato promissum exhibeas. τετελεσμένον ἐσλὸν, Ne. 9. 14, peractam rem egregiam. τελεσθέντων πυρῶν, Ol. 6. 23, rogis exstructis et paratis: ubi alii legunt πυρᾶν ab ἡ πυρὰ, et participium Atticè in genere communi positum dicunt. sed necesse non est, cùm τὸ πῦρ etiam apud Homerum in plurali positum occurrat: ut *ignes* h.l. sint pro *rogis*.

Τέλλω, fut. τελῶ. propriè est, *statuo, pono, fieri facio*; deinde et, *faciendum præcipio, facio, facere soleo*. ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν, perficiunt viam Jovis, i.e. a Jove monstratam, Ol. 2. 126, ἤνυσαν, ἐπορεύθησαν, solent ire viam eam. εἴ τι ἐς χάριν τέλλεται τοῦτο, Ol. 1. 122, si fortè in gratiam efficitur et evadit hoc, si ponitur apud te gratè. ὕμνοι τέλλεται, hymni evadunt, fiunt, Ol. 11. 5, ubi ad masculinum plurale jungitur verbum in singulari: quod schema vocatur Pindaricum, quia iste in scriptis suis, deperditis nobis, frequentissimè eo usus est. Homerus eodem schemate usus est Il. ρ. 387. γένος φυτευθὲν, λοιπὸν αἰεὶ τέλλετο, genus virorum plantatum, per reliquum tempus perpetuò perdurabat, Py. 4. 457, superstes erat. ab hoc verbo est τὸ τέλμα, *lama*, locus ubi congregatur et stat aqua cœnosa: οὗ τὸ ὕδωρ τέλλεται.

Τέλος, εος, τὸ. in genere, *statutum quid, constitutio firma*. cæterum determinatio hujus notionis generalis, est varia ex usu. τέλος ἔργων, Ol. 2. 33, plenitudinem et effectionem operum. πυγμῆς, Ol. 10. 81, finem pugilatûs destinatum, i.e. victoriam. μαχᾶν, Ol. 13. 80, perfectionem pugnarum, et continuationem usque ad finem: τὸ ἔξοχον tamen heroum in pugnis maximè innuitur, quandoquidem τὸ τέλος et ἀρχὴν καὶ ἀξίωμα denotat. et 148, τέλος ἐν θεῷ, in Deo et in manu ejus est eventus. οὐδὲ μακύνων τέλος οὐδὲν, neque procrastinans nec in longius differens propositum ullum, Py. 4. 508, executionem ullam. κύριον πάντων οἶσθα, nôsti ratum et destinatum eventum omnium rerum, Py. 9. 80. et 210, κοσμήσαις αὐτὴν τέλος εἶναι ἄκρον; constituens illam puellam ut esset scopus extremus ad quem certantes currerent. γλυκὺ ἀνθρώπων τέλος, Py. 10. 16, dulce est, si homines potiuntur proposito suo plenè. νόστου πόμπιμον, reductoria via ad reditum in patriam, Ne. 3. 44, vel potiùs, terminus a quo reductio in patriam fit. et 123, διαφαίνεται, finis et summa rei conspicitur, perfectio: et subintelligendum ibi, ἐκείνων, sequente ὧν, in quibus. τίνι τοῦτο Μοῖρα τέλος ἔμπεδον ὤρεξε, Ne. 7. 84, cui Parca hanc perfectionem certam et integram et stabilem præbuit. κενεᾶν ἐλπίδων χαῦνον τέλος, Ne. 8. 78, vanæ spei inanis est exitus. πᾶν δὲ τέλος ἐν σοὶ, ὦ Ζεῦ, ἔργων, Ne. 10. 54, omnis exitus operum in tuâ manu est, tu das successum et perfectionem. τέλος δυωδεκάμηνον, Ne. 11. 10, magistratum annuum; ubi manifestò *dignitatem*

magistratûs notat; unde οἱ ἐν τέλει sunt magistratus. ἀμφοτέρων χαρίτων σὺν θεοῖς ζεύξω τέλος, utriusque grati officii persolutionem conjungam cum diis, Ist. 1. 7, ubi ergo *solutionem debiti* notat. et 36, ἐπὶ ἑκάστῳ ἔργματι κεῖτο τέλος, in quovis opere et exercitio positus erat finis, i.e. quodvis exercitium in se perfectè terminabatur, et scopum suum contingebat. θνητὸν διέρχονται τοῦ βίου τέλος, mortalem pertranseunt vitæ terminum, Ist. 4. 8. et 18, κατὰ πᾶν, secundum omnem perfectionem. et 55, τῶνδε γὰρ διδοῖ τέλος ἡ τύχη, horum dat eventum fortuna, coll. 54, πρὶν ἄκρον τέλος ἱκέσθαι, antequam ad ultimum finem perveniant. pertinet ergo hoc nomen, per consuetudinem loquendi, inter τὰ πολύσημα: notat enim 1. τάγμα στρατιωτικόν, 2. *finis et exitus*, τὸ πέρας. 3. *finis quem consilio aut opere aliquo consequi studemus*. 4. *finis et perfectio*, ἡ τελειότης. 5. *tributum*, ὁ φόρος, *vectigal*. 6. ἀξίωμα, *dignitas, honor*, ἀρχή. 7. *sumptus*, δαπάνημα. item, *solutio pecuniæ*: unde ὁ εὐτελὴς per euphemismum est ὁ φειδωλὸς καὶ ὀλιγοδάπανος. 8. γάμος, *nuptiæ*; unde sunt τὰ προτέλεια, i.e. ἡ πρὸ τῶν γάμων θέα, ἴσως τὰ λεγόμενα θεώρητρα, quando despondetur virgo sponso, et τελειωθῆναι est γῆμαι. 9. θυσία, unde Sophocles dixit, τὰ τέλη ἔγκαρπα, oblationes frugum diis factæ, quæ alibi dicit θύματα πολύκαρπα: et alibi, θεοῖς μικρὰ θύοντες τέλη, diis parva offerentes sacrificia. deinde sunt τὰ τέλη in specie, αἱ μυστικαὶ καὶ οὕτω τελειοποιοί (perfectionem facientes) ἑορταί, quæ et αἱ τελεταὶ dictæ; et οἱ τελούμενοι sunt οἱ τὰ μυστικὰ διδασκόμενοι, et τελεῖσθαι est μυεῖσθαι, initiari. τέλος est a τέλλω, *statuo*.

Τέμενος, εος, τό. *locus determinatus, separatus a cæteris locis, ager assignatus alicui*. Apud Homerum generalis notio obtinet: apud Recentiores in specie notat *locum consecratum, lucum, templum*. in genere est τόπος, ὃς τῶν ἄλλων ἀφώρισται: et sic sacer quoque est, ὁ κατὰ ἀποτομὴν ὢν τῶν ἄλλων. sic et τὸ ἄλσος habet generalem, et specialem sacram, notionem. ἀείδετο πᾶν τέμενος, cantibus personabat totum templum, Ol. 10. 92. Ἄρειος, sacrarium Martis, Py. 2. 3, ubi sic vocat Syracusas. πρὸς πῖον Νείλοιο, ad pinguem agrum Nili, Py. 4. 99, i.e. tractum Cyrenaïcum. et 363, ἁγνὸν Ποσειδᾶνος, sacrum Neptuni delubrum. τέμενος, locus sacratus ad certamina solennia, Py. 5. 45. ἀνὰ Ποσειδάνιον, Ne. 6. 70, Neptunium per sacrarium. Ἀργεῖον, Ne. 10. 36, ager Argivus. τὸ τεόν, Ist. 1. 83, tuum tibi sacratum locum et dicatum: nam Protesilai memoriæ sacrata erant certamina in loco ad eam rem destinato. ἐν τεμένει, Py. 12. 47, in luco. παρὰ τεμένει Κρονίου, Ne. 6. 105, Saturnii apud sacrarium. τεμένεσιν ἐν τεοῖς, Ne. 7. 138, juxta sacraria tua.

Τέμνω, (pro τέμω,) fut. τεμῶ, *seco, scindo, cædo, concido*. μαχᾶν τέμνειν τέλος, pugnarum secare perfectionem, Ol. 13. 80, ubi in verbo est metaphora de nave secante undas; et τὸ τέλος notat *continuationem usque ad finem destinatum*, et quidem fortissimè, ut indicetur ἐξοχόν τι in pugnando. ἀγοραί, τέμνουσαι ψεύδη, Ol. 12. 8, conciones, secantes, i.e. percurrentes et tractantes, mendacia: eadem metaphora de nave. τέμνων θάλασσαν, Py. 3. 121, sulcans mare Ionium, i.e. navigans. τάμον σε κατὰ μέλη, dissecuerunt te membratim, Ol.

1. 79, sc. οἱ περὶ Τάνταλον, te, O Pelops. αἰχμὴν ταμὼν, Ne. 3. 57, hastam, i.e. hastile, quum resecuisset Chiron ex Pelio monte. Αἴαντος ἀλκὴν ταμὼν περὶ ᾧ φασγάνῳ, Ajacem diffindens circa suum proprium ensem, Ist 4. 60, i.e. qui confodit ipse se. τέτμηνται κέλευθοι, Ist. 6. 32, sectæ sunt viæ, i.e. factæ et definitæ.

Τένᾰγος, εος, τὸ. *locus humidus, palustris locus.* a τέγγω fit τὸ τέγγος, et interserto α, τέναγος. τεναγέων ῥοὰς, Ne. 3. 43, stagnorum fluxiones, i.e. maris ipsius.

Τέρας, ατος, τὸ. *signum, ostentum, prodigium.* ἔννεπε ἀντίον τέρας, dixit inimicum oraculum, vel, explicabat inimicum id prodigium, Ol. 8. 53. παρκείμενον δὲ συλλαβὼν τέρας, adjacensque arripiens manu miraculum, Ol. 13. 103, τὰ θαῦμα, sc. τὸν χαλινὸν, datum sibi noctu a deâ. τέρας θαυμάσιον, Py. 1. 49, prodigium mirabile aspectu. τέρας est a τρέω, *terreo,* quatenus notat *pavorem aliquem incutio.*

Τερασκόπος, ου, ὁ. *vates, observator ominum et signorum fatalium.* ὁ μάντις.

Τέρην, εινα, εν, et ὁ, ἡ, τέρην, ενος. *tener, mollis, exilis.* τέρειναν ματέρα οἰνάνθης, teneram matrem floridæ vitis, Ne. 5. 10. ubi vid. οἰνάνθη.

Τέρμα, ατος, τὸ. *terminus, finis, meta.* in stadio aut circo, est *meta,* circa quam curuli certamine certantes circumflectebant currum et retrò deinde agebant: alibi est *terminus ultimus quò quid pertingit,* et quidem per metaphoram ab istâ circensi metâ, quia certaminis hujus equestris genus fuit antiquissimum. de *certaminum metis* ponitur apud Pindarum. τέρμα est a τέτραμμαι a τρέπω.

Τερπνὸς, ἡ, όν. *jucundus, delectabilis.* θάμβει τερπνῷ, stupore delectabili, Ne. 1. 86, cùm videret bonum ingens non speratum. τερπνὸν ἐν ἀνθρώποις ἴσον οὐδὲν, Ol. 8. 70, delectabile apud homines æqualiter nihil, alius alio delectatur. ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι, Ol. 10. 112, præbuit labori breve aliquid delectationis. τὸ βροτῶν· αὔξεται καὶ πιτνεῖ, Py. 8. 132, voluptas hominum augetur et cadit facilè. πλέον πιδέρχεται, major delectatio sequitur, Ne. 7. 109. ἐφάμερον διώκων, delectationem quotidianam sectans, Ist. 7. 57. τερπνὰ ὤπασαν Χάριτες, Ol. 9. 41, jucunda præbere solent Gratiæ. σὺν Χάρισι γίνεται, Ol. 14. 7, per Gratias oriuntur hominibus jucunda et dulcia omnia. ἄνθεα Ἀφροδίτης, Ne. 7. 78, suaves flores Veneris. τερπνῶν γλυκεῖαν τύχην, Ol. 13. 165, delectabilium dulcem felicitatem. τερπνῆς ἥβης, Ol. 6. 95, delectabilis pubertatis. τερπνὰν τελευτὰν γάμου, Py. 9. 118, jucundam nuptiarum perfectionem. ἀποστάζων χάριν, Ist. 4. 124, dulcem destillans gratiam. τερπναῖς θαλίαις, Ol. 10. 92, jucundis conviviis.

Τέρπω, fut. ψω. *delecto, oblecto.*

Τέρψις, ιος et εως, ἡ. *delectatio.* μαστεύει καὶ τέρψις ἐν ὄμμασι θέσθαι πίστιν, Ne. 8. 73, nam et ipsa oblectatio cupit coràm intueri veram fidem, non audire modò rem. ἔμπαλιν τέρψιος, in contrarium delectationi, Ol. 12. 15. τέρψιν κρέσσονα πλούτου, Py. 8. 130, delectationem præstantiorem divitiis. δείπνων τέρψιας, conviviorum delectationes, Py. 9. 36.

Τέσσαρες, ων, οἱ, αἱ, τὰ τέσσαρα. *quatuor.* Attici, etymo propriùs, dicunt τέτταρες: et nomen est a τρεῖς, præposito τὶ, *et,* ut *unum ad tres* notetur. τέτρασι (Atticè pro τέσσαρσι) γυίοις, Ol. 8. 90,

membris. ἀρετὰς, Ne. 3. 129, ubi quarta virtus est τὸ παρκείμενον φρονεῖν, præsentium rationem habere sapientem.

Τεσσαράκοντα, *quadraginta.*

Τέταρτος, η, ον. et τέτρατος, η, ον. *quartus.* ἡ τετρὰς habet quiddam infausti apud antiquos. hinc proverbium; τετράδι γέγονα, i.e. ἑτέροις πονέω, sicut Hercules, qui γεννηθεὶς ἡμέρᾳ τετάρτῃ lunaris mensis, δυστυχὴς ἀπέβη, et damnatus ἄλλοις ταλαιπωρεῖν. τετράτων παίδων ἐπιγεινομένων, Py. 4. 83, post quartam generationem. οἱ γὰρ ἐξ Εὐφήμου τέταρτοι ἔμελλον ἀποικίαν (coloniam) στέλλεσθαι ἀπὸ Λακεδαίμονος εἰς Λιβύην: nunc verò, dissolutâ glebâ fatali, hi quarti venturi sunt a Lacedæmone in insulam Θήραν, unde post novas tredecim demum generationes posteri ejus in Libyam venerunt. τετράτοις, Ol. 8. 61. conf. πρώτοις.

Τετράκις, adv. *quater.* τετράκις εὐτυχίων, quater faustâ fortunâ usus, Ol. 7. 149. πρὸς Κλεωναίων, apud eos quater, Ne. 10. 79.

Τετράκναμος, Dor. pro τετράκνημος, ου, ὁ, ἡ. *rota quatuor radios habens.* τετράκναμον ἔπραξε δεσμὸν, Py. 2. 73, de Ixione, qui alligationem ad quatuor radios acquisivit et lucratus est sibi suis factis.

Τετρακνάμων, Dor. pro τετρακνήμων, ονος, ὁ, ἡ. idem. ἴυγγα, Py. 4. 382, aviculam iyngem, ad quatuor radios rotulæ, cum cantu magico circumagendæ, alligandam. potest tamen et rectè ad sequens, ἐν κύκλῳ, trahi vox, ut sit τετρακνήμονι. Prius tamen magis videtur Pindaricum, ut notetur ipsa avicula, duabus alis et duobus cruribus alliganda.

Τετράορος, ου, ὁ, ἡ. *quadrijugis.* τετράορον ἅρμα, currus quatuor equis adjunctis, Py. 10. 103. τετραόροις ζυγοῖς, Ne. 7. 137, quadrijugis in jugis, i.e. inter quatuor junctos equos, medius est temo. sic tu medium locum inter delubra et aras inhabitas. μέσος ἐστὶν ὁ σὸς οἶκος ἐν τοῖς τεμένεσσιν, ὡς ὁ ῥυμὸς μέσος ἅρματος τετραόρου. et fortassè ista imago est valdè prægnans: nam vicini dii adsunt ei, eumque promovent, sicut juncti equi temonem.

Τετραορία, ας, ἡ. *quadrigæ, currus quatuor equis juxta se junctis.* Ol. 2. 8, νικηφόρου, nam τεθρίππῳ vicerat. ἐλελίχθονος, Py. 2. 8, terram concutientis. dicitur et ἡ τετραορίς.

Τέτρατος, vid. sub. τέταρτος.

Τεύχω, fut. ξω. *paro*; et quidem, *firmum* et *stabile*; *fabricor.* χάρις ἅπαντα τεύχει μείλιχα βροτοῖς, Ol. 1. 48, Gratia omnes facit voluptates hominibus. θερμὸν ὕδωρ μαλθακὰ τεύχει γυῖα, aqua calida facit membra mollia et agilia, Ne. 4. 7. et 136, ὕμνος τεύχει φῶτα ἰσοδαίμονα βασιλεῦσιν, facit virum æquè felicem ac reges sunt. ὁπόταν τεύχῃς, quando facies, κατασκευάζῃς, Py. 1. 7. τεῦχε, i.e. κατασκεύαζεν, Py. 12. 34. τεῦξαν, i.e. ἐποίησαν, Ol. 7. 88. τεύχειν νηΐ πομπὴν, Py. 4. 292, facere navi profectionem, i.e. deducere navem. et 229, τεύχων ξένια, præbens munera hospitalia. αὐτῷ γέρας, struens ei donum honorarium et parans, Ist. 1. 17. et 96, τιμὰν Θήβαις τεύχοντα, gloriam Thebis parantem.

Τέχνη, ης, ἡ. *artificium, ars.* est pro τεύχνη, interserto νῦ, a τεύχω. in specie notat *artem fabrilem*, deinde *quamvis.* ἀνδρῶν χειρόνων τέχνη καὶ κρέσσονα ἔσφαλλε, Ist. 4. 57, ars, i.e. fraus, deteriorum hominum, etiam præstantiorem labi et cadere facit. τέχνης,

i.e. δόλον, Py. 2. 58. τέχνη νικήσαις, vincens arte eâ, Py. 12. 12, ubi sermo est de αὐλητικῇ, de arte canendi tibiis, quam Minerva invenit. τέχναι ἕτεραι ἑτέρων, Ne. 1. 36, artes sunt aliorum aliæ, in bono sensu; ἄλλαι ἄλλων ἐπιτεχνήσιες. τέχναις Ἡφαίστου, Ol. 7. 65, ejus arte; et sermo ibi est de partu Minervæ ex capite Jovis. Ζηνὸς, Ol. 9. 78, Jovis constitutione et βουλήσει. Ἀπόλλωνος, Py. 3. 20, ejus dolis. συγγόνοις, Py. 8. 87, artibus hæreditariis et congenitis, quia pater vates erat.

Τηλαυγὴς, έος, ὁ, ἡ. *procul splendens, procul conspiciendus et agnoscendus.* τηλαυγὲς πρόσωπον, Ol. 6. 4, longè splendens frontispicium. τηλαυγέσιν στεφάνοις, Py. 2. 10, i.e. εὐσυνόπτοις καὶ διαυγεστάτοις. sic τήλοδμος, ον, ὁ, ἡ. est, *quod procul olet.*

Τῆλε, adv. *procul, longè, remotè.* τῆλε πάτρας, procul a patriâ, Py. 11. 36. est ergo adverbium loci.

Τηλεβόλος, ου, ὁ, ἡ. *longè jaciens et feriens.* τηλεβόλῳ χερμαδίῳ, Py. 3. 86, lapide longè jaculante.

Τηλόθεν, adv. *e longinquo, eminùs.* κλέος τηλόθεν δέδορκε, gloria latè et ex longinquo conspicitur, Ol. 1. 152, i.e. μακρόθεν, ἐκ μακροῦ. Πελειάδων μὴ τηλόθεν Ὠρίωνα νεῖσθαι, non ex longinquo ab iis eum versari, Ne. 2. 18. τηλόθι μεταμαιόμενος, e longinquo quærens et persequens, Ne. 3. 141. πέταται τηλόθεν, volat longè, Ne. 6. 82.

Τηρέω, fut. ήσω. *servo, custodio.* πόλιν οἱ σοφοὶ τηρέοντι, Dor. pro τηροῦσι, τηρέουσι, urbem sapientes custodiunt et tuentur, Py. 2. 161.

Τίθημι, *pono, facio, efficio.* θήσω (a θέω) φανερὰ ἀθρόα παύρῳ ἔπει, faciam multa manifesta sermone pauco, Ol. 13. 138. in formâ media, ὑπέρτερον θήσομαι, præferam, Ist. 1. 3. θήσονταί μιν ἀθάνατον, Py. 9. 110, facient eum immortalem. et quod futurum quoque sit θέσω, monstrat locus Ne. 5. 18, θέσσαντο πόλιν, pro ἐθέσαντο, fundaverunt, condiderunt urbem, a. 1. med. ἔθηκε, fecit, posuit, Ol. 2. 180, et al. τιθεῖς (a τιθέω) ponis, Py. 8. 14. τείχει θέσαν, rogo imposuerunt, Py. 3. 68. παλίγγλωσσον δέ οἱ ἀγγέλων ῥῆσιν θέσαν ἀθάνατοι, Ne. 1. 89, dii fecerunt ut sermo nuntiorum esset ei irritus. loco Ne. 5. 18, legunt quidam θέσσαν pro ἔθεσαν: sed meliores habent θέσσαντο pro ἐθέσαντο, (a θέω *pono.*) Φοῖβε, ἐθελήσαις ταῦτα νόῳ τιθέμεν, Py. 1. 78; in quam sententiam et Horatius loquitur Carm. Sæculari, 73. πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγὲς, Ol. 6. 5, frontispicium decet ponere latè splendens. ἀποίητον οὐ δύναιτο θέμεν, facere infectum, Ol. 2. 33. ἄμπαλον μέλλεν θέμεν, resortitionem erat facturus, Ol. 7. 111. μὴ θέμεν Νέμεσιν, non interponere eam, Ol. 8. 114. βωμὸν, aram, Ol. 13. 115. ἀμφὶ Κυράνης θέμεν σπουδὴν, impendere studium in eam, Py. 4. 492. αἶνον, laudationem conficere et ordiri, Ne. 1. 5. ἐν δόξᾳ θέμενος, in honore constitutus, Ol. 10. 74, ubi passivè notat. λόγον θέμενος σπουδαῖον, Py. 4. 234, sermonem instituens serium, ubi ergo activè. sic et Ol. 13. 75, θέμενον τὸν γάμον αὐτῇ, quæ sibi paravit conjugium. et Ol. 7. 77, θυσίαν θέμενοι, victimam statuentes. et Ol. 14. 15, θέμεναι θρόνους, quæ ponunt sibi sellas.

Τιθήνη, ης, ἡ. *nutrix.* est a θάω vel θέω, *sugendum præbeo, nutrio,* per reduplicationem prioris consonæ. τιθήνη χιόνος, Py. 1. 39, τρέφουσα τὴν χιόνα, sc. mons Ætna.

Τίκτω, (pro τέκω,) fut. τέξω. *pario.* τίκωνται φῶτα, Py. 4. 92, gignent

virum; et conjunctivus pendet a præcedente κὲ, pro τέξονται. ἡ ἐπίτεξ, εκος, *fœmina partui vicina.* it. *parturiens,* Herodotus, I. 108, 111, vox Lexicis omissa. τίκτε κοῦρον, pariebat, Ol. 6. 70. ὃν μόνον, Py. 3. 179, Thetis.

Τιμὰ, Dor. pro τιμὴ, ῆς, ἡ. *pretium, honor, dignitas. pœna, ultio. pecunia quæ principi penditur per capita aut focos.* ἀκλεὴς τιμὴ, præstantia ingloria, Ol. 12. 22. γίνεται, dignitas, dignatio, contingit iis, Ne. 7. 46. εὐάγων, honor ex bonis certaminibus oriens, Ne. 10. 71. et 146, οἴχεται, perit æstimatio. ἀγαθοῖς ἀντίκειται, Ist. 7. 36, honor et dignatio pro benè factis reponitur in præmium. τιμᾶς ἀμείρειν τὸν, honore et æstimatione privare eum, Py. 6. 26. περὶ τιμᾷ, i.e. κατὰ τιμὴν, Py. 2. 109, quod attinet dignationem. σὺν τιμᾷ θεῶν, Py. 4. 91, cum honore a diis proficiscente. ἐπιφέροισα τιμὰν, Ol. 1. 50, et pertinet ad θνητοῖς, mortalibus concilians pretium, sc. ἡ ποίησις, quæ narrat heroas. λαότροφον, dignitatem publicam, a populo auctam et sustentatam, Ol. 6. 102, nam est passivè intelligendum; activè esset λαοτρόφον, populos alentem; minùs aptè h.l. σταδίου ἔχει, Ol. 13. 50, honorem curriculi consecutus est. αἰέναον, sempiternam dignitatem et præstantiam, Jovis, Ol. 14. 18. τιμὰν, dignitatem regiam, regnum, βασιλείαν, Py. 1. 94. μεγίστην πράγματι, pretium maximum negotio addere, Py. 4. 495. τῷ τεύχων, Ist. 1. 95, honorem ei parans. διὰ τεὰν, Ist. 5. 6, propter tuum honorem. θεόπομποι τιμαὶ αὐτοῖς ἐφυτεύθησαν, Py. 4. 123, divinitùs dati honores iis constituti sunt. καὶ τοιαίδε, Ist. 5. 68, tales honores. σὺν τιμαῖς θεῶν, Py. 4. 463, i.e. sub conditione pietatis et reverentiæ erga deos. κλυταῖς ἐπασκήσω ἥρωα, Ne. 9. 24, exornabo heroëm inclytis honoribus. ἐν τοῦδε, Ist. 1. 49, hujus viri inter honores. ἀθανάτοις ἐνεμίχθησαν, Ist. 2. 43, immortalibus honoribus macti sunt; per statuas nimirum diutissimè durantes. et 50, τιμὰς, i.e. ὕμνους.

Τιμαλφέω, fut. ήσω. *honoro, ingeniosè dignitatem concilio* aliis. est ex ἡ τιμὴ, *pretium,* et ἀλφέω, *apparere facio,* compositum. τιμαλφεῖν λόγοις νίκην, Ne. 9. 130, honorare et celebrare carminibus victoriam, τιμᾶν.

Τιμάορος, ου, ὁ, ἡ. *honorem jungens.* ἦλθον τιμάορος τοῖς, venio honorem adjungens his, Ol. 9. 124, τιμητὴς, ὑμνητής.

Τιμάω, fut. ήσω. *honoro; in dignatione habeo aliquem.* Ἀρκαδίαν τιμᾷ, eam terram caram habet, Ol. 6. 136. Παιάν τέ σοι τιμᾷ φάος, Py. 4. 481, Apollo, medicorum deus, tibi honorat vitam, dando nimirum testimonium tibi peritiæ eximiæ in re medicâ: τετίμακέ σε τὴν ζωήν. μάλα ἔπος τοῦτο τιμᾷ, Ist. 6. 99, valdè in pretio habet id dictum Hesiodi. τετίμακε, sc. τὸν Αἴαντα, Ist. 4. 63. τίμα, honora, Ol. 7. 161. τιμάσαις κῆδος, Ol. 7. 8, affinitatem suam prosecutus honore. πόρον Ἀλφειοῦ, honorans sacrificio alveum Alphei fluminis, Ol. 10. 58. τετίμαται πρὸς ἀθανάτων, Ist. 4. 100, honoratus est apud immortales, vel a diis. τιμάμενος ἐν μάχαις, Ol. 2. 80, in pugnis honoratus, nam recepit regnum Thebanum.

Τίμιος, α, ον. *in pretio constitutus vel habendus, in dignatione.* ἀρεταὶ τίμιαι, virtutes æstimandæ magni, Ol. 6. 16. παρὰ τιμίοις θεῶν, Ol. 2. 117, apud honoratos deorum, i.e. apud Æacum, ejus-

que collegas, qui magni habiti sunt a diis, utpote Judices inferorum constituti.

Τὶν, Doricè pro σοί.

Τινάσσω, fut. άξω. *protendo*; deinde, *quatio, concutio.* σκυτάλην τίναξε χερσὶν, baculum excussit manibus ejus, Ol. 9. 45, et in terrâ extendit.

Τίνω, τινύω, τίνυμι, τίννυμι, sunt formæ, idem notantes quod τίω, *luo, pendo*; et in medio, *luere facio, punio.* τὸν εὐεργέτην ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς τινέσθαι, Py. 2. 44, benefactorem gratis remunerationibus compensare.

Τὶς, τὶ, *aliquis, aliquid.* τὶς, pro πᾶς, Ol. 2. 103.—Py. 4. 163.—9. 205, quisque. τὶς, ἀορίστως λεγόμενον, πληθυντικοῦ δύναμιν ἔχον, Ol. 1. 132, aliquis, quisquis is sit. loco nominis proprii, Ol. 1. 75, et al. τινὸς, alterius cujusdam hominis, Py. 2. 167, confer ἕλκομαι. τινὰ, Ol. 6. 140, ubi alii legunt τὶν, de te. εἴ τινα, si quemquam alium, Py. 3. 152. τινὰ ἀγλαΐαν, Ne. 1. 16, ubi est modestiæ vox. φίλτρον, Py. 3. 112, indefinitè positum. Ol. 1. 44, 120, quibus ambobus locis κατὰ omissum.

Τίς, τί, *quis, quid?* interrogativum et non encliticum. τίς, Ol. 2. 180. 8. 83, i. e. ποῖος. 10. 72, et quæstio ibi est ad Musam. Ist. 7. 1, sc. πράγματι, quânam re, quonam objectu? τίνα, Ol. 2. 2, 3, et tribus illis respondent Ζεὺς, Ἡρακλῆς, Θήρων. τί κε, cur sanè? Ol. 1. 132.

Τίω, fut. ίσω. *in honore habeo*; item *luo, persolvo.* et in medio, τίομαι, *persolvi mihi facio, ulciscor, punio.* τίσομεν, persolvemus, Ol. 10. 16. ἔτισαν ποινὰς, persolvunt pœnas, Ol. 2. 106, ὑπέχουσι τιμωρίας.

Τλάθυμος, ου, ὁ, ἡ. *animo multum tolerante et perferente.* a τλάω, *suffero, sustineo.* ἀλκὴ τλάθυμος, Ne. 2. 24, robur laboriosum.

Τλάμων, Dor. pro τλήμων, ονος, ὁ, ἡ. *qui sustinet, qui sustinere potest.* τλάμονι ψυχᾷ, Py. 1. 93, toleranti animo.

Τλάω, fut. τλήσω. id. quod ταλάω, *suffero, sustineo.* τλήσομαι ψυχῇ, Py. 3. 72, animum inducam, subibo.

Τλῆμι, id. τλᾶθι, Dor. pro τλῆθι, imper. Py. 4. 491, i. e. ὑπόμεινον.

Τόθι, *ibi.* Ol. 7. 141, in tam beatâ insulâ. Py. 8. 91, sc. ἐν γυάλοις Πυθῶνος. Ne. 8. 84, ubi est pro ὅθι. Ist. 2. 28, i. e. ἐν ἐκείνῳ τόπῳ: nisi est ibi χρονικῶς, i. e. tum.

Τόκα, adverbium Doricum, pro τότε, *tunc, aliquando.* sic et ὅκα pro ὅτε.

Τοκεὺς, έος, ὁ, ἡ. *parens.* ἀμφὶ τοκεῦσιν, erga parentes, Py. 6. 42.

Τόκος, ου, ὁ. *proles, partus, nativitas.* notat deinde et, *usura, pecunia sorti superaccedens,* Ol. 10. 12. et Ol. 11. inscript.

Τόλμα, ης, ἡ. *animus sustinens et audax et perseverans, promptitudo suscipiendi quid.* τόλμα δὲ καὶ δύναμις, voluntas prompta et vires, Ol. 9. 122. τόλμα δέ μοι εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν, Ol. 13. 14, i. e. προθυμία δικαία incitat mihi linguam ad dicendum. τόλμα est casus tertius, Ist. 4. 77. τόλμαν καλῶν, Ne. 7. 87, conatum honestorum ἀράμενος, suscipiens. τόλμαν προσφέρων, Ne. 10. 56, audaciam nimiam afferens.

Τολμάεις, Dor. pro τολμήεις, εσσα, εν. *firmus, constans, audax.* τολμάεις ἄναξ, Py. 4. 159, audax princeps, Ephialtes, de quo Hom. Odyss. λ. 307, sqq.

Τολμάω, fut. ήσω. *sustineo, suffero, tolero: audeo, confido,* καρτερέω.

ὅσοι δὲ ἐτόλμασαν, Ol. 2. 123, i.e. ἠθέλησαν, ὑπέμειναν, perseverârunt, perdurârunt. τετόλμακε, Py. 5. 156, i.e. constanti animo aggressus addidicit ea.

Τομὴ, ῆς, ἡ. *sectio, amputatio.* τοὺς δὲ τομαῖς ἔστησεν ὀρθοὺς, Py. 3. 95, alios sectionibus restituit rectos et sanos; de Æsculapio.

Τόξευμα, ατος, τὸ. *id quod ab arcu protruditur;* etiam, *actio ipsa jaculandi.* γλῶσσα ἔχει τοξεύματα πολλὰ, Ist. 5. 59, lingua habet multa jacula emittenda, i.e. multa argumenta laudandi.

Τοξεύω, fut. σω. *jaculor arcu.* ἐτόξευον ὕμνους, Ist. 2. 5, ejaculabantur hymnos.

Τόξον, ου, τὸ. *arcus.* ἀπὸ τόξου ἱεῖσα, ab arcu jaculans, O Musa, Ne. 6. 47. ἑκαταβόλων ἀπὸ τόξων Μουσᾶν, Ol. 9. 9, i.e. ex poësi, quam arcui, encomia verò sagittis, comparat. Ἀπόλλωνος, Py. 8. 24, sc. ὁ Πορφυρίων occisus est.

Τοξότης, ου, ὁ. *sagittarius, qui arcu jaculatur.* Ol. 13. 126. Apud Athenienses οἱ τοξόται erant servorum publicorum species, ad custodiam urbis, et ad ministeria magistratibus præstanda in prehendendis aut arcendis hominibus; erantque millè numero. dicebantur iidem et Σκύθαι, et Πευσίνιοι, a quodam institutore disciplinæ eorum, qui erat ὁ Πευσὶν, ἶνος. de iis est apud Aristoph. Acharn. 54. schol.

Τοξοφόρος, ου, ὁ, ἡ. *arcum ferens;* est epitheton Dianæ, et Apollinis κατ' ἐξοχήν. deinde omnium sagittariorum.

Τόσος, η, ον. *tot, tantus, talis.* Py. 3. 48, talia omnia, 43—45 narrata. τόσα ἔχει, præcedente ὁπόσα, Py. 5. 51. Ne. 4. 6, se-[illegible]te ὅσον.

Τοσσάδε, neutr. geminato σ, a τοσόσδε, idem. τοσσάδε, in tantum, Ol. 1. 186, pro τοιάδε.

Τότε, *tunc.* Py. 4. 85, sc. in quartâ generatione.

Τράπεζα, ης, ἡ. *mensa.* dicta per syncopen pro τετράπεζα; ab initio enim mensa fuit quadrupes, postea verò studium elegantiæ excogitavit mensas tripedes imò et unipedes. τράπεζαν ἀμφὶ φίλαν, Ol. 1. 26, i.e. εὐωχίαν, convivium. nam honestiores non solebant κιθαρίζειν ἄνευ τοῦ εὐωχεῖσθαι. τράπεζαν νυμφίαν, Py. 3. 28, nuptias. ἀμφὶ ξενίαν, ad hospitalem mensam, Ist. 2. 60. τραπέζαις διεδάσαντο, Ol. 1. 80, mensis distribuerunt: nam quisque convivarum suam habebat mensam. πλείσταις ξενίαις, Ol. 3. 72, i.e. θυσίαις. ἐν ἀεννάοις, Ne. 11. 10, perpetuis in mensis, i.e. sine intermissione.

Τραχὺς, εῖα, ύ. *asper, durus.* οὐ τραχύς εἰμι καταθεῖναι, non sum durus et morosus ad solvendum debitum, Ne. 7. 112. τραχὺς ἔφεδρος, asper castigator, Ne. 4. 156. τραχεῖα ὑπαντιάσασα κράτει δυσμενέων, Py. 8. 12, aspera occurrens robori hostium; ubi sermo est de deâ Pace, quæ sibi illudi impunè non patitur: nam Pax armata tuta est. τραχεῖα νιφὰς πολέμου, Ist. 4. 26, asper nimbus pugnæ. τραχεῖαν ἀκμὴν ἐγχέων, Py. 1. 19, asperam cuspidem hastarum. πρὸς ἐπίβδην, Py. 4. 249, durum ad tempus venturum. τραχειᾶν ἐκ παλαμᾶν, e duris manibus, Py. 4. 360, ubi tamen alii legunt ταχειᾶν, celeribus.

Τρέπω, fut. ἕψω. *verto, converto.* φόνου νεφέλην τρέψαι πρὸς στίχας δυσμενέων ἀνδρῶν, cædis nubem vertere ad ordines hostium, Ne. 9. 91.

τρέψας, sc. εἰς φυγὴν, Ol. 9. 111. ἐς κακὸν, ad malum aliquod impellens, Py. 3. 63. τρέψαντες ἔξω τὰ καλὰ, Py. 3. 149, metaphorâ a vestibus desumptâ. τράπε τὸν, fugavit eum, Ol. 10. 19. ἔτραπε κἀκεῖνον χρυσὸς, convertit et illum aurum, ut sic ageret, Py. 3. 97, μετέστρεψε. sic, σὲ ὀργὴ, commovit te affectus, Py. 9. 76, ἀνέπεισε. τράποι δῆμον, Py. 1. 136, tradat ei populum et commendet, ἐπιτράποι. τραπεῖν πεδίον, Ist. 8. 88, ut quidam legunt; malè, ut videtur; nam πεδίον dicitur τραφεῖν, educâsse, nutrivisse, hunc virum pientissimum. τέτραπται, sc. ἡ πόλις ἤδε, ἡ Αἴγινα, Ist. 5. 28, conversa est, ἀνὰ κέλευθον καθαρὰν, in viam puram. τετραμμένον πρὸς ἡσυχίαν, Ol. 4. 27, conversum ad tranquillitatem.

Τρέφω, fut. θρέψω. *coagulo, condenso*; (et θ futuri est differentiæ causâ a futuro verbi τρέπω.) hinc deinde est, *alo, nutrio, educo*. ἐμοὶ Μοῦσα καρτερώτατον βέλος τρέφει, mihi Musa fortissimum telum alit, i.e. vim poëticam, Ol. 1. 180, auget et conservat; ea ars sola est meum instrumentum. ὃν πόντος τρέφει, quem mare nutrit, i.e. nauta, piscator, Ist. 1. 68. οὐ πάντας θρέψει μία μελέτη, Ol. 9. 160, non omnes alet unum studium: non omnes sequimur idem studium. ὅν ποτε Κιλίκιον ἄντρον θρέψε, Py. 1. 32, quem Typhoa olim id antrum aluit et educavit. sic, τέκτονα ἀνωδυνίας, Py. 3. 10, educavit effectorem et artificem indolentiæ, Æsculapium. θρέψε τὴν αἰχμὴν Ἀμφιτρύωνος Ζεὺς, Ne. 10. 23, aluit et prolongavit pugnam ejus. Κενταύρου κοῦραι ἔθρεψάν με, Py. 4. 183, inquit Jason: Chironis filiæ educârunt me. ἀείδεται, θρέψασα ἥρωας, Py. 8. 37, celebratur insula, quæ educaverit heroas. θρέψαι φῶτα δυνατὸς, Ne. 2. 19, educare virum fortem potest ea insula. τράφεν, (ἔτραφε,) educavit eum, Ne. 3. 93. Χείρωνι ἔδωκαν τράφεν, Chironi dederunt eum educandum, Py. 4. 205, pro τραφεῖν, terminatione Doricâ. sic et ἡ τράφοισα pro τραφοῦσα, nutrix, Py. 2. 82, ubi οι est Doricum. θρέψατο παῖδα, educavit filiam, Py. 9. 32. et 154, θρέψαντό νιν, educârunt illum. sic, αὐτὸν δράκοντες, Ol. 6. 78, nutriverunt eum. et 57, τραφεῖσα, educata. τραφέντα, educatum, Ist. 8. 35.

Τρέχω, fut. θρέξω. idem quod obsoletum δρέμω. *curro, torqueo me et circumago*. τὸ ἴτω τρέχον, procedat id currens, Py. 8. 45.

Τρητὸς, ἡ, όν. *perforatus, pertusus, terebrando et pertundendo fabricatus.*

Τριετηρὶς, ίδος, ἡ. *triennium, spatium trium annorum*. ταυροφόνῳ τριετηρίδι, Ne. 6. 69, tauricidâ trieteride; nam ludi Isthmici quovis anno tertio celebrabantur, et tauri Neptuno multi sacrificabantur.

Τρίοδος, ου, ἡ. *trivium, via publica*. κατ' ἀμευσίπορον τρίοδον, per trivium alternans gressus, Py. 11. 59, ubi antè et retrò gradiuntur homines: et id opponitur ὀρθῇ κελεύθῳ. imò ἀμευσίπορον est, *varias declinationes et curvaturas habens*, pro ἀμειψίπορον, ab ἀμείω, i.e. ἀμείβω, *permuto*.

Τριόδους, οντος, ὁ, *tridens; tres dentes*, i.e. *cuspides, habens*. et sic vocatur sceptrum Neptuni. τριόδοντος, Ol. 9. 44, tridentis, i.e. Neptuni ipsius, per synecd.

Τρίπλευρος, ου, ὁ, ἡ. *tria quasi latera habens utrimque*; i.e. *valida valdè latera habens*. est apud

Pindarum epitheton bovis vel tauri fortissimi, Py. 4. 419, τριπλεύρῳ φυῇ, staturæ amplissimæ. ubi Schmidius tamen, eodem sensu, habet ἐριπλεύρῳ.

Τρίπλοος, η, ον. *triplex.* ὁ τρίπλοος, sc. ὕμνος, Ol. 9. 3.

Τρίπολις, ιος, ὁ, ἡ. *tribus urbibus habitata terra.* est epitheton insulæ Rhodi.

Τρίπους, οδος, ὁ. et, ob metrum, τρίπος. *tripes.* duæ species ejusmodi vasorum antiquitùs erant: una, quæ et ὁ λέβης dicebatur, erat ἐμπυριβήτης καὶ λουτροχόος; altera erat ἄπυρος, qui et κρατὴρ dicebatur, in quo vinum aquâ temperari solebat. et hæc posterior species erat nobilior, Baccho sacra. et quia in vino multa veritas, hinc et Apollini Pythio tripos sacer, ob veritatem oraculorum: et hic Delphicus tripos formatus erat ferè ut ille convivialis, tribus pedibus fultus, ex anteriore verò parte ita incisus, ut sacerdos in eo sedere posset. proverbium est οἶνος καὶ ἀλήθεια, hinc *tripos* et *veritas* synonyma putantur; et *ex tripode dictum,* est, *verissimum dictum.*

Τρὶς, adverb. *ter.* ἐς τρὶς, Ol. 2. 123, i.e. per tres generationes. sæpè notat multitudinem, ut τρισάθλιος, ὁ κατὰ πολὺ ἄθλιος.

Τρισολυμπιονίκης, ου, ὁ. *qui ter vicit Olympiam.*

Τριταῖος, α, ον. *tertio die existens vel veniens.* τριταῖον ἄνεμον, ventum tertio abhinc die futurum, Ne. 7. 25, quem sapiens nauta prævidet.

Τρίτος, η, ον. *tertius.* τρίτος, tertius in ordine victorum familiæ suæ, Py. 11. 22. τρίτον μέρος κασιγνητᾶν, Py. 12. 19, tertiam sororem. τρίτον, sc. κρητῆρα, Ist. 6. 10.

Τρίχα, adv. *tripliciter.* διαδασάμενοι γαῖαν τρίχα, dividentes terram in tres partes, Ol. 7. 138.

Τρομέω, fut. ήσω. *trepido, paveo, metuo.* τρόμεον αὐτὸν, Ol. 13. 84, metuebant eum.

Τρόπος, ου, ὁ. *mos.* est vox Recentiorum. τίς τρόπος, quis modus, quæ ratio, Ol. 8. 83. τρόπῳ ἐν Λυδίῳ, Ol. 14. 25, Lydio modo canendi, ῥυθμῷ Λυδίῳ. τρόπῳ ἀμφὶ σοῦ, tuâ in indole, et vivendi more, Ne. 1. 42. σὺν ἑνὶ, Ne. 7. 21, unico modo. τρόπον νεοσίγαλον, Ol. 3. 8, modum novum et egregium. ἀμφὶ ἐγκώμιον, Ol. 10. 93, laudatorium secundum morem. Ἀργείων, Ist. 6. 86, Argivorum ex more; nam deest κατά. τρόποις ἐπὶ σφετέροις, Py. 10. 58, secundum et apud eorum mores, qui sunt humani et politi.

Τροφὴ, ῆς, ἡ. *alitio.* τροφαῖς ἵππων ἑτοῖμον, Ol. 4. 24, i.e. πρόθυμον ἐπὶ τὸ ἱπποτροφεῖν, paratum ad alendos equos.

Τροφὸς, οῦ, ἡ. *nutrix,* vel et, *fœmina quæ præfecta est educationi infantis.* τροφοὶ δαιμόνιαι, Py. 2. 5, altrices felices; ubi sic vocat Syracusas.

Τροχὸς, οῦ, ὁ. *rota.* τροχῷ ἐν πτερόεντι, i.e. ταχεῖ, Py. 2. 41.

Τρώμη, ης, ἡ. *læsio, vulneratio, vulnus.* τρώμην ἕλκεος ἀμφιπολεῖν, hiatum et læsionem vulneris curare, Py. 4. 483.

Τρώω, fut. ώσω. *lædo.* in specie, *vulnero in pugnâ.* ἔτρωσε τὸν αἰχμὰ, vulneravit eum cuspis, Ne. 10. 113. Τήλεφον δορὶ, eum hastâ vulneravit, Ist. 5. 53.

Τυγχάνω, verbum distractum ex τυχέω, *paro, nanciscor.* τυγχάνειν ἐγκωμίων, nancisci hymnos, Ol. 2.

86. τυγχάνοντα, assecutum aliquam sortem, Py. 3. 186.

Τύμβος, ου, ὁ. *monumentum sepulchrale, tumulus.* τύμβον ἀμφίπολον, Ol. 1. 149, i.e. τὸν περιπολούμενον, quod intelligi potest de urbe ipsâ; nam μνῆμα ejus erat in mediâ urbe, qui honor olim habitus est primis conditoribus urbis alicujus; ut ergo circùm habitatum fuerit: vel de frequentiâ advenarum obeuntium et spectantium ex omni parte sepulchri illius præstantiam et dignitatem. τύμβος est a τύπος, *signum;* interserto μ, et mutato π in β.

Τύπτω, fut. ψω. *cædo cominùs, verbero, pulso.* τυπτόμενος χεράδι, Py. 6. 13, ventus cædens quasi se arenis immundis, pro χέρας ἀνέμῳ τυπτομένη. τυπεὶς ἀνίαις, Ne. 1. 81, percussus doloribus. τυπέντα (percussum, κατὰ) νῶτα, Ne. 9. 62, in terga.

Τυραννὶς, ίδος, ἡ. *imperium in civitatem,* βασιλεία, in sensu optimo. παρὰ τυραννίδι, in statu monarchico, quando unus legitimè imperat, Py. 2. 159, ἐν βασιλείᾳ. μέμφομαι αἶσαν τυραννίδων, Py. 11. 81, recuso statum principum; quia didici, mediocria esse tutiora: nolo rex esse.

Τύραννος, ου, ὁ. *urbis rector, princeps civitatis;* in bono sensu. est a τηρέω, *conservo.* ut latiori sensu *quemvis dominum vel possessorem,* legitimum tamen et justum, denotet. ὁ μέγας πότμος λαγέταν τύραννον δέρκεται, Py. 3. 151, magnum fatum ducem populorum principem respicit et observat: specialis enim Providentia reges gubernat.

Τύρσις, et τύῤῥις, ιος, ἡ. *turris, propugnaculum;* deinde in genere, *mœnia urbis, urbs ipsa.* παρὰ Κρόνου τύρσιν, ad Saturni munitam urbem. τύρσις est a τηρέω, *conservo.*

Τυρὼ, οος, ἡ. Heroïna celeberrima, quæ peperit quinque filios inclytos; filia Salmonei, quo mortuo accuratè est educata a Deioneo patruo suo. Τυροῦς γενεὰ, i.e. ὁ Πελίας, Py. 4. 242, ἐρασιπλοκάμου, amabile capillitium habentis.

Τυφλὸς, ἡ, όν. *cæcus, obtusus.* est pro τυπηλὸς, *tusus, tundendo quasi obduratus,* per syncopen, et mutato π in φ. τυφλὸν ἦτορ ἔχει, Ne. 7. 34, cæcum habet cor et obtusum.

Τυφλόω, fut. ώσω. *cæcum facio, abscondo.* οὐ τετύφλωται μόχθος ἀνδρῶν, non obscurus factus est labor virorum, Ist. 5. 72. τετύφλωνται φράδαι, i.e. ἄδηλοί εἰσι, Ol. 12. 13, obscuri sunt et teguntur cæcâ nocte.

Τυχέω, fut. ήσω. *paro, nanciscor, contingo.* it. *sum per naturam vel fortunam.* ὅσαι ἔτυχον ἀρήγουσαι, quotquot erant inservientes reginæ, Ne. 1. 72. τύχοιμεν Μουσᾶν πρόφρονων, utinam benevolis Musis frueremur, Ist. 4. 73. ὧν ἄν τις τύχῃ, Ne. 4. 148, quæcunque ipse attigerit, ubi alii legunt ἃ ἄν τις. εἴ τις τύχῃ ἔρδων, Ne. 7. 16, si cui contingit operari quid. τὸ τυχεῖν, i.e. τὸ ἐπιτυχεῖν, τὸ νικῆσαι, Ol. 2. 93, ubi est infin. loco nominis, ἡ νίκη. ὅ, τι τυχεῖν, quod consequi, Ol. 7. 48. πρὶν τυχεῖν, antequam assequatur, Py. 2. 170. εὐνῆς, Py. 9. 74, frui concubitu. ἕνα, Ne. 7. 81, ut unus consequatur id. τύχεν (Doricè pro τυχεῖν,) ἄντα σκοποῦ, Ne. 6. 46, assequi scopum; ubi alii cum Ionicâ reduplicatione legunt ἂν τετυχεῖν, meliùs fortasse. τυχὼν καὶ τῶν, Py. 10. 96, consecu-

tus ea. οὐκ ἀποδήμου αὐτοῦ τυχόντος, cùm ille absens peregrè non esset, Py. 4. 9. υἱὸν ἰδὼν τυχόντα στεφάνων, filium nactum coronas feliciter, Py. 10. 40. τυχοῖσα λεχέων, Ist. 8. 79, sortita connubium.

Τύχη, ης, ἡ, *fors, fortuna.* σώτειρα, Ol. 12. 1—18, ubi est personificata, et vis ejus descripta. ἐστὶν ἀφάνεια τύχας μαρναμένων, Ist. 4. 52, est incertitudo fortunæ pugnantium. τύχῃ δαίμονος, Ol. 8. 88, fortunâ divinâ. ἐπὶ εὐμενεῖ, Ol. 14. 23, ob propitiam fortunam. σὺν, Py. 2. 102, sic ut unà contingat sors sapientiæ, σὺν εὐτυχεῖ πότμῳ σοφίας, cum felici parte sapientiæ. τύχῃ θεῶν, propitiis Diis, Py. 8. 75. εὐθαλλεῖ συνέμιξε, Py. 9. 128, florentissimâ eum potiri fecit fortunâ. σὺν Χαρίτων, Ne. 4. 12, cum Gratiarum contingentiâ et assistentiâ. σὺν Μενάνδρου, Ne. 5. 88, cum ejus fortunâ. σὺν θεοῦ, Ne. 6. 41, cum Dei favore. τύχᾳ τι μολὼν, cum fortunâ faustâ profectus, Ne. 10. 47. ἀγὼν σὺν, certamen cum felicitate junctum, Ist. 8. 149. τύχην διδοὺς τερπνῶν γλυκεῖαν, Ol. 13. 165, dans felicitatem vel sortem delectabilium dulcem. τύχαις ὑμετέραις εὔχομαι θεῶν ὄπιν, Py. 8. 103, fortunis vestris opto deorum providentiam. ποίαις ὁμιλήσει τύχαις, qualibus casibus sit conflictaturus, Ne. 1. 94. πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα, prout eventus est consiliorum nostrorum, prudentes vel secus æstimamur, Eurip. Hippol. 701. quæ æstimatio tamen valdè est iniqua.

Υ.

Ὕβρις, εως, et ιος, ἡ. *injuria contumeliosa, et ex libidine insultandi aliis facta.* ὕβρις αὐτὸν εἰς αὐάταν ὦρσεν, petulantia eum in damnum injecit, Py. 2. 52, et sermo est de Ixione, Junonem sollicitante. ὕβριος ἐχθρὰν ὁδὸν εὐθυπορεῖ, injuriæ inimicam viam rectà incedit, Ol. 7. 166, i.e. rationem vivendi oppositam injuriæ. κελαδεννᾶς ὕβριος ὀρφανοί, Ist. 4. 14, non participes injuriæ clamantis et loquacis, ἄμοιροι: nam injusti et petulantes homines solent sæpè cum clamore et tumultu rem agere. ὕβριν, κόρου ματέρα θρασύμυθον, Ol. 13. 12, ubi conf. κόρος, qui est *fastidium*; ὕβρις verò, ἡ ἀδικία καὶ ἀλαζονεία καὶ ἔπαρσις κατὰ τῶν ὑποδεεστέρων. ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν, ὁ Τυρσηνὸς, Py. 1. 140, intuitus contumeliam navibus suis tristem: et dicit de clade, quam Tyrrheni passi sunt a Syracusanis ad Cumas; quam intuentes Tyrrheni quieturi sint postea, nec bellum moturi in Siculos. h. l. ergo passivè videtur posita vox. ἡγεμόνος δείσαντες ὕβριν, ducis veriti injuriam, Py. 4. 199. ἐν ἄντλῳ ὕβριν τιθεῖς, i.e. τὴν ἀλαζονείαν, Py. 8. 14, ubi conf. ἄντλος. nam est proverbium, ponis insolentiam in sentinâ, i.e. dejicis, mergis, abjicis. γελᾷ ὁρῶν ὕβριν ὀρθιᾶν κνωδάλων, Py. 10. 56, ridet Apollo, videns ἀναίρεσιν, et vim quæ infertur arduè se erigentibus bestiis, quando solutis jugulis postremùm saliunt. αἰνὰν ὕβριν ἀπέφυγεν, miseram et gravem injuriam fugit, ne quam aliis inferat, Py. 11. 85. ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων, Ne. 1. 76, arcere voluit vim serpentium, ne injuriam facerent natis suis: et sermo est de Hercule, ad cujus cunas, in quibus unà cum fratre gemino dormiebat, serpentes duo ingentes accesserant; et de Alcmenâ territâ.

Ὑβρίζω, fut. ίσω. *injuriâ et contumeliâ afficio. insolentiâ utor.*

ἔμαθε δὲ ὑβρίζοντα μισεῖν, Py. 4. 506, didicitque contumeliosum et injuriosum odisse.

Ὑγίεια, ας, ἡ. *integra valetudo.* ἡ πλουθυγίεια, apud Aristophanem, est *divitiarum plenitudo, cum rectâ corporis constitutione.*

Ὑγίεις, εσσα, εν. *benè valens.* ὑγίεντα ὄλβον, felicitatem in bonâ valetudine sitam, Ol. 5. 53.

Ὑγιηρὸς, ὰ, όν. *saluber, ad bonam valetudinem faciens.* ἄκος ὑγιηρὸν, remedium salubre, Ne. 3. 29, ubi τὸ καλλίνικον est subjectum, laus victoriæ; et prædicatum ejus est, φέρει ἄκος ὑγιηρὸν πλαγᾶν, affert medicinam plagis toleratis in certamine.

Ὑγρὸς, ὰ, όν. *humidus.* ὑγρὸν νῶτον, Py. 1. 17, a somno rigatum quasi dorsum, εὐδιάχυτον ὑπὸ ἡδονῆς, et remissum. in sensu metaphorico, et ad animum translato, τὸ ὑγρὸν notat *fluxum, dissolutum* quid.

Ὕδωρ, τό. *aqua.* mutuatur casus obliquos ab inusitato nominativo ὕδας, ατος. ὕδωρ ἄριστον, Ol. 1. 1. ἀριστεύει, Ol. 3. 75, sc. inter quatuor sic dicta elementa: aqua enim est utilissima, et ex eâ oriuntur reliqua elementa, et plantæ eâ unicè nutriuntur: sic inter quatuor ludorum genera præstantissimi erant Olympici. ὕδωρ πόντιον, i. e. θάλασσαν, Ol. 2. 115, navigando. et 134, φέρβει ἄνθη, aqua nutrit flores et germina. καπνῷ ἀντίον φέρειν, Ne. 1. 35, aquam afferre contrariam incendio; ubi sensus proverbii est, nactus est viros bonos, qui testimonio suo de virtute ejus, calumniatorum crimina restinguant, sicut ignis aquâ extinguitur. ὕδατος ζέοισαν ἀκμὴν, i. e. ὕδωρ ἀκμαίως ζέον καὶ θερμὸν, Ol. 1. 77.

Υἱεὺς, έος, ὁ. est Atticum pro υἱός. υἷα, pro υἱέα, Ol. 9. 104.

Υἱὸς, οῦ, ὁ. *filius.* υἱὸς μόριμος, fatalis, exitialis patri, Ol. 2. 70. ἡλίου, Æetes, Py. 4. 429. ἔβλαστεν, natus est ut germen, Ne. 8. 12. υἱοῦ θανόντος ὀστέα, Py. 8. 74, funus parans filii cæsi. υἱῷ ἐπιτελλόμενος, Py. 1. 135, i. e. ἡγητὴρ αὐτῷ existens ad virtutem omnem; et dativus pertinet ad ἐπιτράποι. Ἀρκεσίλᾳ, Py. 5. 136, i. e. ἀπογόνῳ. υἱὸν, punitum ob patrem, Ol. 1. 105. υἱὸν, i. e. πολίτην, civem urbis, Ol. 9. 23. et 95, θετὸν, suppositum, etsi crederet esse suum proprium. υἱὸν Γοργόνος, equum Pegasum, Ol. 13. 89.—Py. 9. 176, optabant te sibi. υἱὲ Ταντάλου, i. e. ὦ Πέλοψ, Ol. 1. 58. θεῶν, i. e. dii, Py. 11. 94. ἀρίγνωτες, Ne. 5. 21, celebres filii. υἱοὺς μεμηλότας ἀρεταῖς, Ol. 1. 145, virtutum curam habentes.

Ὕλη, ης, ἡ. *sylva.* sed est generale nomen *densè stantium stirpium,* nec tantummodò *arborum.* a ξύλον, per aphæresin, ut propriè notetur *lignum;* et ut per usum deinde paulatim latior inducta sit notio. πῦρ ἐξ ἑνὸς σπέρματος, scintillâ, ἀΐστωσεν, delevit, vastavit, Py. 3. 67.

Ὕλλος, ου, ὁ. Rex Doricus in inferiori Italiâ, filius Herculis. ἡ Ὕλλις στάθμη, Py. 1. 120, i. e. justitia ab Hyllo exercita.

Ὑμέναιος, ου, ὁ. propriè est ᾠδὴ γαμήλιος, dicta ab ὑμνεῖν, quasi ὑμναιός τις. Ab aliis verò derivatur nomen hujus cantici nuptialis ἀπὸ Ὑμεναίου, νεανίσκου τινὸς Ἀργείου, ὃς, παραπλέων Ἀθήνας, ἔπαυσε βίαν ἣν λησταί τινες Πελασγοὶ ἐπῆγον παρθένοις τισὶν Ἀττικαῖς· αἳ, γάμῳ νομίμῳ ὕστερον ἐκδοθεῖσαι, ᾠδὴν ᾖσαν ἐπ' αὐτῷ, ἣν ὁμωνύμως ἐκάλουν Ὑμέναιον, καὶ ἐξ αὐτοῦ πᾶς ὁ ἐν γάμῳ ὕμνος οὕτω καλεῖται. Py. 3. 30.

Ὑμνέω, fut. ήσω. *decanto.* in Pindaro semper in sensu optimo.

Ὑμνητὸς, ὴ, όν. *celeber, laudabilis.*

Ὕμνος, ου, ὁ. *cantus,* maximè laudatorius, quo nomen alicujus celebratur, et sæpè cum laude appellatur: est enim ab ὄνομα, per syncopen, et mutationem τοῦ ο Æolicam; secundum Eustathium. ἀγῶνα ὕμνος ἔβαλεν, certamen hymnus contigit jactu suo, Ne. 3. 115, quasi hymnus esset jaculum. ἀγαθῶν ἐργμάτων ὕμνος, laudatio præclarè factorum, Ne. 4. 135. δόκιμον, Ne. 3. 18, i.e. εὐάρεστον. τόνδε θαυμαστὸν, Ist. 4. 36, i.e. rem hymno dignam, sc. νίκην τήνδε. ὕμνοι ἀναξιφόρμιγγες, Ol. 2. 1, quos alloquitur ὡς μουσόληπτος (a furore poëtico correptus) καὶ ἐπιζητῶν quem debeat hoc instinctu canendum arripere: et est pro, ὦ Μοῦσά μου, ponens effectum pro efficiente virtute poëticâ. ὕμνων πτυχαῖς, Ol. 1. 170, i.e. ὕμνῳ: et hæc periphrasis apta est ad, δαιδαλώσειν. ὑποχεύμασιν, suffusionibus, Py. 5. 134.

Ὑπαίθριος, ου, ὁ, ἡ. *sub dio, et aperto cœlo.* αἰτέων ὑπαίθριος, precans sub dio, Ol. 6. 104.

Ὑπακούω, fut. ούσω. *audio.* sæpè tamen et *attentionem* et *obsequium* connotat. ὑπακουέμεν (Dor. pro ὑπακούειν) αὐγαῖς ἡλίου, Ol. 3. 44, i.e. εἶναι κατάθερμος καὶ πυρώδης, καὶ ἀσκίαστος, parere radiis Solis.

Ὑπαντιάζω, fut. άσω. *loco alicujus occurro vel accedo;* et in genere, *accedo, obviàm procedo.* ὑπηντίασε, accessit et coram iis stetit, Py. 4. 241. ἑκόντι νόῳ πρέπει τὸν εὐεργέταν ὑπαντιάσαι, Py. 5. 59, decet volenti animo occurrere ei qui benè rem gessit, vel et, benefactori: ἀμείβεσθαι. Doricum futurum est άξω. ὑπαντιάξαισα (Dorica terminatio pro -άσασα) κρίσει δυσμενέων, Py. 8. 13, opponens se et occurrens robori hostium.

Ὑπάργυρος, ου, ὁ, ἡ. *argento conductus.* φωνὴν ὑπάργυρον, vocem argento venalem, Py. 11. 65.

Ὑπάρχω, fut. ξω. *incipio, initium facio.* sed apud Recentiores ὑπάρχω notat, *adsum.* ἔνθα ὑπάρχει Ne. 4. 76, ubi auctor est regni; pro quo alii argutiùs legunt ἀπάρχει, primitias decerpit regni. ἀγαυῶν ταύρων ὑπᾶρχε, Doricè pro ὑπῆρχε Py. 4. 366, aderat, jam ante adventum eorum.

Ὑπασπίζω, fut. ίσω. *clypeo protego.* it. *sum armiger.* ὑπασπίζων Χρομίῳ, Ne. 9. 80, Chromio armiger existens.

Ὕπαρ, τὸ. est oppositum τῷ ὄναρ, et notat *rem veram, quæ non est somnium.* est vox composita ex ὕπνος et αἴρω, ut sit ὕπνου ἄρσις, somni sublatio διὰ τὴν ἐγρήγορσιν, quasi ὕπναρ. non enim ponitur hæc vox, nisi in relatione ad somnium et somnum. ὕπαρ ἐξ ὀνείρου, Ol. 13. 95, ex vero somnio aderat res vera ipsa videnda. nam ὕπαρ est *visio vigilantis post somnum expulsum:* id quod ἐν ὀνείρῳ (in visione veraci dormientis) oblatum ei erat, id evigilans revera vidit et habuit.

Ὕπατος, per syncopen pro ὑπέρτατος, η, ον. *supremus.* ὕπατον ἐσθλὸν, bonum summum, Ol. 1. 161. διαυλοδρομᾶν ὕπατον, Py. 10. 14, præstantissimum inter cursores diaulicos. ὕπατον τεθμὸν, summum ritum, Ne. 10. 60. ὕπατε, O summe Jupiter, Ol. 13. 34. ὕπατος εἶναι πρὸς ἀρετὴν, sc. ἐδόκησε, præstantissimus virtute esse visus est,

Py. 6. 42. τῷ ὑπάτῳ opponitur νίατος (pro νεάτατος), et Ionicè νείατος. hinc apud Musicos est ἡ ὑπάτη (χορδή) τε καὶ νεάτη, quæ per crasin dicitur ἡ νήτη.

Ὑπένερθε, adv. *infra*.

Ὑπὲρ, præpositio, regens duos casus. Prima ejus notio est, *super*. cum *genitivo* est, *super, supra, pro, per, de*. cum *accusativo* est, *ultra, trans, supra, præter*. ὑπὲρ ἁλὸς πέμπεται, trans mare mittitur, Py. 2. 126. ὑπὲρ ἁλὸς οἰκέων, ad mare habitans, Ne. 7. 95. νώτων ὕπερ γαίας, super terga, i.e. juga, terræ, Py. 4. 46. Ἱέρωνος ὕπερ, Py. 1. 62, de Hierone nuntians aliquid. ὑπὲρ πόντου, trans mare, Py. 9. 90. κιόνων ὕπερ Ἡρακλέους, ultra columnas Herculis, Ne. 3. 37. κρεῶν ὕπερ, propter carnes, Ne. 7. 61. πόλιος ὑπὲρ φίλης, pro carâ urbe, nomine suæ urbis, Ne. 8. 23. ὑπὲρ πολλῶν, supra multos, Ne. 9. 129. ὑπὲρ ἀνθρώπων, supra homines, Ist. 2. 53. γενεᾶς ὕπερ, pro genere et gente, Ist. 6. 4. κεφαλῆς, super caput, Ist. 8. 20. ὑπὲρ τὸ ἀληθὲς, Ol. 1. 45, supra et ultra verum. ὑπὲρ ἅπαντας, supra omnes, Ol. 10. 87. ὑπὲρ Κύμας, suprà Cumas, Py. 1. 34. ὑπὲρ ἕρκος ἅλμης, super superficiem maris, Py. 2. 147. ὑπὲρ ἀμπλακίαν, Ist. 6. 43, ob delictum et errorem malum.

Ὑπέραλλος, ου, ὁ, ἡ. *supra alium, eximius, egregius*. ὑπέραλλον αἰχμὴν ταμὼν, eximiam hastam desecans, Ne. 3. 57, ἐξαίρετον, ἐξέχουσαν, ὑπερβάλλουσαν. et sermo est ibi de hastâ nobili Pelei.

Ὑπεράφανος, Dor. pro ὑπερήφανος, ου, ὁ, ἡ. *elatus supra alios splendore et gloriâ*. item, in sensu vitioso, *ostentator sui*. Apud Plutarchum, in Vitâ Fabii, πράξεις ὑπερήφανοι, sunt, facta eximia.

Ὑπερβάλλω, *super jacio*. δέρκομαι λαμπρὸν, οὐχ ὑπερβαλών. Ne. 7. 97, tueor serenum, (i.e. alacri vultu, et conscientiæ recti pleno intueri possum omnes,) non excedens modum; μὴ τέρμα προβάς.

Ὑπέρβιος, ου, ὁ, ἡ. *viribus superans*, item, *viribus abutens, superbus, insolens*. ponitur enim in sensu laudis et vituperii. Ol. 10. 20, ὑπέρβιον Ἡρακλῆα, in bono sensu. et 35, Αὐγείαν, in malo.

Ὑπέρδικος, ου, ὁ, ἡ. *ultor, ultrix*. Νέμεσιν, Py. 10. 68, nam Nemesis est dea quæ exsequitur ultionem divinam.

Ὑπερέρχομαι, *supergredior, excello*. ὑπερελθόντων, Ol. 13. 20; qui genitivus pendet ab ἀγλαΐαν, splendorem eorum qui excellunt virtutibus perfectis.

Ὑπερῆις, ιδος, ἡ. Fons celeber ἐν μέσῃ τῇ τῶν Φεραίων πόλει in Thessaliâ, et nomen est ab ὁ Ὑπέρης, qui fuit nepos Phrixi, regnans circa eum amnem.

Ὕπερθε, et ὕπερθεν, adv. *desuper; supernè*. τὰ μητρόθεν μὲν, κάτω, τὰ δὲ ὕπερθεν, πατρὸς, Py. 2. 88, ubi sermo est de Centauris, ab humano patre ex equabus genitis. ἄλλοτε ἄλλον ὕπερθε βάλλων, alium alio tempore in altum tollens, Py. 8. 109, i. e. ἐξαίρων. ὕπερθεν ἐμβόλου, ad paxillum ligneum, Py. 4. 342. Ἀλεκτρᾶν ὕπερθεν, supra Electras portas, Ist. 4. 104.

Ὑπέρθυμος, ου, ὁ, ἡ. *excelsus animo, magnanimus supra alios*. ponitur in sensu laudis, et est idem quod μεγάθυμος, et ἀγήνωρ, tribuiturque valdè nobilibus. Ist. 8. 117; Py. 4. 23, in sensu optimo.

Ὑπερκρεμάω, *suprà pendere facio.* ὑπερκρέμασεν (omisso augmento in medio) αὐτῷ ἄταν, Ol. 1. 91, suprà suspendit ei damnum, i.e. λίθον μέγαν. sermo est de Tantalo. et ἄτη est h. l. pœna ex errore mentis ejus insecuta eum.

Ὑπερμάκης, Dor. pro ὑπερμήκης, εος, ὁ, ἡ. *valdè longè se extendens.* ὑπερμάκει βοᾷ, clamore ingenti, Ol. 7. 69.

Ὑπερμνήστρα, ας, ἡ. Filia Danai, unica proba ex quinquaginta filiabus ejus; uxor Lyncei, filii Ægypti. Duo nepotes Lyncei fuerunt Ἀκρίσιος καὶ Προῖτος.

Ὑπέροπλος, ου, ὁ, ἡ. *instrumentis et armis pollens supra alios;* in bono et malo sensu; *fortior armis.* in malo sensu est, *nimis audax; nimis violentus; insolens, modum et mensuram nostram excedens.* Apud Homerum, est in sensu malo; apud Pindarum paulò aliter. ἄταν ὑπέροπλον, Ol. 1. 90, malum ingens, insuperabile, μεγάλην λίαν, ὑπερβολικήν. ἥβην ὑπέροπλον, Py. 6. 48, lætitiam juvenilem, inconcessa sibi sumentem. Λαπιθᾶν ὑπέροπλων βασιλεὺς, Py. 9. 24, Lapitharum armis excellentium rex; ubi est in sensu optimo; quorum virtus major armis.

Ὑπέροχος, ου, ὁ, ἡ. *excellens, eminens, præstans aliis.* ὑπεροχωτάτη θυγατρὶ, Py. 2. 69, Junoni, eminentissimæ filiæ Saturni. δάμασε θῆρας ὑπερόχως, accus. Doricus, pro ὑπερόχους, Ne. 3. 42, domuit et superavit feras præstantes robore et magnitudine.

Ὑπερπόντιος, α, ον. *transmarinus.* γλῶσσαν, Py. 5. 79, linguam transmarinam, i.e. peregrinam, extraneam.

Ὑπέοτερος, α, ον. *superior.* est comparativus ab adjectivo ὕπερος, α, ον. *qui suprà est;* a quo fit ὑπερώτερος, per syncopen ὑπέρτερος. τιμᾷ γενέσθαι ὑπέρτερον, honore fuisse superiorem, Py. 2. 111. ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα, Ist. 1. 2, præferam hoc negotium aliis occupationibus meis. ὑπέρτεροι δηΐων, Ne. 4. 62, hostibus superiores.

Ὑπέρτατος, η, ον. *supremus.* superlativus ab adjectivo ὕπερος, per syncopen pro ὑπερώτατος. ὑπέρτατος υἱέων, i.e. πρεσβύτερος, Ne. 6. 36. ὑπέρτατον θρόνον, Ol. 2. 141, summam sedem. ὄλβον, Py. 3. 157, supremam felicitatem. ὑπέρτατε ἐλατὴρ βροντῆς, Ol. 4. 1, altissime vibrator fulminis. ὑπερτάτους ἥρωας, summos heroas, Py. 8. 37. ὑπερτάταις ἀνορίαις, Ne. 3. 34, strenuitatibus summis. ὑπερτάτας κλῆδας, Py. 8. 5, summas claves.

Ὑπερώτατος, η, ον. idem. et hic est superlativus, non syncopatus, ab ὕπερος, α, ον. τὰ ὑπερώτατα, Ne. 8. 73, sc. πράγματα.

Ὑπερτίθημι, *superpono, præficio.* ὑπερτιθέμεν θεὸν αἴτιον παντὶ, Py. 5. 33, præficere eum omni rei; statuere animo, in omni re eum esse primarium auctorem et gubernatorem: ἐπὶ παντὸς πράγματος δεῖ τῷ θεῷ τὴν αἰτίαν ἀνάπτειν· πρὸ πάντων δεῖ σε θεῷ ἀνατιθέναι τὴν αἰτίαν, et est infin. pro imperativo. apud Herodotum, V. 24, ἵνα σοὶ τὰ πράγματα ὑπερθέωμαι, ut tecum de rebus gerendis consultem; et sequitur paulò post, βασιλῆος σύμβουλος γενέσθαι, regis consiliarius esse.

Ὑπέρφατος, ου, ὁ, ἡ. *eminenter celebratus;* item, *super alios illustratus.*

Ὑπερφθίω, *magis perire facio, pro aliquo interimo.* ὃς ὑπερέφθιτο πα-

τρὸς, qui occisus erat pro patre, Py. 6. 29, ut pater servaretur.

Ὑπερφίαλος, ου, ὁ, ἡ. est poëticum epitheton, factum ex ὑπερφυὴς, idemque notans. *valdè magnus et altus, ultra modum solitum.* et in malo sensu, *qui excrescit quasi super jus et fas et bonos mores; insolens, arrogans.* ὑπερφιάλου ἡγεμόνος ὕβριν δείσαντες, Py. 4. 198, superbi ducis injuriam veriti. ἔτικε γόνον ὑπερφίαλον, Py. 2. 79, ubi Centaurum sic vocat, figurâ et magnitudine excedentem mensuras hominum: simul tamen notio *superbi* et *viribus nimis fidentis* inest. Μολίονες ὑπερφίαλοι, Ol. 10. 42, arrogantissimi, ὑπερβολικῶς ὑπερήφανοι.

Ὑπέχω, fut. ὑφέξω. *subter habeo vel teneo, me vel aliud; sustineo, sum adjumento.* πλοῦτος ὑπέχων μέριμναν, Ol. 2. 99, divitiæ sustentant studium inveniendi artes bonas.

Ὕπνος, ου, ὁ. *somnus.* ὕπνον, σύγκοιτον γλυκὺν, παῦρον ἀναλίσκουσα ἐπὶ βλεφάροις, Py. 9. 44, somnum, concubitorem dulcem, paucum consumens in palpebris. ὕπνῳ ἐνέπεσε φήμη, Ist. 4. 38, fama nominis dormierat.

Ὑπὸ, præpositio, regens tres casus. cum *genitivo* notat *a, præ, sub, propter.* cum *dativo* vel *ablativo*, est quoque *sub, per, a.* cum *accusativo* notat *sub, ad.* ὑπὸ χαρμάτων (i.e. τέρψεως) πῆμα δαμασθὲν, a gaudiis malum victum, Ol. 2. 35. et 149, ὑπ' ἀγκῶνος, sub cubito: et 175, μάργων ὑπ' ἀνδρῶν, a furiosis viris, et in illis habitans, per tales: ὑπ' ἀνοήτων. ὑπὸ ἀοιδῆς, cum et sub cantu, Ol. 4. 4, pro μετά. ὑπὸ λόχμης, i.e. ὑποκάτω δένδρων σκιᾶς βαθείας, Ol. 6. 69. et 73, ἦλθε δ' ὑπὸ σπλάγχνων ὑπ' ὠδῖνός τε, venit ex utero, sub labore partûs, i.e. ἐγεννήθη ἐκ μητρός. ὑπ' ἀμφοτέρων, cum utrisque, sub utrisque comitibus, Ol. 7. 23. ὑπὸ Κλεωνᾶν, prope ad Cleonas, Ol. 10. 37. ὑπὸ χειρῶν, Py. 8. 110, sub manibus, i.e. mansuefactum. ἀνελὼν αὐτὸν ὑπὸ ματέρος, suscipiens eum pro filio suo ex matre, Py. 9. 106, pro, παρὰ μητρός. ὑπὸ χειρῶν, ex manibus subtrahens eum, Py. 11. 27. ὑπὸ σπλάγχνων μητρὸς, Ne. 1. 53, ex utero matris. ὑπὸ φωτῶν, a et ex viris, Ne. 2. 32. ὑπὸ βουθυσίαις, i.e. διὰ, per, Ol. 5. 13, per immolationes boum, cum immolationibus. ὑπ' Ἀπόλλωνι, sub Apolline et per eum, Ol. 6. 57. ὑπὸ πυρὶ, sub igne, per ignem, Ol. 10. 45. ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου, prope ad colles, sub collibus, Py. 1. 123. ὑπὸ κεφαλαῖς ὀφίων, i.e. a serpentibus, Py. 12. 15. βελέων ὑπὸ ῥιπαῖς, ab ictibus jaculorum, Ne. 1. 102. ὄρεσι, sub montibus, ad montes, Ne. 6. 73. ὑπὸ κέρδει ἔβαλον, lucro postponere solent, Ne. 7. 26. ὑπὸ λόγχῃ, sub lanceâ et vexillo, Ne. 8. 51. ὑπὸ εὐχαῖς, Ist. 6. 64, per preces. χειᾷ, Ist. 8. 153, sub latibulo. ὑπὸ ὄρος ναίοντες, sub monte habitantes, Ol. 6. 129. ἔκρυψαν ὑπὸ γῆν, sub terram occuluerunt, Py. 9. 142. avulsum a verbo est, Ol. 1. 30, pro ὑπέθηκε.

Ὑποδέχομαι, fut. ἔξομαι. et ὑποδέκομαι. *excipio.*

Ὑποθέω, *subter curro; obviam occurro.* λύκου δίκην ὑποθεύσομαι, Py. 2. 155, i.e. vi apertâ aggrediar eum, dentes contra nudans, ut lupus; in opposito ad astutias et dissimulationem vulpis.

Ὑπόκειμαι, *subjaceo.* ὑποκείσεται μοι ὁ ἄθλος οὗτος, Ol. 1. 135, mihi

propositum est hoc certamen; ἐμοὶ ὑπὲρ τοῦ γάμου κινδυνεῦσαι πρόκειται. ἐγὼ ὑπομενῶ τοῦτον τὸν ἆθλον τοῦ γάμου.

Ὑποκουρίζομαι, *juveniliter ludo.* παρθένοι φιλοῦσιν ἑσπερίαις ὑποκουρίζεσθαι ἀοιδαῖς, Py. 3. 32, virgines solent vespertinis cantilenis blandè ludere cum pueris; vel, se invicem cantu alacri excipere.

Ὑποκρέκω, fut. έξω. *subcrocito.* (a κρέκω, *acutum sonare facio.*) dicitur de citharâ quoque, quando chordæ ejus leniter pulsantur ad respondendum voci humanæ unà canentis; ἠρεμαίως ὑπηχεῖν ἐν τῷ ἁρμόζειν τὴν κιθάραν, et in genere, συνᾴδειν, συμφωνεῖν. ὑποκρέκει μανίαις, Ol. 9. 59, insaniis consonat, συμφωνεῖ, συνᾴδει, ὅμοιόν ἐστι, ὑπηχεῖ, ὑποτερετίζει.

Ὑπόκρυφα, neutrum plurale adverbialiter ab ὑπόκρυφος, ου, ὁ, ἡ. *occultus.* ὑπόκρυφα κλέπτεται, latenter et furtim subtrahitur, Ne. 9. 79.

Ὑπομένω, *maneo sub, suffero, sustineo, exspecto.* est etiam verbum bellicum, *non terreor periculo et labore.* ὄλβον οὐχ ὑπέμεινε, felicitatem ferre non potuit, Py. 2. 48, ἐνεγκεῖν οὐκ ἴσχυσεν.

Ὑπόπτερος, ου, ὁ, ἡ. *alis suffultus, pennis adjutus.* ὑποπτέρου νηὸς, Ol. 9. 36, navis alatæ, i. e. remis et velis benè currentis. ὑποπτέροις ἀνορέαις, Py. 8. 129, alatis strenuitatibus.

Ὑποσκάπτω, fut. ψω. *suffodio.* ἅλματά μοι ὑποσκάπτοι τις, saltus, i. e. saliendi distantias certas, Ne. 5. 37.

Ὑποστέλλω, *contraho.* ὑπέστειλε ἱστίον, contraxit velum, Ist. 2. 59.

Ὑποφᾶτις, ιος, ἡ. *elocutio clandestina; si quis clanculùm narrat et subjicit aliis; rumor clam vulgatus.* διαβολιᾶν ὑποφάτιες, calumniarum propagationes et indicationes, Py. 2. 140; et ibi in abstracto concretum sic dicit, calumniarum vulgatores insidiosos.

Ὑπόχευμα, ατος, τὸ. *suffusio, substratio.* ὑποχεύμασιν ὕμνων, Py. 5. 134, sc. ῥανθεῖσαν ἀρετὰν, si hoc verbum ex δρόσῳ μαλθακῇ literaliter huc repetere velis: virtutem aspersam molli rore, et hymnorum suffusionibus rigatam et perfusionibus, liquoribus. quidam h. l. divisim legi jubent ὑπὸ χεύμασι, et intelligunt sepulchra, sub quibus audiant fortasse majores hanc laudationem hymnorum: sed frigidè satis, si contextum consulas.

Ὑποχωρέω, fut. ήσω. *recedo, secedo.* εἰρεσία δ' ὑπεχώρησε, Py. 4. 359, remigatio benè successit, et fortunata fuit: ubi vides aliam verbi notionem.

Ὑπωρόφιος, ου, ὁ, ἡ. pro ὑπωρόφιος, *quod sub tecto aut contectione supernâ est.* deinde in genere, *sub eodem tecto*, ὁμόστεγος, ὁμωρόφιος. ὑπωρόφιοι φόρμιγγες, Py. 1. 188, i. e. ἐνοικίδιοι, domesticæ citharæ.

Ὗς, ὑὸς, ὁ, ἡ. *sus.* de Ol. 6. 153, vide supra Βοιωτία.

Ὕστερος, α, ον. *posterior, inferior.* ὑστέρῳ χρόνῳ, Py. 4. 98, tempore insequente. ὑστέρων λόγων, sequentium sermonum laudatoriorum, Ol. 11. 5. ὑστέραις ἐν ἁμέραις, Py. 10. 26, posterioribus in diebus.

Ὑφαίνω, fut. ανῶ. *texo.* ὑφαίνει ὄλβον, Py. 4. 251, contexere felicitatem.

Ὑφέλω, *subduco.* it. *infernè occupo.* ἄνθεμον ὑφελοῖσα, Doricè pro ὑφελοῦσα, Ne. 7. 117, florem decerpens inferiore ejus parte.

Ὑφίστημι, *sub statuo*, me vel alium. *recipio in me, præsto.*

Ὑψεὺς, έως, ὁ. Pater formosæ Κυρήνης, quæ fuit mater Aristæi ex Jove, Py. 9. 23, sqq. ipse fuit filius τοῦ Πηνειοῦ fluvii.

Ὑψηλὸς, ἡ, όν. *altus.* ὑψηλοῦ Κρονίου πέτραν, rupem alti Cronii, Ol. 6. 109. ὑψηλὸν ὄλβον, Ol. 2. 38, felicitatem excelsam. ὑψηλὸν κλέος, Py. 3. 197, gloriam celsam.

Ὑψίβατος, ου, ὁ, ἡ. *ubi in alto vaditur; in alto positus.* Ἀχαιῶν ὑψίβατοι πόλιες, excelsæ urbes, Ne. 10. 88, nam ferè omnes Achaiæ urbes in collibus sitæ.

Ὑψίγυιος, ου, ὁ, ἡ. *altis membris, excelso corpore.* ὑψίγυιον ἄλσος θαλάμων, Ol. 5. 31, ædium seriem stipatam altam.

Ὑψίθρονος, ου, ὁ, ἡ. *in excelsâ sede sedens.*

Ὑψίλοφος, ου, ὁ, ἡ. *altum verticem habens.* est epitheton montis.

Ὑψιμέδων, οντος, ὁ. *altè potens et consulens.* ὑψιμέδοντι παρὰ Παρνασσῷ, juxtà altè caput extollentem et quasi regio more eminentem Parnassum, Ne. 2. 29; quod epitheton monti, pro ὑψηλῷ, ὑψικαρήνῳ, per licentiam poëticam additur.

Ὑψινεφὴς, έος, ὁ. *in alto nubes habens et regens.* est epitheton Jovis.

Ὑψίπεδος, ου, ὁ, ἡ. *quod altum solum habet.* ὑψίπεδον Θεράπνης ἕδος, edita sedes urbis Therapnæ, ubi Castor habitavit, Ist. 1. 43.

Ὑψιπέτης, ου, ὁ, ἡ. *altè volans.* ὑψιπετᾶν ἀνέμων, Py. 3. 188, altè volantium ventorum, nam agitant nubes.

Ὕψιστος, η, ον. *summus, supremus.* superlativus ab ὕψι ortus, vel a nomine τὸ ὕψος.

Ὑψίφρων, ονος, ὁ, ἡ. *alta cogitans.*

Ὑψιχαίτης, ου, ὁ. *comam altè gestans.* ὑψιχαῖται ἀνέρες, Py. 4. 306, i. e. valdè proceri.

Ὑψόθεν, adv. *ex alto.* ὑψόθεν βλεφάρων, Ol. 3. 22, i. e. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. ὑψόθεν ἐνέπεσες, Py. 8. 117, illapsus es desuper.

Ὑψοῦ, adv. *altè.* ὑψοῦ πατεῖν, Ol. 1. 185; ubi conf. πατεῖν. notat enim μὴ ἀποβαλεῖν τὴν βασιλείαν. ὑψοῦ φέρουσι, Py. 10. 109, in altum ferunt, extollunt.

Φ.

Φάγω, fut. 2. φαγῶ. quod futurum in formâ mediâ non dicitur, ex analogiâ, φαγοῦμαι, sed φάγομαι, εσαι, εται. *comedo.* ἔφαγόν σε, comederunt te dii, O Pelops, Ol. 1. 81.

Φαεινὸς, ἡ, όν. *lucidus, clarus.*

Φαεννὸς, ἡ, όν. idem. nam iota crebrò transit in ν. φαεννῆς ὀπὸς, Py. 4. 505, claræ vocis. φαεννὰν νᾶσον, Ne. 4. 80, splendidam et nobilem insulam. φαεννότατον ὄμμα, Py. 5. 75, perspicacissimus oculus, vel beneficentissimus; nam oculus lucens est antiquis benevolentia. et omisso ν, φαενὸν αἰθέρα, Ol. 7. 122, i. e. λαμπρόν. huc pertinet et φιαρὸς, ὰ, όν. *splendescens, turgidus cum candore aliquo.* sic ὄμφαξ dicitur φιαρὰ, Theocr. 11. 21.

Φαίδιμος, η, ον. *illustris, lucens, candidus.* φαίδιμον ὦμον, de Pelope; candentem et lucentem humerum, quia ex ebore, Ol. 1. 41. φαιδίμην πρόσοψιν, Py. 4. 50, eximiam faciem, φαιδρὰν, alacrem, καὶ εὐπρεπῆ. φαιδίμην κόμην, sc. gigantum, Ne. 1. 103.

Φαίνω, fut. ανῶ. *apparere facio, ostendo.* Atticis τὸ φαίνειν sæpe ponitur pro ποιεῖν, *facere, reddere.* forma media et passiva est intransitiva. φαῖνεν (ἔφαινε) protulit in lucem, Ne. 5. 10. et 31, φαίνοισα πρόσωπον, videndam exhibens faciem, ostendens apertam. φαινέμεν, pro φαίνειν, Py. 4. 303, notum facere ubique, proferre. ἔφανας, Dor. pro ἔφηνας, a. 1. ostendisti, Ist. 4. 4, ubi metri lex respuit a. 2. ἔφανες. φαίνεται ἐμοὶ ἄπιστον, Py. 10. 78, videtur mihi incredibile. οὐ φαίνεται, non apparet, non conspicitur, non sentitur, Py. 12. 51. φαινομένην εἰς ἄταν, in damnum conspicuum et manifestum, Ne. 9. 49. φάνεν pro ἐφάνησαν, Ol. 10. 101. φανεὶς χρυσὸς ἐν χερσὶ μισθῷ, Py. 3. 98, conspectum aurum in manibus suis pro mercede. πέφανται, inventus est, apparuit, Py. 5. 153, tertia sing. perf. pass. cujus prima concipi debet πέφασμαι, ανσαι, ανται, a perf. act. πέφαγκα. φαίνειν alibi notat et, *indicare judici, accusare, deferre,* unde est συκοφαντεῖν, *ficus indicare.*

Φάμα, Dor. pro φήμη, ης, ἡ. notat apud Antiquos, λόγον δηλωτικὸν μέλλοντός τινος, ἐξ αὐτομάτου λαλούμενον, *vocem humanam, sponte suâ emissam, et a nobis exceptam, ex quâ futurum aliquod conjicimus; verbum ominosum.* φάμας ὄπισθεν, Ol. 6. 108, famam consecuturi, sc. ex arte nostrâ. ubi vides recentiorem hujus nominis usum, ut notet *gloriam, rumorem, existimationem.* φάμαν παλαιὰν ἔργων, Ist. 4. 37, famam et gloriam antiquam rerum gestarum, ubi ista fama in sequentibus est personificata. φᾶμαι, i.e. ὕμνοι, Py. 2. 28, laudationes. ἀγαθαὶ, Ol. 7. 18, boni rumores.

Φαμὶ, Dor. pro φημὶ, factum ex φάω, *dico, loquor.* φαμὶ, Py. 2. 117, censeo, credo, puto. Py. 4. 180, διαβεβαιοῦμαι. φαντὶ, Doricè pro φασὶ, Ol. 7. 100. φᾶ pro ἔφη, Ol. 6. 83. φάμεν, infinitivus pro φάναι, dicere, loqui, Ol. 1. 55. φαίην, dixerim, Ol. 13. 146. φαῖμεν pro φαίημεν, Ne. 7. 128. φάσθαι ἐξοχώτατα, Ne. 4. 150, excellentissimè enarrare. ταῦτα φαμένᾳ αὐτῷ, hæc elocuto ei, Ist. 6. 72.

Φανερὸς, ὰ, όν. *apertus, in luce situs.* φανερὰν εἰς ὁδὸν, Ol. 6. 123, i.e. εἰς ἐπίδοξον βίον, ad gloriæ plenam vitam; vel et, in lucem et conspectum omnium. οὔπω φανερὰν, nondum visibilem, Ol. 7. 103. φανερὰ θήσω, Ol. 13. 139, manifesta faciam.

Φάος, εος, τὸ. *lumen.* deinde per tropum, σωτηρία, *salus;* item, *oculus.* χρονιώτατον φάος ἀρετᾶν, splendor virtutum maximè diuturnus, Ol. 4. 16. ἀπ' ἀμηχανίας ἄγων εἰς φάος αὐτοὺς, ex difficultate ducens in celebritatem eos, Ol. 5. 32. ἦλθε εἰς, Ol. 6. 75, natus est. βιοτοῦ, Ol. 10. 27, lucem vitæ, i.e. lætitiam. τηλαυγέστερον, Py. 3. 135, splendidius lumen quovis astro. Παιὰν σοι τιμᾷ φάος, Py. 4. 481, Pæan, i.e. Apollo, honorat tibi et honorificè testatur tibi, hoc lumen, i.e. hanc gloriosam facultatem et eminentiam. σοὶ δέδορκε, tibi conspicitur splendor, i.e. tuus splendor, Ne. 3. 148, conspicuus est latè. οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόναν, Ne. 7. 4, non diem, non nigram intuiti noctem. ὀμμάτων μὴ κρύπτειν, Ne. 10. 75, i.e. μὴ κάτω βλέπειν Ἀκραγαντίνων, Ist. 2. 26, Agrigentinorum lumen, i.e. virum apud eos præstantissimum. ἀνήγαγον εἰς, Ist. 6. 91, protulerunt in lucem, i.e. fecerunt

ut componerentur hymni multi in laudem eorum. ὁ θησαυρὸς ὕμνων (ὢν) ἐν φάει καθαρῷ (κατὰ) πρόσωπον, ἐξαγγελεῖ νίκην, Py. 6. 13, qui est cum purâ luce quod attinet faciem ejus, i.e. candidissimus et splendidissimus: nam multitudo hymnorum est personificata in unum πρόσωπον. ἐν φάει καταβαίνειν, Ne. 4. 63, in luce et palam descendere in certamen.

Φαρέτρα, ας, ἡ. *pharetra.* πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος βέλη ἔνδον φαρέτρης, Ol. 2. 151, sunt mihi ad cubitum multa jacula intra pharetram; pendebat enim a sinistro humero usque ad dextrum cubitum in tergo; unde alibi pharetra dicitur ὑπωλένιος. ὑπὸ autem propinquitatem subjacentem indicat. ἐξ ἀνικήτου φαρέτρας, ex invictâ pharetrâ, Py. 4. 162.

Φάρμακον, ου, τὸ. *medicamen.* propriè est in bono sensu, et dictum a φέρειν ἄκος, quia affert medelam. κατ' ἀντίφρασιν deinde etiam adhibetur in malo sensu, de *veneno.* imò et omnes tincturæ, in quas intingitur inficiendum colore, dicuntur φάρμακα, βαφαί. εὔδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν ψυχρᾶν, tepidum medicamen contra auras gelidas, Ol. 9. 147, i.e. βοήθημα, et sic dicit χλαῖναν, togam. φάρμακον πραῢ, Ol. 13. 120, medicamen cicurificum tendens circa maxillam equi, i.e. χαλινόν. κάλλιστον ἐπὶ θανάτῳ, Py 4. 332, ubi in genere notat condimentum, ἄρτυμα, et dicit sic τὴν παραμυθίαν θανάτου τὴν ἐκ τῆς ἀρετῆς καὶ εὐδοξίας. φάρμακα περιάπτων γυίοις, Py. 3. 95, membris circumapplicans medicamina. φαρμάκων νομὸν, Ne. 3. 95, medicaminum rationem et tractationem.

Φαρμακόω, fut. ώσω. *medicor.* φαρμακώσαισα, Py. 4. 393, i. e. μίξασα.

Φάσγανον, ου, τὸ. *gladius.* φασγάνου ἀκμῇ, acie ensis, Py. 9. 141. ἀμφικυλίσαις, Ne. 8. 40, sc. αὐτὸν, faciens eum, circumdantem se gladio, i.e. ut ipse confoderet se. περὶ ᾧ, circa suum gladium, Ist. 4. 61, sc. cùm confodisset ipse se. et utroque loco sermo est de Ajace. φάσγανον est a σφάζω, pro σφάγανον.

Φάσμα, ατος, τὸ. *apparitio.* est a φάω, ejusque perf. pass. πέφαμαι et πέφασμαι, vel et a φαίνω eodem modo, pro πέφαμμαι. φάσμα Διὸς, ostentum a Jove missum, Ol. 8. 57.

Φάτις, ιος, ἡ. *fama, rumor.* est a φάω, *dico.* φάτις ἐχθρὰ, Py. 1. 187, odiosus et malus rumor de eo. φάτις (contr. pro φάτιας,) ἀνθρώπων, Py. 3. 199, per appositionem ad Nestorem et Sarpedonem, quos in abstracto vocat famas; i. e. valdè celebratos famâ.

Φάτνη, ης, ἡ. *præsepe.* est a φάγω, quasi φάγνη. τὸν δὲ (Πήγασον, equum alatum,) φάτναι Ζηνὸς ἀρχαῖαι δέκονται, Ol. 13. 131, eum præsepia Jovis antiqua excipiunt, i. e. inter sidera relatus est.

Φατὸς, ἡ, ὸν. *qui dici potest.* οὐ φατὸν πένθος, Ist. 7. 51, luctum inenarrabilem. χόλον, Ol. 6. 62, iram ἄρρητον.

Φαυσίμβροτος, ου, ὁ, ἡ. *mortalibus lucens.* δαίμων, i. e. ὁ ἥλιος, Ol. 7. 71.

Φέγγος, εος, τὸ. *lux.* in specie, *splendor diffundens se.* ἀληθινὸν ἀνθρώπῳ φέγγος, Ol. 2. 102, ubi est metaphoricè. Py. 4. 198, postquam primum aspexi lucem. κοινὸν, Ne. 4. 21, ubi est nominativus, pertinens ad Αἴγινα. τοῦτο δέδορκεν

αὐτῷ, Ne. 9. 100, refulget ei hoc lumen.

Φείδομαι, fut. είσομαι. *abstineo me, parcè utor, parco, reprimo me.* οὐ φείσατο νευρᾶς, Ist. 6. 49, non pepercit nervo arcûs, sed eo strenuè usus est. φείσασθαι κελεύθου, abstinere se ab itinere faciendo, Ne. 9. 47, refugere a consilio proficiscendi.

Φελλὸς, ου, ὁ. *suber.* dictus a φλέω, (quod sign, generali notat *adfluo, superfluo,*) quia semper natat supernè, nec mergitur. Py. 2. 146, sum immersabilis, sicut suber.

Φέρβω, fut. ψω. *pasco, alo;* propriè, pecora. deinde in genère, *alo, nutrio.* est a φέρειν βίον, *victum afferre, compositum.* ὕδωρ δ' ἄλλα (ἄνθη) φέρβει, aqua etiam alios flores ducit et alit, Ol. 2. 134. κρέσσονα μὲν ἡλικίας νόον φέρβεται, Py. 5. 147, alit mentem præstantiorem suâ ætate, i.e. ἔχει, φέρβει, fovet.

Φερέπονος, ου, ὁ, ἡ. *ærumnam afferens et sustinens.* φερέπονοι ἀμπλακίαι, Py. 2. 56, peccata ærumnam secum ferentia.

Φέρης, ητος, ὁ. Filius Crethei ἐκ τῆς Τυροῦς. Erat Pheres frater Æsonis, Py. 4. 222, nam Pheræ erant sedes ejus, non procul ab Iolco: hinc ἐγγύς.

Φέρτερος, α, ον. *præstantior.* est comparativus ortus a φέρω, quasi φερώτερος, *qui efferri meretur præ aliis.* φερτέρου νόστου, felicioris reditûs, Py. 1. 68. φέρτερον ἀγῶνα, Ol. 1. 12, præstabilius certamen. τεκεῖν γόνον ἄνακτα φέρτερον πατρὸς, Ist. 8. 70, parituram esse filium potentiorem dominum patre.

Φέρτατος, η, ον. *præstantissimus.* ὄλβῳ φέρτατος, Ne. 10. 24, Amphitryo felicissimus. Τελαμὼν, præstantissimus Telamon, Ist. 6. 57. ὅ, τι νῦν, καὶ ἐν τελευτῇ φέρτατον ἄνδρι τυχεῖν, Ol. 7. 48, quod nunc et in fine præstantissimum est homini adipisci. γόνον τι αὐτῷ φέρτατον ἀτίταλλεν, filium ei robustissimum educabat, Ne. 3. 98. τὸν φέρτατον θεῶν, Ist. 7. 8, potentissimum Jovem. κορᾶν φερτατᾶν, Ol. 9. 82, puellarum, quæ amabantur a potentissimis filiis Saturni: nam φερτάτων pertinet ad Κρονιδᾶν. λόγων φερτάτων μνημεῖον, Py. 5. 63, monumentum præstantissimorum sermonum, i.e. τῶν ὕμνων.

Φέρω, *fero, porto.* hoc verbum εἰς πλάτος μόνον κινεῖται, i.e. habet tantùm præsens cum imperfecto per omnes modos; sed non εἰς βάθος, i.e. nulla alia tempora descendunt a præsenti. λόγον φέρεις τὸν, Py. 8. 54, sermonem refers, et re ipsâ exhibes illum. πλοῦτος φέρει τῶν τε καὶ τῶν καιρὸν, Ol. 2. 98, affert horum et illorum opportunitatem, nunc horum nunc illorum gerendorum idoneam occasionem et facultatem præbet. πέτρας φέρει, saxa defert evoluta, ut decidant in mare, Py. 1. 46. et 70, δόξαν, affert opinionem. sic et, Ne. 9. 80, affert gloriam. ἄκος, Ne. 3. 31, medicinam affert. λόγον, Ist. 8. 133, reportat celebrationem. σοφοὶ κάλλιον φέροντι (Doricè pro φέρουσι,) δύναμιν, Py 5. 16, sapientes in pulchrius efferunt potentiam sibi datam, ποιοῦσι. ὑψοῦ φέροντι, in altum efferunt, Py. 10. 109. φέρε, pro ἔφερε, retulit. Ol. 9. 148. attulit, ὄρνιν, Py. 4. 384. αἰεὶ, semper reportavit hoc decus, Ne. 7. 57. ἐφέρομεν, portabamus, Py. 4. 45. κέλευθοι ἔφερον, viæ publicæ et vici ferebant, i.e. habebant, et ostendebant, talia, Ol. 7. 97. φέροις ἄστει γλῶσσαν, admoveas civi-

tati linguam, Ol. 9. 62, i.e. celebra jam et canta Opuntem, ὑμνοίης ἄστυ. φέροι κέρδος, i.e. λαμβάνῃ, Py. 8. 18. φέρε, fer, affer, Ist. 5. 79. φερέτω χάριν τῷ, habeat gratiam illi, Ol. 10. 21, τῷ Ἰόλᾳ, ἀλείπτῃ, cujus institutione et hortatu utens vicit. φέρειν γῆρας εὔθυμον, Ol. 5. 51, feras senectutem tranquillam. φέρειν, reportare, Ol. 8. 85. ἐλαφρῶς ζυγὸν, Py. 2. 171, leviter ferre jugum. κόσμῳ (i.e. κοσμίως) τὰ, decenter ferre ista, Py. 3. 148. τιμὴν πράγματι, afferre honorem negotio, Py. 4. 495. (εἰς τὸ) φέρειν μεμφομένοις ἀντίον (καθάπερ) καπνῷ (i.e. πυρὶ,) ὕδωρ, Ne. 1. 35, ad ferendum contra obtrectatores quasi aquam contra ignem. Μοῦσαν, Ne. 3. 49, afferre ei Musam. et 52, οὐδ' ἀλλοτρίων ἔρωτες ἀνδρὶ φέρειν κρέσσονες, nec cupiditates sunt bonæ, si quis velit aliquid ex alienis laudibus et bonis sibi auferre. στεφανώματα, Ne. 5. 98, afferre coronamenta. ἄνθος, florem proferre volunt [solent] arbores, Ne. 11. 52. κόμπον τοῖς, Ist. 1. 61. coll. 89, laudationem afferre illis. φέρων μέλος, perferens canticum, Py. 2. 7, nam mittebatur per epistolam, erat ἐπιστολιμαία ᾠδή. φέρων ἔπορε, afferens tradidit ei, Py. 3. 79. σπέρμα τοῦ, Ne. 10. 30, i.e. generaturus eum. φέρουσα σπέρμα, Py. 3. 27, i.e. prægnans ex eo. μέγα φέρεται, Py. 1. 170, magni æstimatur. τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι ἀνδρὶ, Py. 7. 23, illa et illa ferri ab homine, dari homini.

Φεύγω, fut. ξω. *fugio.* ἀρχαῖον ὄνειδος εἰ φεύγομεν, Ol. 6. 152, antiquum opprobrium an fugiamus, ἀποφεύγομεν, et εἰ est pro ὅτι, *quòd.* φεύγοντι (Dor. pro φεύγουσι) καὶ παῖδες θεῶν, etiam deorum filii fugiunt si opus est, Ne. 9. 65. φεύγειν κακηγορίαν, non maledicus esse, Py 2. 97. ὠδῖνα φεύγων, partu editus, Ne. 1. 55. δρόμον, Py. 9. 215, emensus est cursum celeritate; ubi exprimitur τὸ τάχος. τίνα κεν φύγοι ὕμνον κεῖνος ἀνὴρ, Ol. 6. 9, quem hymnum ille fugiat, i.e. quo hymno dignus ille non sit. σιγηλὸν ἀμηχανίαν ἔργῳ φυγὼν, Py. 9. 163, ubi participium pertinet ad φημὶ, et Poëta loquitur de se; taciturnam inopiam ipso opere effugiens. φυγόντες Νέμεσιν, evitantes eam, Py. 10. 67. et quibusdam locis τὸ φεύγειν, etiam activè, *fugare, abigere,* notare potest.

Φὴρ, ῆρος, ὁ. *fera.* est idem quod ὁ θήρ. Æoles enim crebrò τὸ θ mutant in φ, quod et Attici non raro faciunt, e.c. φλᾷν dicentes pro θλᾷν. φὴρ θεῖος, Py. 4. 211, i.e. Centaurus Chiron. de eodem est, Py. 3. 8, φῆρα ἀγρότερον, νοῦν ἔχοντα ἀνδρῶν φίλον.

Φθέγγω, fut. έγξω. *sonare facio, sono.* φθέγγομαι, *sonum edo, vocem emitto.* φθέγξομαί σε, celebrabo te cantu, Ol. 1. 59. φθέγξατο ἀπὸ γλώσσης, Ol. 6. 21, prolocutus est linguâ. τοιαῦτα, talia locutus est, Py. 8. 78. εἰ φθέγξαιο, Py. 1. 157, et quidem (κατὰ) καιρὸν, si locutus fueris opportunè. φθέγξαι, (imperat. a. 1. med.) Ne. 5. 95, dic.

Φθέγμα, ατος, τὸ. *sonus, vox.* βροντῆς φθέγμα αἴσιον, tonitrûs sonus faustus, Py. 4. 352, utpote in omine inde capiendo. φθέγματι μαλθακῷ, voce molli, Py. 8. 42, i.e. ᾠδῇ ἡδεῖ, dulci cantu.

Φθείρω, fut. ερῶ, et Æolicè έρσω. *perdo, corrumpo.* ἔφθαρε καὶ ἀΐστωσεν ὕλην, perdidit et delevit sylvam, Py. 3. 66, ubi utrumque ferè idem.

Φθινόκαρπος, ου, ὁ, ἡ. *qui*

fructus amittit et perdit. Py. 4. 471, ubi est epitheton quercûs, quæ, decisis omnibus ramis, fructum ferre nequit ulteriùs.

Φθινοπωρὶς, ίδος, ἡ. *maturitatem perdens et corrumpens.* *φθινοπωρὶς ἀνέμων χειμερία καταπνοὴ*, flatus hiemalis ventorum, perdens maturitatem frugum, Py. 5. 161, si sc. ejusmodi venti gelidi oriuntur ante justum tempus, et si justo citiùs hiems ingruit.

Φθίνω, *pereo, absumor.* nam intransitivè ponitur maximè hæc forma. *οὐ φθίνει*, non interit nec interitura est laus virtutis ejus, Py. 1. 184, i.e. *οὐ φθείρεται ἢ λήθην λαμβάνει.* nam *φθινεῖ* in futuro legere ibi necesse non est.

Φθίω, fut. *ίσω.* *interimo, absumo, perdo;* it. intransitivè, *pereo, contabesco.* *ὥσπερ φθιμένου*, tanquam mortui, Py. 4. 200, *ὥσπερ τετελευτηκότος.* *φῶτα ἐσλὸν φθίμενον*, Ist. 8. 131, virum bonum mortuum.

Φθονερὸς, ὰ, όν. *invidus.* it. passivè, *invidendus.* *φθονεροὶ ἀμύνονται ἄτῃ*, invidendi et in magnâ fortunâ constituti incursantur damno, Py. 11. 83. *φθονερῶν γειτόνων*, i. e. *φθονούντων*, Ol. 1. 76; *οὐ ταῦτα ἰαίνει νοῦν φθονερῶν*, Py. 2. 166, non ista oblectant animum invidorum. *φθονεροῖς ὄψον*, Ne. 8. 36, invidis cibus. *φθονεραὶ ἐλπίδες*, Ist. 2. 63, spes invidæ, i.e. conatus invidi ad opprimendum virtutes aliorum. *φθονεραῖς μεταστροπίαις ἐκ θεῶν*, Py. 10. 31, in invidas mutationes a diis ortas. *γνώμαις*, Ist. 1. 61, in casu sexto.

Φθονέω, fut. *ήσω.* *invideo.* *μὴ φθόνει*, ne invide, ne succense, Ist. 5. 30; coll. Ist. 1. 58—61. *οὐ φθονέων ἀγαθοῖς*, non invidens aut malignè affectus bonis, Py. 3. 125.

μῶμος ἐκ φθονεόντων, Ol. 6. 125, ubi vide *μῶμος.*

Φθόνος, ου, ὁ. *invidia.* deinde ponitur pro *ἡ μέμψις*, *reprehensio, vituperatio.* et primo Pindari loco *ὁ φθόνος* est *ἡ μέμψις.* sic apud oratores ferè semper. *φθόνος μὴ βαλέτω με λίθῳ*, Ol. 8. 73, i.e. *μηδείς μοι φθονείτω καὶ κακῶς ἀγορευέτω διὰ βασκανίαν.* descriptio invidiæ est, Ne. 8. 37, 38. *ἀθανάτων*, Ist. 7. 55. sic, invidiam fatorum, Py. 7. 19. *ἴσχει*, fert, Py. 11. 45.

Φιάλη, ης, ἡ. *phiala, poculum.* est quasi *πιάλη*, a *πιεῖν*, bibere, et terminatio est paragogica. erat major *ποτηρίῳ*, et ab accuratioribus describitur sic: est *ἀγγεῖον λεβητοειδὲς, πεπλατυσμένον ἄνωθεν, χαλκεῖον ἐκπέταλον, δύο ἔχον ὦτα, δεχόμενον ψυχρὸν ὕδωρ, ἐπὶ πῦρ οὐκ ἐπιτιθέμενον*, ut ergo in conviviis in eo apponeretur aqua frigida, immiscenda vino; nunquam autem in eo coqueretur aliquid. sed ista additio de aquâ frigidâ non est necessaria: et Pindari loca ostendent rem propiùs. *φιάλαν, ἔνδον καχλάζοισαν ἀμπέλου δρόσῳ*, Ol. 7. 1—8, ubi describitur aurea phiala præstantissima. *χρυσέαν*, Py. 4. 343, ubi libatur ex eâ. quibus locis apparet, esse pocula capaciora.

Φιλάγλαος, ου, ὁ, ἡ. *præstantiæ et decoris studiosus.* *αἰτέω σε φιλάγλαε*, Py. 12. 1, *ὦ φιλόκαλε*, elegantiæ amica: alloquitur enim vel urbem, vel Nympham præsidem urbis.

Φιλάρματος, ου, ὁ, ἡ. *curruum et certaminum curulium amans.*

Φιλέω, fut. *ήσω.* *carum habeo, amo.* Recentioribus notat et, *φιλοφρόνως χείλεα συμβάλλειν*, *osculari:* quæ tamen in Homero non est; nam

apud eum nemo osculatur os, salutandi causâ, sed vel caput et humeros, quod servile erat φίλημα, vel caput et oculos, quod erat honestiorum et familiariorum. φιλεῦ δὲ παῖς ὁ Κισσοφόρος, Ol. 2. 49, de Semele. οἷα παρθένοι φιλέοισιν, Doricè pro φιλέουσιν, solent, Py. 3. 31. φιλεῖν, infin. pro imperat. Py. 5. 34. φιλήσαντα νόῳ, Ne. 7. 129, ex animo amantem. μὴ πεφίληκε Ζεὺς, Py. 1. 25, non favit iis. πεφιλημένον μέλος, Ne. 4. 74, carmen gratum.

Φιλησίμολπος, ου, ὁ, ἡ. *cantuum et tripudiorum amator.* Ol. 14. 19, coll. 22. ὕμνοις χαίρουσα.

Φίλιος, α, ον. *quod est amicorum, gratus, dulcis.* φίλιον ὕμνον, Py. 1. 117, gratum hymnum et amicabilem. φιλίαν μοῖραν νόστου, Py. 4. 349, optabilem fortunam reditûs. φίλια δῶρα Κύπριδος, grata dona Veneris, Ol. 1. 119, προσφιλῆ. φιλίων ἐπέων, Py. 4. 52, amicabilium verborum, φιλοφρονητικῶν.

Φίλιππος, ου, ὁ, ἡ. *equorum amator.* φίλιπποι ἄνδρες, Ne. 9. 75, equorum et rei equestris studiosi viri.

Φιλοκερδὴς, έος, ὁ, ἡ. *lucri amans.*

Φιλοκτήτης, ου, ὁ. Princeps partis Thessaliæ. Φιλοκτήτου δίκαν, Py. 1. 97, sqq. ubi narratur historia Philoctetæ, et comparatio instituitur: sicut is, saucius crure, cepit Trojam, sic Hiero, laborans calculo, vicit hostes.

Φιλόμολπος, ου, ὁ, ἡ. *cantuum et tripudiorum amans.* πόλιν φιλόμολπον, civitatem cantuum amatricem, Ne. 7. 13, sc. Æginam, ob multos inde in certaminibus victores.

Φιλόνεικος, ου, ὁ, ἡ. *contentionum et rixarum amans.* Ol. 6. 32, sc. ἄγαν, nimis.

Φιλόξενος, et φιλόξεινος, ου, ὁ, ἡ. *qui hospites benignè tractat.*

Φιλόπολις, ιος, ὁ, ἡ. *civitatem amans.* πρὸς ἡσυχίαν φιλόπολιν, Ol. 4. 26, ad tranquillitatem civitatibus et reipublicæ amicam.

Φίλος, η, ον. *carus, amicus.* φίλος (αὐτῷ) εἴ τις ἀστῶν, Py. 9. 164. τετίμηται πρὸς ἀθανάτων φίλος, Ist. 4. 101, honoratus est a diis ut amicus et convictor eorum. φίλον φιλεῖν, amicum amare, cui opponitur ibi ἐχθρὸς odio habendus, Py. 2. 153. φίλον ἀνδρῶν νοῦν, mentem amantem hominum, Py. 3. 9. φίλον ἄνδρα, i. e. προσφιλέστατον, Py. 12. 32. μιν ἐσηνέ τις, Py. 1. 98, ei amico aliquis blanditus est. φίλον ἦτορ, i. e. ἐμὸν, Ol. 1. 6, et alloquitur ipse se. φίλων παρεόντων, Ol. 7. 9, amicis præsentibus. φίλων ἀντὶ ἔργων, pro bene factis, Py. 2. 32. φίλων τητωμένῳ, Ne. 10. 146, amicis orbato. φίλοις (in genere communi, Atticè,) πραπίσι, Ol. 2. 170. φίλας πρὸς πάτρας, a carâ patriâ, Ist. 7. 39. φίλαν τράπεζαν, i. e. φιλοποιὸν, φιλικὴν, Ol. 1. 24. et 62, ἐς Σίπυλον, i. e. προσφιλῆ αὐτῷ, τῷ Ταντάλῳ. et 136, πρᾶξιν, i. e. προσφιλῆ ἀπόβασιν. πόλιν, urbem caram, Ol. 9. 33. φίλαν ξείνων, Ne. 5. 16, amantem hospitum terram. φίλας χεῖρας, Py. 4. 425, amicas et benevolas manus. iota hujus nominis plerùmque breve est: sæpè tamen longum, et tunc scribitur φῖλος.

Φιλότης, ητος, ἡ. *amor, amicitia*; in specie, *amor connubialis.* θερμαίνει φιλότητι νόον, Ol. 10. 105, calefacit amore animum. τῶν ἐν δυνατῷ φιλοτάτων ἐπιψαύειν, amores possibiles attingere, Py. 4. 163. φιλοτήτων ἱερῶν, Py. 9. 70, amorum sacrorum, i. e. jucundissimorum.

Φιλοφροσύνη, ης, ἡ. *benevolentia, amor hominum, amicitia.* σὺν φιλοφροσύναις εὐηράτοις, Ol. 6. 165, cum comitate amabili, cum bonis vultibus.

Φιλόφρων, ονος, ὁ, ἡ. *amica cogitans, benè cupiens.* οὐ φθίνει Κροίσου φιλόφρων ἀρετά, Py. 1. 184, non interibit Crœsi benevola hominibus virtus. ὦ φιλόφρον ἡσυχία, O benefica hominibus tranquillitas, Py. 8. 1, O amicè omnia cogitans pax.

Φίλτρον, ου, τό. *amorem concilians: medicamen, quo fit ut amatus amanti obsequatur et respondeat.* φίλτρον ἵππειον, Ol. 13. 97, i.e. τὸν χαλινὸν, ubi est jocosa metaphora, quasi is sit φάρμακον πραΰντικὸν ἵππων. τὶ φίλτρον, aliquod mulcimentum, et affectum amicum concilians, Py. 3. 113.

Φίντις, ιος, ὁ. nobilis Syracusanus. Ol. 6. 37. [Schol. φίντις, pro φίλτις, pro φίλτατε, accipit, ut animum suum alloquatur; per se non malè. Præstat pro nomine aurigæ habere. Vid. Heyn. Var. Lect.]

Φλαῦρος, ου, ὁ, ἡ. idem quod φλύαρος, ex eoque factum Atticè. *futilis, ineptus, res explodenda.* φλαῦρόν τι, Py. 1. 169, leviculum promissum, non multi pretii, εὐτελές τι.

Φλάω, fut. άσω. idem quod θλάω, Æolicâ mutatione τοῦ θ in φ. *ferio, contundo.* sic φὴρ Æolicè pro θήρ. ἀλλ' οὔ νιν φλάσαν, non contuderunt eum, non læserunt eum tundendo, Ne. 10. 128, utpote ἄτρωτον θεοῦ υἱόν, coll. Ist. 3. 31.

Φλέγρα, ας, ἡ. est ager in Campaniâ Italiæ, sulphuribus subterraneis abundans.

Φλέγω, fut. ἔξω. *accendo, incendo, ustro:* it. neutraliter, *ardeo, uror, luceo, splendeo.* ἄνθεμα φλέγει χρυσοῦ, flos lucet et ardet quasi, sicut aurum, Ol. 2. 131, λάμπει, et genitivus est ellipticus, omisso ἐκ vel simili. Χάριτες φλέγοντί (Doricè pro φλέγουσι) σε, Gratiæ splendere faciunt te, accendunt tibi lumen ut luceas latè, Py. 5. 60. Χαρίτων ὁμάδῳ ἔφλεγεν, Ne. 6. 66, Gratiarum concentu fulgere fiebat. φλέγεται ἀρεταῖς μυρίαις, illustratur virtutibus innumeris et fulget, Ne. 10. 4. sic, Μοίσαις, splendidus fit a Musis, Ist. 7. 33.

Φλὸξ, όγος, ἡ. *flamma, ignis ardens.* φοίνισσα φλὸξ, rubra flamma, ardentis Ætnæ, Py. 1. 45, ξανθά. ἀνατελλομένη παννυχίζει, αἰθέρα λακτίζοισα καπνῷ, Ist. 4. 111, incensa flamma sacrificii, quod heroibus fertur post occasum solis, per totam noctem durat, aërem feriens fumo. φλογὸς αἰθοίσης σπέρμα, Ol. 7. 86, flammæ ardentis semen, i.e. igniculum, quo magnus ignis accenditur. φλόγα πυρὸς ἀπέπνεον, Py. 4. 400, ignem spirabant, tauri illi.

Φόβη, ης, ἡ. *coma,* maximè si ad terrorem aut majestatem est composita. sic de Medusâ: ποικίλον κάρα δρακόντων φόβαις, variegatum caput capillis qui serpentes erant, Py. 10. 74. ponitur et de *frondibus,* Eurip. Alc. 170.

Φόβος, ου, ὁ. *fuga, pavor.* οὐδέποτε φόβος ἀνδροδάμας (timor subigens viros et enervans), ἔπαυσεν αὐτὸν ἀλκὴν φρενῶν, Ne. 3. 67, nunquam cessare eum fecit et desistere a robore pectoris. φόβῳ κοινῷ ἔδωκε θῆρας, Py. 5. 81, timori gravi dedit feras, i.e. terruit eas et meticulosas fecit. φόβῳ οὐ κεχείμανται φρένες, Py. 9. 56, timore non quasi tempestate frigidâ turbantur præcordia ejus. ἐν δαιμονίοις φόβοις φεύγουσι καὶ παῖδες θεῶν, Ne.

9. 64, in terroribus divinitùs immissis, fugiunt et deorum filii. adjectivum φοβερὸς notat nunc transitivè, *timorem sui incutiens alii*; nunc intransitivè, *timidus*.

Φοινικάνθεμος, ου, ὁ, ἡ. *purpureo flore lætus.* ἦρος (ἐν) ἀκμᾷ, Py. 4. 114, in vigore veris, purpureis floribus ornati, φοινικοῦ καὶ ἀνθηροῦ.

Φοινίκιος, α, ον. *rubens.* φοινικίοις ῥόδοις, rosis rubentibus, Ist. 4. 31; ergo apparet, qualis sit ille color.

Φοινικόκροκος, ου, ὁ, ἡ. *ubi trama est subrubra.* ζώναν, Ol. 6. 66, τὴν ἐκ φοινίκης κρόκην ὑφασμένην.

Φοινικόπεζα, ης, ἡ. *rubro pede vel margine.* φοινικόπεζαν Δάματραν, flavam Cererem, Ol. 6. 159, rubicundam: ob colorem tritici; vel et, quia æstûs tempore metentes rubent. [sed, de hoc Cereris epitheto, vide *Winkelmann. "Histoire de l'Art chez les Anciens." Vol. I. p. 18. l. 1. Ed. *Paris.* MDCCLXXXIX.]

Φοινικοστερόπης, ου, ὁ. *rubra fulmina jaciens.* epitheton Jovis.

Φοινικόστολος, ου, ὁ, ἡ. *a Phœnicibus paratus et factus.* ἐγχέων, hastis paratis a Phœnicibus, Ne. 9. 67, i. e. bello ab iis illato.

Φοίνισσα, ης, ἡ. *Phœnicia; punicea.* φοίνισσα ἀγέλα ταύρων, rufus grex taurorum, Py. 4. 365. φλὸξ, rubens flamma, Py. 1. 45. est fœmininum formatum ab ὁ φοίνιξ, *rubens, sanguineus.*

Φονεύω, fut. σω. *occido.* φονευομένου πατρὸς, Py. 11. 25, cum interficeretur pater.

* Existimat scilicet Vir ille doctissimus Poëtam, in usurpandâ hâc voce, respexisse ad morem Sculptorum, qui in priscis temporibus pedes rubro colore infectos Statuis Deorum apponere solebant.

Φονὴ, ῆς, ἡ. *locus ubi cædes peractæ sunt;* notat et *cædem* ipsam. ἔθηκεν Αἴγισθον ἐν φοναῖς, Py. 11. 57, inter cæsos locavit eum, i.e. occidit eum.

Φόνος, ου, ὁ. *cædes, sanguis effusus per cædem.* activè et passivè ponitur hoc nomen. φόνου παρποδίου νεφέλαν, Ne. 9. 89, cædis præsentis nubem, i. e. cædem multam. φόνῳ πάλαισε, Ne. 8. 47, cum cæde colluctatus est, i. e. ipse se occidit, postquam coram judicio vincere non potuit. χαλαζάεντι, Ist. 5. 64, grandineâ interfectione, i. e. cùm quamplurimi cæderentur. μέλανι, Ist. 8. 110, i. e. cruore. φόνον ἔπρασσε λεόντεσσιν, Ne. 3. 81, leonibus moliebatur cædem. οἱ φόνοι sunt *homines, cædem et mortem meriti.*

Φόρκος, ου, ὁ. pater trium Gorgonum, filius Neptuni, rex Sardiniæ et Corsicæ; postea, victus ab Atlante Mauro, et in mari submersus, cultus est pro deo marino. Tres ejus filiæ erant Stheno, Euryale, Medusa; duæ priores immortales, tertia mortalis.

Φόρμιγξ, ιγγος, ἡ. *cithara.* φόρμιγγος ἑπτακτύπου, Py. 2. 130, septem chordis instructæ. φόρμιγγι ἡδυμελεῖ, dulciter canente citharâ, Ol. 7. 21. εὐλογία φόρμιγγι συνάορος, Ne. 4. 9, laus connexa et conjuncta citharæ. κλυτᾷ, inclytæ, Ist. 2. 4. ποικιλόγαρυν, Ol. 3. 13. variè sonantem. ἐλελίζων, pulsans, Ol. 9. 21. δαιδαλέαν, artificiosam, Py. 4. 527, ergo Demophilus etiam peritus musicus. ἑπτάγλωσσον, Ne. 5. 43, eodem sensu quo ἑπτάκτυπον dixit. βρομίαν, Ne. 9. 19, sonoram et Baccho amicam. ὑπωρόφιοι, Py. 1. 188, domesticæ. ἐν φορμίγγεσσι κλέονται, citharis celebrantur, Ist. 5. 34.

Φορμικτὰς, Dor. pro φορμικτὴς, ου, ὁ. *citharista, citharœdus.*

Φραδάω, fut. *ήσω*. *notum facio, indico*. φράδασι (pro ἐφράδησε) γῆν, notam fecit hominibus terram, Ne. 3. 45, quousque sc. esset πορευτὴ, meabilis. possis tamen futurum et concipere φραδάσω.

Φράδη, ης, ἡ. *cognitio*, γνῶσις. τῶν μελλόντων τετύφλωνται φράδαι, cognitiones futurorum cæcâ nocte absconditæ sunt, Ol. 12. 13.

Φράζω, fut. *άσω*. *dico*. Forma media maximè notat, *delibero attentâ mente, intelligo distinctè*: cùm activa forma notet, *aliis ostendo dilucidè et enarro*. φράζων, indicans, declarans, Ist. 6. 100. ἔφραζε, dicebat, indicabat dilucidè, Ne. 1. 93. ἔφρασε κατὰ ῥάβδον, Ist. 4. 66, i. e. κατὰ στίχον, per versus exposuit; quod est poëtarum omnium commune; imò, quia h. l. additum ἐπέων, vides ῥάβδον ἐπέων esse, seriem et ordinem carminum. conf. ῥάβδος. φράσατε, Py. 4. 208, i. e. μηνύσατε, indicate. φράσαι, dicere, exponere, Ol. 2. 180. φράσαις λόγον, pronuntians, Ol. 2. 108, et pertinet ad δικάζει, judicat. οὐ φράζεται, Ist. 1. 100, non animadvertit nec cogitat. ὁ φράσθη εὖ, Ne. 5. 62, sensit hoc ille.

Φράσσω, fut. *άξω*. *condenso, contego, sepio*. ἔρνεσι φράξαι χεῖρα, Ist. 1. 94, ramis opplere manum, i. e. coronis victorialibus πληρῶσαι. hinc est ὁ δρύφακτος, pro δρύφρακτος, *locus ligneis cancellis obseptus*, qualis est in judiciis.

Φρὴν, ένος, ἡ. *mens, pectus*. differt a θυμὸς, qui est *animus*; φρὴν verò est *quod nos fert ad agendum aut sentiendum sic, non vero aliter*. θυμὸς dat impetum; φρὴν verò consilium. est a φέρω, quia consilio deferimur ad agendum vel volendum aliquid. γέροντος δονηθεῖσα φρὴν, senis commota mens, Py. 6. 36. et 52, γλυκεῖα, dulcis mens, respectu eorum quibuscum quis versatur. πράσσει ἔργῳ σθένος, βουλαῖς δὲ φρὴν, operi confert multum et prodest robur corporis, consiliis verò mens, Ne. 1. 40. Doricè dicitur φρὰν, quod α in obliquis quibusdam apparet. φρενὸς ἐκ μαλθακᾶς, Ol. 2. 162, ex mente benevolâ, non verò hostili et durâ. φρενὸς καρπὸν, Ol. 7. 15, fructum animi mei, τὸν ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ διανοίας καρπούμενον, ubi sic vocat hymnum a se elaboratum. πόθι ἐμᾶς γέγραπται, ubi et quo in recessu mentis meæ inscriptum sit nomen illius, Ol. 10. 2; ubi mens comparatur γραμματείῳ, cui inscribuntur et inciduntur res memoriæ mandatæ. βαθείας ἐξέλοι, e mente profundâ protulerit, Ne. 4. 13. φρενὶ ὀρθᾷ διακρίνειν, Ol. 8. 32, rectâ mente discernere. ἐλευθέρᾳ, Py. 2. 105, liberali animo. τεᾶ μιγνύμενον γέρας, honorem additum prudentiæ tuæ, Py. 5. 24. et 67, ἀταρβεῖ, mente inconcussâ, ἀταράχῳ διανοίᾳ. et 136, χθονίᾳ, mente apud inferos versante, utpote jam mortui viri. ὧν ἔραται φρενὶ, quorum amore captus est pectore in suo, Ne. 10. 53. φρένες ἀπάλαμνοι, Ol. 2. 105, in specie βίαιοι, πονηραί. κουφότεραι ἀπειράτων, Ol. 8. 80, leves sunt mentes inexpertorum. αὐτῶν ἐλάθοντο, illorum mentes oblitæ erant ista, Py. 4. 73. et 247, θνατῶν ὠκύτεραι κέρδος δόλιον αἰνῆσαι, mentes hominum sunt celeres ad probandum lucrum fraudulentum. οὐ κεχείμανται φόβῳ, Py. 9. 57, timore non fluctuant nec agitantur præcordia ejus. φρενῶν ταραχαὶ, i. e. ὀργαὶ προπετεῖς, Ol. 7. 55, perturbationes animi. et 85, ἔξω, extra mentem rectam, i. e. ἔξω λογισμῶν. καρπὸν, Py. 2. 134. Ne. 10. 21, ubi sic vocat ingenium rectum et virtutis

amans, quod satiat possessorem suum felicitate. ἀμπλακίαις, Py. 3. 24, aberrationibus mentis. (κατὰ) ἀλκὴν, Ne. 3. 68, fortitudinem cordis sui. διὰ φρενῶν ἔπαξε ξίφος, per pectus transfixit gladium, Ne. 7. 38. et 88, σύνεσις, prudentia pectoris. ἀμφὶ φρεσὶν ἀνθρώπων ἀμπλακίαι, circa pectora hominum aberrationes hærent multæ, Ol. 7. 43, corda eorum obnoxia sunt peccatis. θνηταῖς, Py. 3, 107, in casu tertio. ἀκνάμπτοις, inflexibilibus mentibus; ubi tamen alii, ob metrum, legunt βουλαῖς pro φρεσὶν, Py. 4. 128. et 389, ἐν φρεσὶ καιομένην αὐτὴν, ipsam ardentem cupiditate in pectore, sc. Medeam. φρένεσσι πλαγίαις, perversis mentibus, Ist. 3. 9, quæ forma est Ionica. φρεσὶ μαινομέναις, insanâ mente, Py. 2. 49. φρεσὶ δαίμονα ἀσκήσω, mente meâ colam Deum, Py. 3. 192. λευκαῖς πιθήσαντα, imperitæ obsecutum menti, Py. 4. 194. ἐμπήξαιτο, infigeret pectori suo, Ne. 3. 108, i.e. firmiter sibi proponeret. κατέχει φρεσὶν κόρον, habet [cohibet] in animo petulantiam, Ist. 3. 4. φρένας βροτῶν, mentes eorum, Ol. 1. 44. et 65, δαμέντα φρένας ἱμέρῳ, occupatum pectore suo cupiditate. θέλγει, mulcet animos, Py. 1. 22. ἔρως ἔκνιξε τὰς, Py. 10. 94, amor delectare solet mentes.

Φρίσσω, fut. ξω. *horreo*. propriè est vox θαλασσία, et notat motum maris incipientem. deinde ponitur metaphoricè de corpore, quando præ metu aut alio affectu horret. φρίσσοντα πνοὰς, de moribundo, Ne. 10. 140, horrentem jam, quod attinet halitus. φρίσσοντας ὄμβρους, Py. 4. 144, i.e. τοὺς φρίσσειν ποιοῦντας, horrere et rigere facientes. sic ὁ Διόνυσος dicitur μαινόμενος, i.e. μανιοποιός· et δέος χλωρὸν, τὸ χλωροποιόν. ἔφριξέ νιν οὐρανὸς, Ol. 7. 70, cœlum horruit eam, ἐφοβήθη, συνεστάλη; et sermo est de Minervâ, bellicum clamorem tollente. πεφρικυῖαν χρυσῷ φιάλην, Ist. 6. 59, phialam auro asperam, ob cœlaturam.

Φροίμιον, ου, τὸ. *præambulum in cantione*, idem quod προοίμιον, ex eoque per contractionem ortum. et hæc contractio est Attica. sic τοὖπος pro τὸ ἔπος, θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον. cæterùm ex hâc contractione apparet, Atticè scribi ὁ οἶμος, *cantus*, unde πρὸ adjunctum, aspirationem suam traxit. φροιμίων ἀγησιχόρων, Py. 1. 6, i.e. hymnorum choros ducentium. nam in specie hymni vocati sunt προοίμια, synecdochicè nimirum.

Φρονέω, fut. ήσω. *sentio*. φρονεῖν τὸ παρκείμενον, Ne. 3. 130, ubi Poëta, enumeratis tribus qualitatibus bonis, quòd sit juvenis inter juvenes, vir inter viros, senex inter senes; addit hanc quartam, præsentium rationem habere; ut ergo vita ejus has quatuor præstantias habeat. φρονέων πιστὰ, sc. erga Hyperboreos, Ol. 3. 30. κακὰ, Py. 8. 119, non benevolus illis. μαλακὰ, Ne. 4. 155, mollia cogitans erga bonos. apud Recentiores κακὸν φρονεῖν notat μωραίνειν, *desipere*.

Φροντὶς, ίδος, ἡ. *cura*. notat et in genere, *cogitationem, commentationem*. ὅσα φροντίδι μηχανᾶται, quæ cogitando machinatur, Py. 2. 170. ἁρπαλέαν σχέθει φροντίδα, Py. 10. 97. avidè arreptam tenet curam, i.e. rem curâ suâ sibi datam. ἄθλων λάβε φροντίδα, cura ut accipias præmia certaminis, Ne. 10. 40. φροντίσιν γλυκυτάταις ὑπέθηκε νόον, Ol. 1. 31, i.e. τὴν γλυκυτάτην φροντίδα, τὴν τῶν ἐγκωμίων, φροντίζειν

ἐποίησέ σε, fecit ut cogitares de re dulcissimâ, quæ consequens est victoriæ. nam φροντίζω, est *cogito, curo, studeo*; et φροντίζειν τὶ est, *studium et operam et curam in aliquâ re ponere*. hinc est τὸ φρόντισμα, *ingeniosè et judiciosè excogitatum*.

Φυγόξενος, ου, ὁ, ἡ. *qui fugat et abigit hospites.* στρατὸν, populum hospites arcentem, Ol. 11. 17.

Φυὴ, ῆς, ἡ. *statura.* in genere notat *structuram in crescendo*, unde quis dicitur εὐφυής. apud Recentiores etiam *indolem animi* notat, et *ingenium*. apud Pindarum est recentior illa notio. οὐκ αἶσχιον φυᾶς, Ist. 7. 32, non minùs quàm decet indolem. φυᾷ εἰδὼς πολλὰ, i.e. ἀπὸ φύσεως, φύσει magistrâ præcipuâ, Ol. 2. 155. τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν, Ol. 9. 152, omne, quod a naturâ est, præstantissimum est. μαρναμένων φυᾷ, Py. 8. 62, pugnantibus ex naturali ad pugnandum bonâ dispositione; quod quasi proverbialiter dictum, pro, naturâ duce facientibus et studentibus. sic, μάρνασθαι φυᾷ, Ne. 1. 38, sequi naturæ indolem in rebus suscipiendis. φυᾷ δὲ ἕκαστος διαφέρομεν, naturali indole singuli differimus, Ne. 7. 79, ut sit pro, φύσει. πρὸς εὐάνθεμον φυὰν, ad et circa ætatem floridam, Ol. 1. 109. ἄῤῥηκτος φυὰν, invulnerabilis corpore, Ist. 6. 68.

Φυλακὴ, ῆς, ἡ. *vigilia, excubiæ*; in genere, *observatio, custodia ne quid pereat.* φυλακῇ ἐν μεγάλῃ σχέθειν, in magnâ et accuratâ observatione habere, Py. 4. 134. notio ergo *carceris* est Recentiorum.

Φύλαξ, ακος, ὁ. *vigil, excubitor.* φύλαξ κτεάνων, custos opum, Py. 8. 83.

Φυλάσσω, fut. άξω. *custodio, tueor.* propriè est *portas urbis observo et custodio, ne hostis irruat.* φυλάσσοντι (Dor. pro φυλάσσουσι, custodiunt,) ὀρθὰν Τένεδον, insulam hanc in recto statu, Ne. 11. 6. φυλάσσοντες τελετὰς, Ol. 3. 73, observantes sacra diis facienda. φυλάξαι αὐτὴν, custodire et asservare eam, Py. 4. 73. ῥῆμα, Ist. 2. 15, servare dictum. φυλάξασθαι, servare, Ol. 7. 73.

Φῦλον, ου, τὸ. *tribus, pars populi, populus.* ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποις ματαιότατον, est natio inter homines vanissima, Py. 3. 36.

Φύλλον, ου, τὸ. *folium.* a φύω, *cresco.* ἠρινὰ φύλλα, verna folia, Py. 9. 82. et 219, πολλὰ δίκον ἐπὶ αὐτὸν, multa folia projiciebant in ipsum, honoris et lætitiæ causâ. τοιάδε ἀοιδᾶν, Ist. 4. 46, talia folia cantionum, i. e. tales cantiones lætas. φύλλοις χρυσέοις ἐλαιᾶν, Ne. 1. 26, i. e. præstantissimis et honorificentissimis.

Φυλλοφόρος, ου, ὁ, ἡ. *folia gestans* vel *afferens.* ἀγώνων, Ol. 8. 101, certaminum, in quibus præter coronas nihil præmii dabatur.

Φύρω, fut. Æolicè, φύρσω. *commisceo, polluo.* possis dicere, futurum esse per syncopen ex φυράω, fut. άσω. γαίᾳ πεφύρσεσθαι κόμαν, Ne. 1. 104, comam permixtum iri, fœdatum iri, terrâ, i.e. casuros eos esse.

Φύσις, εως, ἡ. *natura*; it. *figura, forma, statura.* προσφέρομεν τι ἀθανάτοις, ἢ μέγαν νόον, ἤτοι φύσιν, Ne. 6. 9, similes sumus aliquo modo diis, vel quod attinet mentem, vel certè quod attinet figuram corpoream; κατὰ τὰς εὐφυΐας καὶ κάλλη σωμάτων. Prisci enim deos

similes figurâ hominibus crediderunt. φύσιν Ὠαριωνείαν οὐκ ἔλαχεν, Ist. 4. 83, non sortitus est staturam Orioneam.

Φύτευμα, ατος, τὸ. *planta, plantatum quid.* σκιαρὸν, Ol. 3. 31, opacum; et vocat ibi sic *oleastrum*.

Φυτεύω, fut. σω. *planto:* et in genere, *paro, instituo; molior.* αὐτῷ δαίμων φυτεύει δόξαν, Ist. 6. 16, ei fortuna plantat gloriam. ἐφύτευεν αὐτῷ θάνατον, machinatus est ei mortem, Ne. 4. 96. αὐτὸν φυτεῦσαι, genuisse eum, Ne. 7. 124. Ἐπάφου κόραν φυτεύσεσθαι ῥίζαν ἀστέων, Py. 4. 26, Epaphi filiam plantaturam esse radicem multarum urbium, i.e. urbem aliquam, ex quâ multæ deinde coloniæ deducendæ sint. et 123, σφίσι τιμαὶ φύτευθεν, pro ἐφυτεύθησαν, illis, Cyrenæis, honores plantati sunt. et 256, ἡμεῖς κείνων φυτευθέντες, nos ab illis sati. et 456, τόθι γὰρ γένος αὐτοῦ φυτευθὲν, ibi enim genus ejus plantatum. σὺν θεῷ φυτευθεὶς ὄλβος παρμονώτερος, Ne. 8. 28, cum Deo constituta felicitas durabilior est. ἐκ Διὸς ἥρωας φυτευθέντας, Ne. 5. 13, a Jove genitos heroas. pro φυτεύω dicitur eodem sensu φιτύω, fut. ύσω.

Φύτλη, ης, ἡ. *stirps, generatio, origo.* est per syncopen ex φυταλιὰ, quatenus ea *plantationem* denotat. Ἰαπετιονίδος φύτλας κοῦροι, filii stirpis ex Iapeto, Ol. 9. 82, ex Protogeniâ, filiâ Iapeti, oriundi. ποίας ἀποσπασθεῖσα φύτλας, ex quâ deducta illa virgo stirpe, Py. 9. 59, quasi avulsa et propagata, surculi modo.

Φυτὸν, οῦ, τὸ. *planta.* μονόδροπον φυτὸν, Py. 5. 56, i.e. arbor unica efficta in statuam.

Φύω, et **φῦμι**, *gigno, pario.* it. *nascor.* φύονται πολιαὶ, nascuntur cani capilli, Ol. 4. 39. περίγλωσσοι ἔφυν, Py. 1. 82, eloquentes nascuntur; estque per syncopen pro ἔφυσαν, nasci solent.

Φωνέω, fut. ήσω. *loquor,* propriè, *clarâ voce;* deinde et, *submissâ,* φωνεῖ, i.e. λέγει, Py. 4. 290. φώνησε, dixit, Ol. 13. 95. φώνασε (Dor. α pro η) ὄρθιον, Ne. 10. 142, clamavit altum.

Φωνὴ, ῆς, ἡ. *vox, sonus loquentis.* φωνὰ θαρσαλέα, Ne. 9. 118, vox et cantus est confidens apud vinum. φωνᾶς δυσθρόου, Py. 4. 111, difficulter sonantis vocis. φωνᾷ ἐν Ὀλυμπίᾳ, Ol. 9. 2, in Olympicâ voce, i.e. elatâ. προσέννεπεν, Py. 9. 49, allocutus est. ἡδυμελεῖ, suavi, Ne. 2. 40, in casu sexto. φωνὰν ἀγλαόκωμον, Ol. 3. 9, vocem splendere facientem convivium victoriale. ἄγνωστον ψευδέων, Ol. 6. 112, i.e. ἀληθῆ. ὑπάργυρον, Py. 11. 65, vocem argento conductam. δίδου, Ne. 5. 93, ede vocem. ἀνέλυσε, Ne. 10. 169, resolvit ei vocem, i.e. reviviscere et loqui eum fecit Pollux, optione suâ.

Φωνήεις, εσσα, εν. *vocalis, clamans.* φωνᾶντα συνετοῖς, Doricè pro φωνῆντα, et id per syncopen pro φωνήεντα, sonantia intelligentibus, sc. carmina, Ol. 2. 152. φωνᾶεν τοῦτο ἀθάνατον, Ist. 4. 68, sonans istud immortale, sc. carmen Homericum.

Φὼς, ωτὸς, ὁ. *vir.* πληξίππου, Ist. 2. 31, viri equestris. φωτὶ τητωμένῳ φίλων οἴχεται τιμὰ, Ne. 10. 146, viro orbato amicis perit honor. θήξαις ἀρετᾷ, acuens virum virtute, Ol. 10. 23. τέξονται, gignent virum, Py. 4. 93. φῶτες μαιόμενοι, Ol. 1. 74, viri quærentes.

ὑπερθύμων, in sensu optimo, Py. 4. 23. νεογνίους, Ne. 9. 56, viros robustos et juvenes.

X.

Χαίρω, fut. 2. χαρῶ. *gaudeo.* fut. 1. est χαιρήσω et χαρήσω, quasi verbum esset in έω. εὐπραγίᾳ χαίρω τὶ, Py. 7. 18, est quod gaudeam de felici successu. χαίρω δὲ, ὅτι ἐσλοῖς μάρναται πέρι πᾶσα πόλις, Ne. 5. 85, quod bonis factis operatur egregiè omnis civitas. sic, ἐνιεὶς ἔργῳ πρόσφορον κόμπον, Ne. 8. 82, gaudeo, injiciens et adaptans operi accommodam laudationem. ἔχαιρον εὐορκίαις, Ol. 2. 118, gaudebant fidelibus juramentis. sic, δαπάνῃ ἵππων, Ist. 4. 50, sumptu in equos impenso gavisi sunt. χαῖρε, salve, Py. 2. 124. χαῖρε, φίλος, Ne. 3. 132, ubi est vox propinantis. χαίρετε, Ist. 1. 44, salvete. χαίρειν εἰς τρὶς αὐδήσαισα, Py. 4. 108, salvere ter cum jussisset. χαίρων, gaudens, lætus, Py. 8. 79. χαίροντα ξενίαις, i.e. φιλόξενον, Ol. 4. 25.

Χαίτα, Dor. pro χαίτη, ης, ἡ. *coma, cæsaries.* ponitur de hominum comâ, si demissa est in humeros; ponitur et de animalibus quibusdam, quorum circa collum caputque longi nascuntur pili, e.c. de leone, de equo, &c. νέαν ἐστεφάνωσε χαίταν, i.e. juvenile caput suum, Ol. 14. 35, de puero victore. sic Ist. 7. 54. Ol. 3. 10, de victoribus. Ζεὺς κατένευσεν αὐτῷ, annuit ei cæsarie motâ, Ne. 1. 19, i.e. κεφαλῇ. χαίτας ἀνδησάμενοι, Ist. 1. 38, redimiti comas coronis.

Χαιτάεις, Dor. pro χαιτήεις, εσσα, εν. *probè comatus, longâ cæsarie.* est epitheton Apollinis intonsi, Py. 9. 6, ὁ χαιτάεις Λατοΐδας.

Χάλαζα, ης, ἡ. *grando.* it. in genere, *imber grandis*, quando magnæ et densæ guttæ cum impetu decidunt. χάλαζαν αἵματος, grandinem et imbrem sanguinis, Ist. 7. 38, qualis in pugnis effunditur cum multo tumultu. conf. sequens adjectivum.

Χαλαζάεις, Dor. pro χαλαζήεις, εσσα, εν. *grandinosus.* ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ, Ist. 5. 64, virorum grandineâ cæde, i.e. cùm tam densi cadunt viri in prælio, ac si grando caderet.

Χαλάω, fut. άσω, et Dor. άξω. *laxo, remitto.* χαλάξαις (Dor. pro χαλάσας) πτέρυγα ἀμφοτέρωθεν, remittens et demittens alam utrimque, Py. 1. 12, de aquilâ dormiente.

Χαλεπὸς, ἡ, όν. *demittens se et incidens graviter in alium*; est enim a χαλάω. deinde in genere, *durus, gravis, difficilis, molestus.* χαλεπὴ ἔρις, contentio difficilis et periculosa, Ne. 10. 135.

Χαλινὸς, οῦ, ὁ. et χαλινὸν, οῦ, τὸ. *frænum.* et propriè τὸ ἐντιθέμενον τῷ στόματι τοῦ ζώου. χαλινὸν χρυσάμπυκα, Ol. 13. 93, aureis ornamentis auctum frænum. et metaphoricè, χαλινὸν ναὸς, Py. 4. 44, vocat anchoram. et χαλινὸν παρθενίας, Ist. 8. 95, frænum virginitatis.

Χαλκάρματος, ου, ὁ, ἡ. *ærato curru utens.* πόσις Ἀφροδίτας, maritus Veneris ærato curru, Py. 4. 155, i.e. Mars.

Χάλκασπις, ιδος, ὁ, ἡ. *æreo clypeo decorus.*

Χαλκέλατος, ου, ὁ, ἡ. *ex ferro vel ære factus.* πελέκει, bipenni ex ferro factâ, Ol. 7. 66.

Χαλκεντὴς, έος, ὁ, ἡ. *æneis et ferreis armis instructus.* πολέμων χαλκεντέων, pugnæ ferreis armis

pugnandæ, Ne. 1. 24. στρατιὰν χαλκεντέα ἀνάγων, exercitum armatum adducens, Ne. 11. 45: ubi alii legunt χαλκεντέων, et trahunt ad Αἰολέων, armatorum Æolensium.

